CENSURA FORENSIS
THEORETICO-PRACTICA;

ID EST,

JURIS CIVILIS ROMANI,

Vſuque Recepti & Practici

METHODICA COLLATIO,

Qua non tantum ipſa JURIS ROMANI funda-
menta, ad rationis, & veritatis cenſuram, methodice redu-
cuntur; ſed & ad uſum practicum transferuntur, &c.

PARS ALTERA;

Procedendi modum in Civilibus, & Criminalibus cauſis, eodem
tractandi modo, exhibens;

INTERJECTIS

Conſtitutionibus, Deciſionibus, Moribus, & Statutis, non tantum generalibus, verum etiam particularibus, cujuſque Regionis, & Provinciæ.

AUTHORE

SIMONE à LEEWEN, JC.



AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM & Viduam THEODORI BOOM.
CIↃ IↃ C LXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

PRodiit tandem Cenſuræ Forenſis noſtræ pars altera, communem procedendi modum tam in criminalibus quam civilibus cauſis continens, de cujus utilitate ac tractandi neceſſitate nemini non ſatis cognita, nihil præfari conſtitueram. Res ipſa loquitur; Quemadmodum enim in omnibus rebus humanis potiſſimum eſt id, quod in actione conſiſtit, ita in ipſa juris ſcientia parum eſt jus, quod circa perſonas, & res verſatur, cognoſcere, niſi & ea quæ circa actiones verſantur, probe dignoſcantur, in quibus etiam mores variant: ita ut hi, qui in fori Romani praxi, & jure ſcripto hac in parte ſe bene exercuerunt, quum in ſuum cujuſque forum venerunt, & quum de proſequendo jure agendum eſt, nihil magis ſibi deeſſe animadvertant, quam procedendi modum ac ſtylum. Qui, quum ſolo fere uſu, nulla certa inſtitutione inveſtigari debeat, & quum barbaris loquendi formulis obſcuretur, ex profundo, & ex nudis cauſas agentium formulis hinc inde deſcriptis, & provectiorum invidia, maximo cum tironum incommodo ſuppreſſis, hanc proſequendi juris praxin magno temporis & ſtudiorum diſpendio addiſcere hactenus coacti fuere.

Horum ſerviens utilitati *Guilhelmus Alphenus*, inveteratus juris forenſis practicus, *Supplicationum, Mandatorum*, & *Concluſionum* in Hollandiæ Curia uſitatarum formulas congeſſit, & publici juris fecit. Quædam etiam ad cognoſcendum Curiæ ſtylum, & procedendi modum in civilibus cauſis haud inutilia, abhinc plus quam ſexaginta annis hinc inde collegit *Paulus Merula*, vir Celeberrimus. Qui, quo minus reliqua, quorum ſchemata tantum exſtant, addiderit, fatorum malignitas nobis invidit. Eodem fere tempore aut paulo poſt *Rumboldi Hogerbeets*, dum viveret, cauſarum publicarum Urbis & Civitatis Leydenſis Syndicus, & defenſor, prodiit proceſſus coram utraque Hollandiæ Curia inſtituendi Schema Synopticum. Secundo deinde, ſupra viceſimum, abhinc anno, utriuſque Curiæ praxeos præliminarem exhibuit Iſagogen *Guilhelmus Grotius*, inter cauſarum patronos facile princeps. Quorum utinam brevitatem, tironibus quodammodo obſcuram & inexplicabilem, ad ulteriora, & planiora, ut unus & alter propoſuerat, perduxiſſent! Interea ſexto-decimo abhinc anno *Petrus Vromans* utriuſque Curiæ advocatus, admodum mihi familiaris, *de foro competenti* tractatum perutilem publici juris fecit. In criminalibus, quod mirum, unicus *Petrus Bort*, optime etiam de Hollandicis feudis meritus, *De receptis aut non receptis Appellationibus* omnem materiam ſecundum hodiernam praxin exhibuit, quibus & alia ejuſdem farinæ ſuperaddere inſtituerat, quorum quædam prelo ſubjecta, aut jam ſubjicienda avide exſpectantur. Præter eos nemo eorum, qui, quam maxime in procedendi modo ſunt exercitati, de juris in judicio proſequendi modo ad ſcribendum quicquam animum appulit. Sic ut his, quibus nulla frequentandæ Curiæ facta fuerit copia aut facultas, ex Galliç, Germaniç, Brabantiæ & Flandriç ſcriptoribus procedendi modum & praxin addiſcere fuerit neceſſe, quorum tamen fori & judicii conſtituendi conſuetudines, ut ut in multis convenire videantur, in pluribus tamen à noſtris differre certum eſt. Quod me impulit, ne tanquam claudus ſutor domi

deſidendo ætatem agerem, huic tandem operi, cui parti exornandæ me præ aliis plurimum expertis, imparem lubens meritoque agnoſco, manum admovere. Quod quamvis mihi, poſtquam mea me ab utriuſque Hollandiæ Curiæ frequentiori exercitio alio avocarunt, difficile ac grave factu fuerit, attamen, quum leve fiat,

Quod bene fertur onus,

& difficila quæque factu facilia ſint, ſi quando æquo, ac conſtanti animo accipiantur, promiſſis meis ulterius deeſſe nec volui nec potui.

Quæ quum in temerarii auſus vitium incurſura, neque ab invidorum morſu immunia fore animadvertam, paucis eos, quales quales ſint, præfando alloqui, & me ab imminentibus calumniis in anteceſſum vindicare, operæ pretium duxi. Quod tamen minime his dictum velim, qui poſt ſatis matura poſitivi juris ſtudia cauſas perorandi, & juris in judicio proſequendi ſummum nacti fuerint uſum, quorum judicio me meaque lubens meritoque ſubmitto, iiſque de meis plenum judicium deferre haud erubeſco, legant, perlegant & quæ minus placent, amice, ut ingenuos decet, moneant, urant, ſecent, reſecent, & ſi videatur, funditus exſtirpent. Sed quum mihi cum duorum generum vitilitigatoribus potiſſimum decertandum videatur: alterum eorum, qui quum ab ipſis trivialibus & ſicco, ut ajunt, pede, cruda atque immatura juris ſtudia ad forum protruſerint, omnem vitam in litigantium ſordibus conſumunt, & nihil prius, nihil antiquius habent, quam per fas, nefaſque plena marſupia replere, & grandes pecuniæ acervos accumulare malunt, quam Reipublicæ bono quicquam præclarum præſtare. Hi ut plurimum omnem Juris ſcientiam in nudis procedendi formulis conſiſtere prædicant, quibus vel mediocriter imbuti, aliis palmam ſe prærepturos ſibi perſuadent, quibus ſatis ſuperque reſponſum videtur in prolegomenis prioris *Cenſuræ* noſtræ partis. Alterum vero eorum, qui quum Juris ſcripti inter ſuos pædagogiam exerceant, ſuis inſtitutis ſe ita adſtrictos tenent, ut extra ea neminem ſapere putent. Et hi ſtatuta & gentium mores ſuis etiam ſcriptis intermiſcent, & contra eos, qui in applicando Juris ad ſua quæque ſubjecta, ſtudio, & in proſequendo eo quod ſibi jure debetur, ſecundum mores, conſtitutiones, & conſuetudines non tantum exterarum regionum, ſed potiſſimum patriæ noſtræ pro variis tribunalium inſtitutis conſenuerint, calumnioſe, & perquam maligne invehi non erubeſcunt. Quod ut vivo rem exemplo commonſtrem, ne forte in alios bene meritos hæc retorqueantur, percipere non poteram, quid portenti aleret noviſſimi *De probationibus*. libelli auctor, *Antonius Mathæus* A. F. A. N. Quod eum ejuſdem ille tractatus ſub prælo ſudaret, typographos, & bibliopolas ſuos ſub fidei teſſera, & maxima ſua indignatione inbibuerit, ne mihi aliqua ſcripti ejus pagina innoteſceret, aut quoquam modo exponeretur: niſi quod ex rumore ſparſo ad aures pervenerit meas, illum mihi adverſus tractatum, *De Proceſſu Criminali*, in tironum gratiam Belgico idiomate nuperrime editum, adverſarium futurum, ne forte ego interim, antequam illum *De Probationibus* tractatum ad umbilicum perduxiſſet, eum reſpondendo prævenirem. Neque tamen quum libellus iſte ante triduum in manus noſtras perveniſſet, primo intuitu in animum inducere potui, ut ad ea, quæ in prædicto ſuo tractatu adverſus me acerbo plus ſatis, & in humano potius quam humano effudiſſet ſtomacho, quicquam reſpondere dignarer: ut qui Stoica animi firmitate iſtiuſmodi argutiarum ineptias concoquere, & ſilentio præterire ſoleam. Præſertim, quod eorum ſemper, quæ ab eo ſcripta legi, æquus fuerim æſtimator, neque unquam niſi bene, ne dicam optime, de ejus fama, atque honore fuerim meritus, unde amice eum potius compellare decreveram,

ram, & ſedulo monere, ut deſinat maledicere maledicta ne noſcat ſua

Verum enim vero, quum, ex craſſa & intolerabili praxeos circa procedendi modum ignorantiâ, cujuſdam decreti, De Jure creditorum, in pecuniis ex ſubhaſtatis, ex cauſa judicati bonis, redactis, quamdiu ipſi creditori traditæ non ſint, ab Hollandiæ ſuprema Curia quondam interpoſiti, & à me allegati, fidem, ſuo de probationibus libello palam traducat, quaſi revera interpoſitum non ſit, eo inſuper infixo aculeo, ut de auctoritate, ac fide aliarum mearum allegationum dijudicari poſſit. Ac deinde adverſus ſuum ipſius ſatis elaboratum, ac prudens conſilium in eadem cauſa datum, noſtræ utriuſque ſententiæ, nimis quam acerbe, & præter decorum contradicat. Ut forte rei judicatæ, & his qui in eadem cauſa aliter quam nobis, ſecundum ea quæ proponebantur, ſumma ratione, atque lege viſum fuerat, judicarunt, gratificaretur: ut prorſus ea ſilentio præterirem, à me ipſo impetrare non potui.

Quæ ut ſingula breviter & perſpicue perſtringam. Primo notandum, omnibus omnino Hollandiæ Curiarum cultoribus practicis, viliſſimis etiam forenſibus cognitiſſimum eſſe: Alia eſſe mandata inhibitoria, quibus Curia ad ſupplicantis petitionem, ejus adverſarium, aliquid facere, aut fieri, ſub pœna vetat, aut prohibet, nulla reaſſumpta facti narrantis informatione, addicto certo die, quo contradicens ad impetrantis petitionem reſponſurus compareat, ut cauſa cognita, an bene vel male impetratum judicetur, vulgo **Mandament pœnaal**: Alia quæ prævio Juris & facti examine abſolute conceduntur, quæ ut plurimum ipſarum ſupplicationum margini adſcribi, iiſque quorum intereſt tradi, neque ſemper Graphei prorhocollo inſeri aut inſcribi ſolent, vulgo **Appointement pœnaal**. Quæ quum non caperet inſignis noſter practicus, jam tum, quum ex aliorum relatu, viderit hujus decreti authenticon in ipſo forte Curiæ Graphæo ad manus non eſſe, ejuſque copia requiri non potuerit, tam imprudenter, ne dicam impudenter dicto ſuo tractatu. *Pag.* 131. adverſus meam, (non ex auditu alieno excerptam, ſed ejus cauſæ, cujus ipſemet patrocinium præſtitit) obſervationem evomere non erubuit, *nihil indignius eſſe, quam Lectori fucum facere, objecta ſententia, quæ nec lata, nec unquam, quamvis ſerio quæſita, in rerum natura fuit.* Quis hæc mortalium, ut ut leniſſimus, æquo feret animo, ab eo, qui, quantum ad praxin, neque litteras, neque natare didicit. Ecce quam procedat argumentum illud: Quod à Senatu actum certo affirmatur, in Graphei archivis ab amanuenſibus notatum reperiri non potuit, Ergo falſum. Optima ſane concludendi ratio.

Doceatur à me, Probationum ſcriptor, ejuſmodi negantium adverſus affirmantes teſtimonia nihil concludere, neque iis aliquid contra veroſimiliter affirmantes in Jure deferri. Quemadmodum, ut & alio rem exemplo demonſtrem, ſæpiſſime uſu venire ſolet, in multorum conflictu, quo alii ſe hunc aut illum vulnerantem, aut vulneratum vidiſſe affirmant, alii etiam in eodem conflictu præſentes ſe vidiſſe negant, quo caſu affirmantium teſtimonio omnino ſtandum. Quam certe quæſtionem omniſcius rerum obſervatarum ſcriptor, in ſuo Probationum tractatu ſingulari, prætermittere non debebat. Sed ut facti propoſiti caſum ſecundum rei veritatem exponam ipſe, qui ejus cauſam meo patrocinio tunc temporis ſuſtinui, & quid ſit, apertum fiat. In memoria habeo, in hac cauſa Commiſſarios fuiſſe *Georgium Rattallerum Doublet*, & *Joannem Heemſkerk*, tunc temporis ejuſdem Supremæ Curiæ rotulæ Adſeſſores, qui poſt petitionis rejectionem, ex noſtra inſtantia, eandem reaſſumere dignati fuere, & poſt relationem in Senatum, *Alberto Eraſmo* petitori in pecuniis ex ſubbaſtatione redactis & per executorem in Curiæ Grapheo conſignatis, ipſi vero creditori exequenti nondum traditis, jus ſuum ſalvum decreverunt; quod

utrum

utrum decretum in ipſo Curiæ Grapheo exſtet nec ne, aut per amanuenſium incuriam ejus copia haberi non poſſit, rei veritatem non mutat. Ut & alias uſu veniſſe memini in iis, quæ ex obſervationibus aliorum cauſarum Patronorum, fide dignorum, per manus nobis traditæ. Cæterum ſi cujus interſit ejus decreti copiam habere, adeat *Cornelium Scharpenbrant*, tunc temporis ejuſdem cauſæ Procuratorem, quem rei geſtæ vivum teſtem appello. Nunquid ille dignus, ut vapulando, dum è ſudanti corpore vapor exeat, emendetur, & pœnas luat calumniatore mendaciſſimo dignas?

Nec minus impudenter ille Juris Romani Ariſtarchus contra ſuum ipſius conſilium, in eadem cauſa, non ex tempore, ſed perquam præmeditate, omnibus & facti propoſiti & legum ac rationum circumſtantiis elaboratum, dicto tractatu ſuo *num.* 66. præter, ne dicam, contra legem committit: propter venenum alicui datum, ſed irrito conatu, ut in quolibet graviori crimine, voluntatem, etiam effectu non ſecuto, ordinaria ejuſdem delicti pœna puniri. Quod & contra omnem fidem ex communi DD. uno ore, ut ille falſo prædicat, idem ſentientium, nobis obtrudere audet imprudentiſſime. Cujus contrarium dicto ſuo conſilio in eadem cauſa dato, noſtris & aliorum moribus ſervari multis probaverat argumentis, hiſce verbis concludens: *Etiamſi de dolo & occidendi animo conſtiterit, ſolus tamen conatus, aut occidendi animus hodie ordinariæ pænæ locum non facit.* **Ende is ſulks kennelyk/** *& extra omnium controverſiam*, **uyt de notoire practijque van deſe ende nabuyrige Landen.** &c. Quænam autem fuerit ratio, quæ eum impulerit ſuo probationum libello ſuam hanc ſententiam immutare, nullam addit. Et quinam ſint illi DD qui cum eo contrarium ſentiant, ex dicto illius tractatu non liquet, quos contrarium nobiſcum ſentientes certatim, & longo agmine enumeratos, videat in iis quæ in hanc rem indiſſolubili diſtinctione, non legum tantum, ſed & omnium DD. auctoritate *Proceſſu Criminali* noſtro adduxerim. Quæ ſi non capiat, repetat hanc ſecundam *Cenſuræ Forenſis* partem noſtram. Num quicquam indignius, ut ſua in eum ſcommata retorqueam, ne dicam impudentius, hac in parte Lectori fucum facere, oblata communi uno ore ita ſentientium opinione, quam nulla auctoritate probare poteſt, ſed quæ à quam plurimis, ſi non omnibus, contrarium ſentientibus, unanimiter rejicitur?

Quid quod nec ſatis intelligere videtur, qui ſint veri venefici, aut intelligere noluit, quum huic ſuæ opinioni confirmandæ, quum aliter non poſſit, Drentiæ & Omlandiorum ſtatuta adducat: Quæ tamen ſecundum alia Gelriæ, & Tranſiſalaniæ ſtatuta ejuſdem argumenti, quæ hic ſtudio prætermittere videtur, non niſi de maleficis, & incantatoribus loquuntur, qui magicis artibus elementa turbant, vitam inſontiū labefactare ſtudent, & manibus aecitis ventilare audent, ut quiſque ſuos conficiat malis artibus inimicos. De quibus agitur in *l.* 5. 6. 7. *Cod. de Maleſic. & Mathem.* nobis **Tovenaars/** qui proprie dicti venefici dicuntur, minime vero de his qui alios Veneno dato necare volunt, de quibus noſtra quæſtio eſt, qui etiam hoc ſenſu venefici dicuntur, quod veneno malo utantur. De quibus in *l.* 1. *ff. ad l. Corn. de Sicar.* En quo tandem calumniandi & altercandi libido hominem perducat! qui ut vindictæ ſuæ aliquem colorem adferat, vera pro falſis, & falſa pro veris nobis obtrudere audet. Neq; in eo ſubſiſtit, ſed ut quoquo modo maledicendi animum expleat ſuum, ubi in ipſis rerum argumentis deficit, in verborum ſphalmatis & erroribus Typographicis argutatur, ut ubi viginti duo millia, pro duo millia numeri Arabici geminatione, 22. pro 2. contra textus fidem irrepſerit, quum toties à me iiſdem legis verbis pro duobus librorum millibus id ipſum adductum ſciat. Sed hæc & ſi quæ plura, nulla ſunt reſponſione digna.

Cæterum puritatem Latinitatis culpat: verum

Lori-

AD LECTOREM.

Loripidem rectus derideat, Æthiopem albus.

Quod ad verborum ſphalmata, ſi ad ejus ipſius ſcripta, animum advertere velimus, etiam in his, quæ, ipſius autographo vitio dari poſſunt, nulla ejuſdem tractatus pagina à mendis, ut ne dicam meris barbariſmis immunis erit, ſed cum iis luctari infra bene compoſiti ingenii dignitatem puto. De Latini ſermonis puritate hoc tantum addam, juxta me omnes homunculi perfrictæ frontis audaciam quam plurimum mirari: Quod is, qui nihil minus quam Latine ſonat, alios qui bene, id eſt ornate loquendi artem nunquam profeſſi ſunt, in his quæ etiam ſecundum artem proferuntur, carpere & morſu dente Theonino rodere audeat.

Verba valent uſu, quæ nunc cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula ſi volet uſus.

Tribuitur autem legibus & Juriſconſultis laus proprii ſermonis, ad quam ſe aſſuefacere debet Juriſconſultus, ne relicta ſtatim initio textus proprietate à Commentariis pendere neceſſe ſit, neque ignari ſimus memoriæ antiquitatis, rerum, & conſuetudinum fori. Audiamus quæſo Latini ſermonis, & Juridicorum verborum puritatem Critici noſtri, & Latinæ facundiæ Cenſoris, cujus unicum tantum aut alterum experimentum ſuffecerit, ut de cæteris judicetur. Et quidem primo occurrit barbariſmus intolerabilis, in verbo *Penſionarius*, quo promiſcue utitur, & ut Belgiſmum totidem verbis exprimat Politici Regiminis defenſorem, quem uno verbo Syndicum appellari, omnibus notum eſt, noviter invento vocabulo *Conſiliarium Penſionarium* vocat, ut eo indicet hunc Belgico idiomate, ſed æque barbaro, vocari **Raad-Penſionaris.** Nonne hoc ſapit antiquitatem, Latini ſermonis puritatem, & veram Juris verborum ſignificationem? Nonne hoc è myrothecio OPTIMI MAXIMI adulatoris, fugit me ratio, Oratoris inquiebam, profluxiſſe dicemus. Miror ac demiror, quod hic noſter Græcus, qui ut Græcam linguam ſe didiciſſe oſtentet, & ſua omnia Latina Græcis idiomatibus ita paſſim conſpurcat, ut diverſi coloris mendicantium pannoſo centoni ſimilia ſint, huic officio Græco-Latinum vocabulum omnibus uſitatum ſeligere prætermiſerit, & neſciverit, *Syndicum* pro Civium Advocato, & Juris publici defenſore, quaſi in cauſam publicam incumbente, communiter ſumi. Cujus apud Plutarchum & Demoſthenem crebra mentio. Hac dignitate *Ariſtides* decoratus ab Athenienſibus *Syndicus* creatus eſt, ut communem cauſam omnium nomine defenderet. Græca quandoque Latinis intermiſcere quodammodo moris eſt, fateor, & nonnunquam etiam viri docti Græca conſtructione in Latinis uſi ſunt, quem Græciſmum vocant, ſed perparce, & in his ſolum ubi res aliter expediri non potuit, præter quæ, Græca Latinis intermixta apud probatos auctores, non invenies. Non ita *Cicero*, *Cæſar*, *Livius*, *Quintilianus*, *Plinius* aliive rerum Romanarum Scriptores ſunt locuti, neque apud *Julianum*, *Papinianum*, *Paulum* alioſve veteres Juriſconſultos quid ſimile reperies, niſi in his quorum ipſa res aliunde petita, alio nomine explicari commode non potuerit. Unde multo ſatius alia ſua Græca Latinis, ad ſolam, ut ille putat, ornate loquendi oſtentationem, veteribus tamen incognitam, prætermittere, & hoc ſolo vocabulo Græco omnibus uſitato, à tanto *Penſionarii* barbariſmo, & quod magis à *Conſiliarii Penſionarii* Belgiſmo inaudito, ſibi cavere potuiſſet. Aut ſi Latine loqui maluiſſet, Codicis tituli *De Defenſoribus Civitatum* inſpectio, ejuſdem officii denominationem eum docere potuiſſet. Quod mirum, ab eo non fuiſſe animadverſum, ut qui ſe tam promptum in titulorum Juris Corporis congerie prædicet, quod & titulos alio nomine allegatos, alio etiam nomine quam ipſe Codex continet, ſcribi animadverterit, eoſque, quibus ejuſmodi tranſpoſitiones non ſtatim inciderint, aut qui, aliud agentes, altius

in-

inquirere prætermiſerint, ſcrabroſo ſtatim ſchommate exceperit, is nec ipſum titulum Codicis totidem verbis rem ipſam explicantem invenire potuerit.

Si artificioſum ejus ſcribendi modum ac ſtylum ſpectes, certe:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, - - - -
- - - - *Ut turpiter atrum*
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.

Cujus unicum, quod ad me pertinet, exemplum videatur, quam eleganter, quam artificioſe, quam methodice concinnaverit illa, quæ tractatu ſuo *Probationum Cap. 2. num.* 77. Ubi de Appellationibus convictorum reorum agit, adverſum me plus ſatis calumnioſe & mendaciſſime adduxerit, quam eleganter illa pertractandæ ſuæ materiæ cohæreant: & ſic de cæteris omnibus, Plura non addo.

Si ejudem opuſculi & ipſius materiæ pertractatæ meum quæras judicium, ut me contineam, cum hujus loci non ſit de eo judicare, neque temporis anguſtia permittat omnia ea pervolvere, judicium meum ſuſpendere ſatius duxi, uſque dum ex profeſſo ad ſingula reſpondere occaſio detur. Ex his tamen, quæ, dum hæc in Typothetarum gratiam, ne ipſum hoc opus jam ad umbilicum perductum amplius remoretur, contrahere fuerim coactus, per tranſitum evolvi, vereor, ne cum Inſtitutionum commento ſuo, ut ne maculatior addatur ſpurcitia, in vulgus deferatur:

Vendendum thus & odores
Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.

Praxin ejus quod attinet, ut dicam quod ſentio, vere affirmare auſim multæ ſit licet lectionis, & infallibilis memoriæ, exigui tamen eum eſſe judicii, ut quum ad vera Juris ad ſua quæque ſubjecta, & propoſiti caſus applicationum deventum ſit, ita ſuis obſervationum mæandris involutus ſit, ut de jure quærentibus nihil minus reſpondeat, quam quod ad veram Juriſprudentiæ praxin pertinere quoquam modo videatur. Teſtatur non modo vacillans & nuſquam ſibi conſtans conſilium & judicium ſuum de veneno porrecto, quod forte non nocuerit, anne in eo nudus conatus, & voluntas ſine effectu ſubſecuto ordinaria facti pœna ſit punienda? (Quam materiam ita confuſe tractat ut vix dijudicari poſſit, quid ſentiat ipſe.) Sed & paſſim in aliis quibuſcunque tanta hominis, altercandi & cavillandi velut innata prædominatur libido, ut ab omnibus, etiam à ſe ipſo diſſentiat, prout non ita pridem in fideicommiſſi quæſtione, de qua inter cæteros ipſemet fui conſultus, præter teſtatoris voluntatem, ſatis expreſſam, pro ſubſtitutis remotioribus, adverſus teſtatoris inſtitutos heredes ſuos proximiores, ſub exiſtenti conditione vocatos, conſulendo, contra omnium in eadem cauſa conſultorum, (etiam aliorum hujus Academiæ Juridicæ facultatis Profeſſorum) opinionem de errore ſuo ſatis admonitus, ſolus reſpondit. Quæ qualiacunque ſua, utut defendat, nihil ad me. Hoc tantum amice moneo, ut præſcripto Imperatoris Valentiniani in *l. 6. Cod. de Poſtulando*, edoceatur, *ne ultra quam cauſæ poſcat utilitas in licentiam conviciandi, aut maledicendi temeritatem prorumpat, agat quod res eſt, & temperet ab injuriis, ut ne ſi adeo procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis atque exiſtimationis ſuæ patiatur diminutionem.* Hæc ſunt, amice Lector, quæ præter inſtituti rationem, quam ex ipſo opere, ejuſque indicibus, tam capitum & titulorum, quam rerum & verborum quivis facile colligere poteſt, pro defenſione mea adverſus maledicen-

tis

tis criminationes omnino dicenda, operæ pretium duxi. Quibus hoc tantum addam: quam argute ſummus ille practicus, aut neſciverit, aut ſimulare maluerit (ut mihi *cap. 1. num.* 84. hoc quaſi ſtigma inureret) Romanorum fuſtium ictus noſtris virgarum cæſionibus, & ſtigmatum inuſtionibus, iis quandoque addi ſolitis, commode comparari, eaſque pœnis capitalibus annumerari poſſe. Quo tamen nihil frequentius apud noſtros, ut quibus pœnas capitales dupliciter ſumi conſtans ſit doctrina. Quarum aliæ ſunt pœnæ majores & mere capitales, quibus ultimum ſupplicium denotatur, aliæ pœnæ minores, quibus quælibet pœnæ corporis afflictivæ annumerantur. Quæ ſi minus capiat, repetat prima Juris Romani elementa ac principia, ut & cum dupondiis ſuis diſtinguere diſcat inter capitis diminutionem maximam, mediam, & minimam. Neque minori hallucinatione ea quæ pro vera diſtinctione inter Parricidium proprie dictum, quod inter parentes & liberos, & illud quod inter collaterales alioſque conſanguineos committitur, itemque inter Sicariarum, & ſimplex homicidium, & inter varios pœnarum legis Corneliæ gradus, dicto *Proceſſu Criminali cap.* 8. & *Cenſur Forenſ. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. adduxi, ſuo, *de probationibus* libello *cap.* 1. *num.* 63. *& ſeqq.* non uno in loco ſibi ipſi directe contrarius paſſim confundit, ubi illegitima noviterque inventa diſtinctione, probare conatur, quælibet graviora crimina, inter quæ tum venenum porrigentis commiſſum, etiam effectu non ſecuto, pro ſolo judicis arbitrio ordinaria legis, & facti commiſſi pœna eſſe punienda. Paulo lenius, non ideo tamen magis Practice, *dicto tractatu cap.* 1. *num.* 17. *& ſeqq.* ex Friſiæ, Omlandorum, Ultrajectenſium, Daventrienſium & Tielenſis diſtrictus, Statutis, perperam adductis, actorem probationibus deſtitutum, pro negocii qualitate reo Jusjurandum deferre poſſe, ut aut jurare aut cedere debeat, contra omnium fidem, affirmat. Non animadvertit rerum judicatarum obſervator, & juris noviſſimi perſcrutator, nullum unquam in Praxi receptum fuiſſe Jusjurandum voluntarium, à parte parti delatum, aut deferendum, quod non etiam ſimul ſit judiciale, & ab arbitrio & judicis prævio decreto dependeat, ut is poſt ſemi plenam aut ulteriorem probationem, ſuper oblato juramento, aut ſi oblatum non ſit, ex officio, alterutri partium juramentum, præſtandum imponat: ut tum prius locus ſit. *l.* 38. *ff. de Jurejurando.* Qui, actore nihil, aut minus quam ſemiplene probante, reum abſolvere debet ſecundum *l.* 4. *Cod. de Edendo.* Quod diſcat ſi dignetur, ex hac *Cenſur. Forenſ.* 2. *part, lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 32. Et hoc lex Viſigothorum *dicto. num.* 7. *cap.* 1. *tract. ſui.* adducta, eum docere potuiſſet, Ad hæc miror craſſam ejus practici juris ignorantiam, *cap.* 1. *num.* 18. palam proſtitutam; ubi in criminalibus, pro quibus pecuniarie agitur, indiſtincte, eoque argumento, in eo qui ſtupri arguitur, & ubi de fraudato vectigali quæſtio eſt, juramentum deferri poſſe affirmat, quum tamen in criminibus, & in his omnibus cauſis, in quibus perjurii metus, aut ſuſpicio intercedit, eodem loco, Jurisjurandi delationem nequaquam admittendam, pro fundamento adduxerit ipſe, *arg. l.* 1. *ff. de bon. eorum qui ante ſententiam.* & *l.* 1. §. 3. *ff. de columniator* prout etiam jure Canonico à pontifice expreſſe vetitum notat per *cap.* 22. *quæſt.* 2. Ecquis autem major perjurii ſuſpicio, quam in defraudati vectigalis cauſis? Ecquis unquam, ſi non in ſtupri, adulterii aut ſimilis commiſſi accuſationibus, Perjurii metus? Neſcivit vir bonus, aut ei in mentem non venit, haſce cauſas, licet plerumque propter ejuſmodi commiſſa pecuniariæ, & civiliter agi videatur, non tantum facti infamiam, ſed & famæ graviſſimam maculam ipſi reo inferre, quam ut evitet procul omni dubio quivis facillime ad ſuſcipiendum juramentum juducetur, ut ſe innocentem juret Sed ut vela, quæ jam contrahere conſtitueram, tandem conſtringam, de cæteris altius non inquiram. Non agam jure ſummo, quod fortaſſis obtinerem. Vale Amice Lector, & Salve. Ex Muſæo meo Lugduni ad Rhenum Menſe Decembri. CIƆ IƆ C LXXVII.

S. L.

LEGUM NOVITER EMENDATARUM ELENCHUS.

Interpretatio l. 3. Cod. de Tabular. pag. 22. num. 1. & 2.

Interpretatio l. 20. §. 1. ff. de pignor. act. pag. 33. num. 11.

Interpretatio l. 31. ff. ad Municipalem. pag. 38. num. 7.

Interpretatio l. 19. §. ult. ff. de judic. pag. 44. num. 11.

Interpretatio l. 38. ff. de petit. heredit. pag. 89. num. 54.

Interpretatio Statuti Leydenſis. pag. 113. num. 4.

Intellectus l. 33. §. 2. ff. de Procurat. pag. 150. num. 5.

Interpretatio l. 18. §. 1. ff. de Quæſtionibus. pag. 183. num. 22.

Interpretatio l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. pag. 203. num 29.

Interpretatio Exodi 21. verſ. 12. 14. pag. 204. num. 34.

Interpretatio & collatio legis Moſaicæ cum Jure civili circa Juriſperitorum auctoritatem. pag. 207. num. 13.

Conciliatio l. 20. Cod. de pœnis, cum l. 5. Cod. de Cuſtod. reorum. pag. 211. num. 2.

INDEX CAPITUM.

LIB. I.

CAp. 1. *De Judiciis.* pag. 1.

Cap. 2. *De Origine, ſucceſſu atque ordine magiſtratuum omnium judicum.* 3

Cap. 3. *De Imperio & Juriſdictione.* 11

Cap. 4. *De Poſtulando.* 14

Cap. 5. *De Procuratoribus.* 15

Cap. 6. *De Defenſoribus, & perſonis, quæ ad agendum & defendendum, abſque mandato admittuntur.* 18

Cap. 7. *De Advocatis, eorumque officio.* 20

Cap. 8. *De Actuariis, Graphiariis, eorumque officio.* 22

Cap. 9. *De Nunciis, Viatoribus, ſive Apparitoribus.* 24

Cap. 10. *De Actore & his qui agere poſſunt vel non.* 27

Cap. 11. *De Reo convento, & his qui pro ſe, aut pro aliis conveniri poſſunt, ubi de Repraſaliis.* 30

Cap. 12. *De foro competenti, & ubi quiſque agere aut conveniri debeat.* 38

Cap. 13. *De ſoro competenti ratione conditionis perſonæ, ubi de ſoro Senatorum, vel Clariſſimorum, Militum, Studioſorum, Viduarum & Pupillorum.* 39

Cap. 14. *De Foro competenti ratione cauſa, ubi de Evictionibus cauſa, Continentia, Tutorum Ratiociniis, & cauſa Fiſcali.* 42

Cap. 15. *De Foro competenti ratione exiſtentia perſona vel rei, ubi de Arreſtis.* 50

Cap. 16. *De Foro competenti ratione obligationis, ubi de Prorogatione Juriſdictionis.* 57

Cap. 17. *De Foro competenti ratione conſenſus, ubi de Arbitris.* 59

Cap. 18. *De Foro competenti ratione privilegii, ubi de Foro privilegiato.* 63

Cap. 19. *De Competentia mixti fori, tam ratione Cauſa quam Perſona privilegiata, ubi de Competentia fori utriuſque Hollandiæ Curiæ.* 65

Cap. 20. *De Judiciis, id eſt Actionibus & earum ſpeciebus.* 67

Cap. 21. *De Præparatoriis Judicii inchoandi, ubi de Supplicationibus, vulgo* Requeſten. 71

Cap. 22. *De Mandatis Curiæ, per quæ actiones proponuntur.* 80

Cap. 23. *De in Jus vocando, ac Citationibus legitimis.* 91

Cap. 24. *De Libello.* 95

Cap. 25. *De Contumacia, & pœnis quas litigantes ad procedendum citati, in judicio non comparentes incurrunt.* 97

Cap. 26. *De Exceptionibus & Præjudiciis tam peremptoriis quam dilatoriis.* 101

Cap. 27. *De Litiſconteſtatione, ubi de Reconventione, Reſponſionibus, Replicationibus, Duplicationibus, & Reaſſumptione litis.* 108

Cap. 28. *De Proceſſus Verbalis & Scripti differentiis, eorumque forma ac modo procedendi.* 110

Cap. 29. *De Probationibus, & Præſumptionibus, ubi de fide Inſtrumentorum, de Teſtibus, & Jurejurando.* 113

Cap. 30. *De ordine Iudiciorum & officio Iudicis.* 121

Cap. 31. *De Sententiis & Re judicata.* 122

Cap. 32. *De Relationibus & Appellationibus, ubi de Appellationis, Reformationis, Reductionis & Reviſionis differentia.* 126

Cap. 33. *De Executione Rei judicatæ, ubi de enervata ſententiæ renovatione, atterminatione, & oppoſitione contra executionem inique aut indebite factam. Itemque, de parata executione aggerum muniendorum & ſaltuum præfectura.* 131

LIB. II.

CAp. 1. *De Publicis Iudiciis, quæ ſint, à quibus, & coram quo judice perſequenda.* 147

Cap. 2. *De Advocatis, Procuratoribus, aliiſque defenſoribus.* 150
Cap. 3. *De Ordine ac modo inſtituendi Proceſſus criminales.* 152
Cap. 4. *De Informatione, captura reorum, & citatione perſonali.* ibid.
Cap. 5. *De reſiſtentia, & exemptione è manibus familiæ, juſtitiæ violatoribus, & effractu carceribus.* 158
Cap. 6. *De Citationibus tam præſentium, quam abſentium reorum, ubi de Comparitione & Contumacia rei, & quatenus abſentes condemnare aut defendere liceat.* 162
Cap. 7. *De Probationibus, Teſtibus, Præſumptionibus & Indiciis.* 168
Cap. 8. *De Inquiſitionibus & Torturis.* 175
Cap. 9. *De Confeßionibus & effectu Torturæ, de ſociis criminum delatis, & quid ſi reus Torturam negando audacter ſuſtineat.* 184
Cap. 10. *De præjudiciis incarcerationis aut perſonalis citationis, ubi de proviſionali relaxatione.* 188
Cap. 11. *De Proceſſu Criminali & libelli forma.* 190
Cap. 12. *De defenſione adverſus Confeßionem, & pro innocentia rei, ubi de moderamine inculpatæ tutelæ, Homicidio caſuali, & vulnere non lethali.* 191
Cap. 13. *De Abſolutionibus & Condemnationibus, ubi de variis & arbitrariis pœnarum generibus, in quibus locum habeant, an & in quibus aggravari, aut remitti poßint. An voluntas pro facto.* 197
Cap. 14. *De Officio Judicis.* 204
Cap. 15. *De Sententiis & re judicata, ubi de Confiſcatione bonorum, Cadaveribus punitorum, ſervis pœna, & infamia condemnatorum.* 207
Cap. 16. *De executione & effectu ſententiæ.* 211
Cap. 17. *De Appellationibus & Relationibus.* 214.
Cap. 18. *De Supplicationibus, Remißionibus, & Abolitionibus.* 216

CEN-

CENSURA FORENSIS THEORETICO-PRACTICA, &c.

PARS II.

LIBER PRIMUS.

Cap. I.

De Judiciis.

Summaria.

1. *De Judiciorum, ac Judicum Origine ac neceſſitate.*
2. *Regula: ne quis in ſua cauſa judicet, an, quos & quatenus obſtringat?*
3. *Reges, Principes, Comites, an & quatenus ordinario judici in cauſis communibus ſubjecti, nunc, & olim in Hollandia, Gallia, Germania.*
4. *Regum, Principum, ac Comitum bona ac patrimonium à perſonis ſuis quoad juriſdictionem communem ſeparari.*
5. *Regum ac Principum perſonas legibus ſolutas, & ſupra omnes leges eſſe jure gentium, exemplis probatur.*
6. *Judicium quid?*
7. *Judicii locus, forum, roſtrum, tribunal quid?*
8. *Ubi & quomodo apud nos judicia exerceri ſoleant.*
9. *Judicium aliud publicum, aliud privatum. Criminale & Civile, quod iterum eſt aliud Civile, aliud Canonicum, aliud Feudale.*
10. *Judiciorum propria, quæ ſint, per partes?*
11. *Judicii præparatoria quoad litigantes quæ ſint?*
12. *Judicii partes quoad Judicem.*

JUrium, ac legum pro bene vivendi norma in negotiis atque actionibus, quibus homines inter ſe communicant conſtitutarum cognitionem, excipit Judiciorum tractatur; quo ſcilicet ordine, & modo legitime quis perſequatur, quod 1 ſibi debetur. Nam ſine tali obligatione inane fuiſſet omne Juris legitimum repertum. Quo ſenſu Grot. *lib.* 3. *cap.* 1. *de Jure Belli*, Jus vocat, *judicandi libertatem, quam alii aliis quaſi pacto quodam tacito debere intelliguntur.* Nam propter naturalem in ſe ac ſua, etiam cum alterius injuria, bene faciendi libidinem, & naturalis cupiditatis poſtulatum, quo quiſque rerum communium uſum poſtulat ſibi proprium, hanc poteſtatem nemo quiſquam ſibi aut in rem ſuam libere exercere potuit, ſed arbiter deſiderabatur, qui haberet Jus ſupereminens in omnia alterius Jura, quo unicuique quod ſibi debetur, æqua lance appenſum tribueret.

2 Quare, ut nemo in cauſa ſua Judex detur, aut Jus dicat, Jure civili conſtitutum eſt. *l. unic. Cod. ne quis in ſua cauſa jud. l.* 13. *quod met. cauſ.* cui omnes, qui alicui poteſtati ſubjecti ſunt, mutuo quaſi ſocietatis pacto alligantur. Cod. [illegible] t. *Ne quis in cauſa ſua judicet.*

3 An vero Principes, id eſt qui ſupremam in Regno aut Republica habent poteſtatem, huic adſtringantur? propter ſuperioris Judicis defectum, & quod inferior Magiſtratus in ſuperiorem nullam habeat poteſtatem. *l.* 4. *ff. de arbitris.* vere dici non poteſt. Ut qui ſupra leges ſunt, quomodo Antoninus Pius Imperator in fiſci ſui cauſa *l.* 3. *ff. de his quæ in teſtam. delent.* & Tiberius pro hereditate ſervo ſuo relicto. *l.* 4. *ff. de hered. inſtit.* in rem ſuam ipſi Jus dixerunt. Sed ne propterea privati cum Principe contrahere detrectent, communis uſus apud quoſdam introduxiſſe videtur: ipſos etiam Principes quoad bona & patrimonium ſuum ordinario judici ſe committere. Quomodo in omnibus fiſci, aliiſque Reipublicæ cauſis delegati judices conſtituuntur in Belgio, & ipſi Hollandiæ Comites in propriis cauſis Curiæ Provincialis juriſdictioni immediate ſubjecti fuere. *Inſtruct. Senat. Provinc. Holland. art.* 6. *&* 8. Et Galliæ

Reges coram Parlamento ſuo, in ſuis cauſis, adverſus ſubditos ſuos litigare, & nonnunquam
cauſa ſua cadere teſtatur Joann. Papon. *Notair. cap. diviſion. de l'ordre de Playder.* Anton. Mor-
nac. *ad. d. l. unic. Cod. ne quis in ſua cauſa.* Chriſtin. *vol. 2. deciſ. Belg.* 152. *num. 3.* & Ger-
maniæ Electores pro Cameræ Imperialis adſeſſoribus conveniri, & judicio experiri debent ac
ſolent, exceptis quibuſdam Civitatibus, quarum incolæ ex ſpeciali privilegio vel inveterata
conſuetudine coram judice Curiæ (**Hoff gerigt**) à Principe conveniri poſſunt, teſte Hart-
manno *tit. 1. obſerv. 1. num. 7. 8.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 1. num. 18.*

Quoad perſonas vero Regum, Comitum ac Principum, eas à bonis ſuis hac in parte ſepa- 4
rari conſtans doctrina & Politicorum praxis eſt: ut qui ſupra leges, omnibuſque legibus ſoluti
ſunt, *l. 31. ff. de legib.* neque alio ſenſu legibus vivere Imperatores vult *l. 3. Cod. de teſtam.* aut
legibus alligatum ſe Princeps profitetur. *l. 4. Cod. de legib.* Principum nomine non ſolum Re-
ges, Principes, Comites &c. continentur, ſed generaliter omnes penes quos eſt ſumma re-
rum poteſtas, ſive ea penes unum, ſive plures, ſive omnes ſit.

Supremæ poteſtatis jura ſunt, apud omnes gentes pro lege, à qua recedere non liceat, ob- 5
ſervata: Principem id eſt Supremam in Regno, aut Republica poteſtatem nulli alii niſi Deo
obnoxiam eſſe, cuique ſoli actuum ſuorum rationem reddere cogitur; præterea nemini. Cui
quod libet, licet. Qui legibus ſolutus eſt, qui leges dat, non accipit, ac proinde qui omnes
judicat, ipſe à nemine judicatur. Ita lex Regia apud Perſas (teſte Herodoto *in Thalia*) Regi id
quod facere vellet, permittebat. Hinc Julia noverca & uxor Antonini Caracallæ apud Ælium
Spartian. *in Anton. Caracalla. An ne ſcis*, inquit, *te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere?*
Quum Novius Niger Quæſtor Cæſarem à Vettio judice apud ſe inter ſocios conjurationis Ca-
tilinæ nominari paſſus eſſet, Cæſar Vettium pignoribus captis, & direpta ſupellectile male mul-
ctatum ac pro roſtris in concione pæne diſcerptum in carcerem conjecit. Eundem Novium
quæſtorem, quod compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet, damnatum refert Sue-
tonius *in vita Julii.* Atque eo potiſſimum argumento *Caroli I.* Regis Angliæ, nefandum læſæ
majeſtatis parricidium à ſubditis judicibus in Regem admiſſum defenſione ſua regia vindicat
magnus *Salmaſius.* Neque alio argumento, & nunc & olim, illegitime ſe detentos, carcerique
mancipatos jure conqueſti ſunt quidam *Proceres Hollandia Ordinum Deputati*, ob hoc, quod
ex mandato conſtituentium cæterorum, in ordine & poteſtate parium, intentioni minus pa-
ruiſſent.

Sed quo jure quæret aliquis, majores noſtri *Philippo III.* Principi ac Hollandiæ Comiti
Anno 1581. obedientiam denegarunt, ejuſque poteſtati ſe ſubduxerunt? Reſponſio in promptu
eſt: libero ſcilicet Populo, jus belli dari in Principem, & Principes qui ſub populo ſunt, ſive
ab initio talem acceperint poteſtatem, ſive poſtea ita convenerit, ſi in leges ac Rempublicam
peccent, non tantum vi repelli poſſunt, ſed ſi opus eſt, morte puniri. Pauſaniæ, Lacedæmo-
niorum Regis exemplo probat Hugo Grot. *de Jure Belli lib. 1. cap. 4. §. 8. 9.* De facti ſpecie,
vide ipſum *decretum Fœderat. Ordin. 26. Julii* 1581.

In cæteris igitur, judicio opus erat, in quo coram judice partes diſceptarent, & hinc judices, 6
qui unicuique jus ſuum dicerent.

Judicium locus eſt in quo jus dicitur. Alias ſumitur pro ipſa legitima diſceptatione coram 7
judice, de re controverſa, inter litigantes, vulgo, *proceſſus*, de quo ſuo loco.

Locus judicii apud Romanos primo in medio foro exerceri ſolebat in aperto. Donec in ali-
qua fori parte tectum fuerit expanſum variis ſtatuis, & deinde navium deprædatarum roſtris
ſuffultum, unde & *forum* & *roſtrum* dictum: ſic *in foro*, & *pro roſtris*, pro in judicio, aut
coram judice quid fieri paſſim dicitur. De his ita Livius *Hiſtor. lib. 8. Naves*, inquit, *Antia-
tium partim incenſa, partim in novalia Roma ſubducta, roſtriſque earum ſuggeſtum, in foro
exſtructum, adornari placuit.* Vocatur etiam Tribunal à Tribunali ſive ſuggeſtu editiore,
unde conſpici Magiſtratibus ab omnibus poterat, in quo ſella curulis collocata erat, inſigne
juriſdictionis, ubi ſedens Prætor cognoſcebat, & pronunciabat, qui dum ei vacabat, pro
tribunali ſedere dicebatur. Huic admota erant ſubſellia, ſive ſedilia, in quibus conſidebant illi
Duces, qui Magiſtratum curulem gerebant, & cauſas cognoſcebant, quales fuere *Tribuni
Plebis, Quaſtores, Triumviri, Ædiles Plebis*, & qui cum curulibus magiſtratibus judicabant,
centumviri. Deinde & illi qui cauſas agebant, etiam in ſubſelliis conſidebant. Quod & mo-
ribus receptum, quibus defenſores, & cauſarum patroni, eminentiori loco, quo ab omnibus
videri, & audiri poſſunt, quaſi in ſuggeſtu collocantur.

Cæterum, moribus, judicia exerceri ſolent, in curiis, & ædibus publicis, ad id deſtinatis, 8

aperto oſtio, ut cuilibet libera detur audientia, & liber ſit acceſſus. Quibus ut omnis abſit ſtrepitus, atque inſolentia. à Maximiliano Auſtriæ Duce, Comite Hollandiæ 26. *Maji* 1480. indultum erat, ut ne quod judicium in taberna, aut diverſorio publico exerceatur, ſed aut in aperto juxta viam publicam, aut in ædibus proximis, in quibus nec cibus aut potus venalis ſit. Cujus reſcripti verba, quum & præterea ſtatum temporis & continuum, nullo alio actu extraneo interveniente, exercitium contineat, hiſce inſeruimus.

Dat geen Baljuwen / Schouten / nog Dyk-graven binnen Steden off op de Dorpen voortaan geen regt doen en ſullen dan in een openbare Vierſchare / buyten op den weg / off in een huys / daar men geen drank off ſpijs verkoopt / ende het regt niet beginnende / off die Vierſchaar te ſpannen / dan goets tyds by klimmende Sonne voor de middag / ende niet voor negen uyren / maar als ſy de Vierſchaar geſpannen / ende het regt begonnen hebben / uit der Vierſchaare niet te ſcheyden / nog het regt een uyre / twee / meer off min op te ſetten / voor dattet regt geeyndigt is. Ende waart dat men dat regt anders plegede / ſoo ſoude dat van geener waarden weeſen.

Ut neque Balivi, Schulteri, nec aggerum muniendorum præfecti, in civitatibus, aut oppidis jus ferant, niſi aperto judicio, in aperto, aut domo, ad id deſtinata, in qua nec cibus nec potus venalis ſit, neque tribunal exerceantur, alio quam matutino tempore, ante meridiem ſolis umbra decreſcente, circa horam nonam auſpicium ſumpturi, & nec tribunali ad jus dicendum expoſiti, deſiſtant, ſed continuo juri dicundo, ad umbilicum deducto præſto ſint. Quod ſi aliter fiat, quod actum eſt, nullitatis pœna damnetur.

Quod in Civitatibus, à ſubalternis judicibus ſervari, in oppidis & pagis vero in diſſuetudinem abiiſſe conſtat. Quibus etiamnum in publicis diverſoriis, ut plurimum pomeridiano tempore & inter pocula, magno reipublicæ malo judicia exerceri ſolent.

9 Judicium aliud eſt publicum, aliud privatum. Publicum *criminale* judicium eſt. Privatum *civile*.

Civile, iterum aliud eſt *ſeculare*, aliud **Canonicum**, ſive ſpirituale, aliud *Feudale*, quod utrumque an & quatenus in Hollandiæ viciniſque regionibus obtineat, ex iis quæ de judicibus itidem eccleſiaſticis & feudalibus ſequenti capite tractantur dignoſcetur. Adeoque tot diverſa eſſe judicia dici poſſunt, quot ſunt judicum diverſi ordines, & genera, de quibus ad amuſſim ſequenti capite.

10 Judiciorum propria atque neceſſaria ſunt, perſonæ judicium coram judice conſtituentes eorumque officia, ſive per adjumentum, uti ſunt, *Procuratores*, *Defenſores* & Advocati, ſive per miniſterium; uti ſunt *Actuarii*, *Nuncii*, *Apparitores* & *Executores* litium, ſive principaliter in judicio litigantes, uti ſunt *Actor*, & *Reus*, ad judicium accedant.

11 Quoad litigantes, judicii præparatoria ſunt, forum competens, Actio, ſive jus perſequendi, in jus vocatio, litis conteſtatio, quæ conſiſtit in petitionis libello, à parte actoris, exceptione à parte rei conventi, alia peremptoria, alia dilatoria, reconventione, replicatione, duplicatione, probatione per inſtrumenta, vel teſtes, & cauſæ concluſione.

12 Quoad judicem judicii partes ſunt, mandata, citatoria, inhibitoria, reſtitutoria, cauſæ cognitio, ſententia, interlocutoria, aut principalis cauſæ, verbalis, aut in ſcriptis propoſitæ expenſarum & intereſſe rei judicatæ tatio, appellatio & rei judicatæ executio, varia & contra eam circa exceſſum admittenda oppoſitio.

Quæ partes omnes quum diverſæ ſint in civilibus, diverſæ in criminalibus cauſis, bifariam de iis agendum eſt. Ac primo de cauſis civilibus cui tractationi, ut generalis titulus præcedit ſequens, qui eſt de origine, ſucceſſu atque ordine magiſtratuum judicum tam criminalium quam civilium.

Cap. II.

De Origine, ſucceſſu atque ordine magiſtratuum omnium judicum.

Summaria.

1. *Judex quis, alius ordinarius, alius extraordinarius ſive delegatus.*
2. *Judices Urbani, Prætor, Præfectus urbi, Præfectus annonæ, eorumque officium.*
3. *Conſularis poteſtas, quæ & qualis ſit.*
4. *Judices municipales, eorumque officium.*
5. *Judices Provinciales, Præſes Provinciæ, Proconſules, Legati, eorumque officium.*
6. *Comes Orientis.*
7. *Procuratores Cæſaris, ejuſque officium.*

8. *Ejus officio fungebatur Pilatus quum Chriſtus cruci damnabatur.*
9. *Magiſtratuum eadem aut non diſſimilis diſtinctio apud nos.*
10. *Judices urbani qui ſint, eorumque officium.*
11. *Collegium Politico Juridicum, vulgo* **die van den Gerechte** */ eorumque officium.*
12. **Correctie** */ quid? quando, & in quibus cauſis locum habeat.*
13. *Scabini, unde dicti, eorumque officium.*
14. *Sculteti, ſive Balivi officium, cum officio Comitis rerum privatarum comparatum.*
15. *Judices Pagani, qui, eorumque officium.*
16. *Sculteti, & Balivi differentia.*
17. **Aesge** */ &* **Schelte** */ apud Friſios qui fuerint.*
18. *Aſingi apud Hollandos qui & quando in Scabinos reformati.*
19. *Curia Provincialis Hollandiæ, ejuſque officium & juriſdictio, quando & ubi primo inſtitutum.*
20. *A Curia ſuprema appellatum, ubi, quando & à quo inſtitutum, ejuſque officium, ubi de remiſſione remiſſive.*
21. *Prætoris Præfectura apud Romanos æquiparatur.*
22. *Fiſci Advocati.*
23. *Senatus Curiæ Ultrajectinæ.*
24. *Gelriæ ſupremum Tribunal, ejuſque juriſdictio.*
25. *A quibus Gelria, Zutphania & Tranſiſulania judicibus, & quando appellandum vel non.*
26. *In Friſiâ, quæ, & qualia ſunt Tribunalia.*
27. *In Groeningia.*
28. *In Agro Omlandico.*
29. *Collegium Senatus Deputatorum Hollandiæ Ordinum* **Gecommitteerde Raden** */ ejuſque officium.*
30. **Schepenen / Commiſſariſſen** */ eorumque officium.*
31. *Collegium Septemvirale rei maritimæ, vulgo* **het Collegie van de Admiraliteyt** */ ejuſque officium.*
32. *Magiſtratus militaris officium, vulgo* **den Krijgſ-raad.**
33. *Aggerum & aquarum Præfectura, vulgo* **Dijck-graaf ende Heemraden** */ eorumque officium, ubi & quando inſtitutum.*
34. *Salinum præfectura tribunal,* **Houtveſter ende Meeſter-knapen.**
35. *Profeſſorum & Senatus Academici tribunal & juriſdictio.*
36. *Academiæ Lugduno-Batavæ ſtatuta circa juriſdictionem ſuam.*
37. *Judices alii ſunt Seculares, alii Eccleſiaſtici.*
38. *Judices Feudales.*

UT Judex ſine judicio ſive tribunali, ita nec judicium ſine judice conſiſtere poteſt.
Judex eſt qui litigiorum cauſas cognoſcendi jus habet, alius ordinarius, qui ſuo jure & pro- 1
priâ juriſdictione, alius extraordinarius, qui ex delagatâ juriſdictione illud jus habet, diciturque delegatus, de quorum jure & juriſdictione ſequenti capite.

Judices pro rerum & locorum varietate varii fuere, alii Urbani, alii Municipales, alii Pro- 2
D. I. XII. Cod. XXIIX De offic. Prætorum. vinciales. Urbani erant Prætor, qui proprie juri dicundo præerat, & per quem juriſdictio exercebatur, quæ antea penes Senatores fuerat, hic quaſi viva vox legis, adjurandi, ſupplendi, & corrigendi juris civilis causâ conſtitutus erat *l. 7. §. 1. ff. de Inſtit. & Jure.* Et Præfectus orbi, qui omnia omnino crimina urbis, & quæ extra urbem, ultra centeſimum miliarium commiſſa,
D. I. XII. Cod. I. XXVIII. De officio Præfecti urbi. ſibi vindicabat, ſervos ad ſtatuas confugientes, vel ſuâ pecuniâ emptos, ut manumittantur de dominis, & patrooos egentes de ſuis libertis conquerentes audiebat, relegandi deportandique in inſulam licentiam habebat, carnis, & annonæ, ut juſto pretio præberentur, curam habebat, & quies popularium, & diſciplina ſpectaculorum ad eos pertinebat. *l. 1. ff. de offic. præfect. Urbi.* Cui & ſingularis Præfectus annonæ adjungebatur, de quo *tit. Cod. de offic. Præfect. Annon.*

Cod. I. XLIV. De officio præfecti Annonæ. Quæ apud nos à Conſulari poteſtate exercetur. Hi enim ſummam gubernandæ civitatis 3
curam habent, **Borgermeeſters** dicti, quod ſunt quaſi civium magiſtri, & defenſores, quibus omnium civium ſalus, vita, & fortuna creditur, ut non tantum præſint, ſed & proſint, reipublicæ privilegia defendendo, & tanquam parentes, & tutores, omni meliori modo curando, nequid
Cod. I. LV. De Defenſoribus Civitatum. detrimenti reſpublica capiat, & juſtitia ab omnibus ex æquo adminiſtretur, in quo conveniunt cum Defenſoribus civitatum, de quibus in *tit. Cod. de defenſorib. civitat.*

Municipales erant, qui municipiis jus dicebant, in minoribus cauſis, ſecundum modum ſuæ 4
Cod. I. LVI. De Magiſtratibus municipalibus. juriſdictionis. *l. 28. ff. ad municipalem.* Pignora per executionem jubere capi poterant *l. 29. §. pen. ff. ad leg. Aquil.* in ſervos modicam habebant coërcitionem *l. 12. ff. de juriſdict.* delinquentes carceri mancipare poterant, ſed ad Præſidem ut punirentur, mittere eos cogebantur *Novell. 15.* & habebant jus conficiendorum actorum *l. 1. Cod. de magiſtrat. municipal.*

D. I. XVIII. De officio Præſidis. Provinciales judices erant, Præſes ſeu Rector Provinciæ, qui à Principe ad Provinciam re- 5
gendam conſtituebatur, *tot. tit. ff. de offic. præſid. & tit. Cod. de offic. Rector. Provinc.* Proconſules,

ſules, qui à Senatu in Provincias mittebantur, cum Conſulari dignitate: His adjungebantur Le- *Cod. 1. xl. De officio Rectoris Provinciæ.*
gati, quibus à Proconſulibus, quum Provincias ingreſſi eſſent, mandabatur juriſdictio, *tot. tit.*
ff. & Cod. de offic. Proconſ. & legati. *D. 1. xvi.*
6 Erat & Comes Orientis, cui variæ Provinciæ in Oriente adminiſtrandæ committebantur. *tit.* *Cod. 1. xxxv. De officio Proconſulis & legati.*
Cod. de offic. Comit. Orient.
7 Sed & Procuratores Cæſar in provincias mittebat, qui initio quidem nullam habuerunt juriſdi-
ctionem, ſed adminiſtrationem tantum rerum fiſcalium: His poſtea à Senatusconſulto Claudiano *Cod. 1. xxxvi. De officio Comitis Orientis.*
data eſt Juriſdictio, inter fiſcum, & privatos, in cauſis fiſcalibus pecuniariis, in criminalibus
nullam habebant juriſdictionem, niſi quum vice Præſidis fungerentur *l. 3. ff. de offic. procurat. Ca-*
ſar. l. 23. §. 1. ff. de appellat. l. 3. Cod. ubi Cauſ. fiſcal. l. 2. Cod. de pœnis. l. 1. Cod. de pedan. jud. *D. 1. xix. De officio Procuratoris Cæſaris.*
cujus vice fungebatur *Pontius Pilatus* in Syriâ tum, quum Jeſus Chriſtus ad crucem dam-
8 naretur, quo pertinet Taciti locus *Annal.* xv. Ubi Chriſtianos, ab authore Chriſto, Tiberio
imperante, per procuratorem *Pontium Pilatum*, interfecto nominatos refert: Quod cum
non caperent Sacræ Scripturæ interpretes perperam illum locum *Matthai cap. 27. verſ. 2.*
κὴ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι, ita tranſtulere, *& tradiderunt eum Pontio*
Pilato Præſidi, pro præfecto, aut verius jus dicente, ſive ut vetus Interpres, procurante: Tunc
temporis enim *Vitellium* virum conſularem Præſidem, *Pilatum* equitem Romanum, Procuratorem
Cæſaris in Syriâ fuiſſe ex *Tertulliano*, *Tacito* & *Joſepho* refert *Cujacius lib. 19. obſerv. 13.* & *parat.*
Cod. ad tit. de officio ejus qui vicem alicujus jud. vel præſid. obtinet. Quodnam fuerit procuratoris
Cæſaris officium, & quo munere Pilatus functus fuerit, exacte diſtinguit *Wilelmus Goeſius tract.* ſuo
cui nomen impoſuit, *Pilatus Judex* ad ſtricturas Anonymi Theologi in eundem *Animadverſio-*
ne 10.

Quæ mixti generis officia erant tum ad jus publicum & politicum Reipublicæ, tum ad
juris & juſtitiæ gubernationem pertinentia. Quæ apud nos plane ſunt diſtincta.

9 De politicis Reipublicæ gubernandæ magiſtratibus ſingula exponere præſentis inſtituti non eſt:
Cæterum quoad magiſtratus, Judices & juſtitiam adminiſtrantes, eadem fere aut non abſimilis
quam apud Romanos diximus, noſtris vicinarumque Regionum moribus diviſio obtinet, quibus
alii ſunt Urbani & Municipales, alii Provinciales.

10 Inter Urbanos in Hollandia etiam alii ad jus publicum ſive adminiſtrationem juſtitiæ in rebus
publicis adverſus privatos, alii ad jus privatorum inter ſe pertinent.

11 Ad Jus publicum pertinet Collegium Politico-juridicum quod in urbibus exerceri ſolet à Præ-
tore, Conſulibus & Scabinis (vulgo **Die van den Geregte**) hi non tantum in cauſis ad ærarium
publicum civitatis pertinentibus jus dicunt: ſed & refractariis, tumultuoſis, aut alteri injurioſis,
12 maleque verſatis civibus, per modum paternæ emendationis, vulgo **in materie van correctie/**
pœnam ſive amendam ut vocant Civilem imponunt, & quandoque ſocietati civitatis ſuæ inter-
dicunt, urbeque expellunt, neque ab eorundem decreto, in iis cauſis ad Judicem ſuperiorem
appellare, aut provocare permittitur, ad exemplum Procuratoris Cæſaris, qui licet pœnæ con-
ſtituendæ jus non haberet, ſi tamen quaſi tumultuoſum, vel injurioſum adverſus Colonos Cæſaris,
prohibuerit in prædia Cæſaris accedere, is abſtinere debebat. *l. 3. §. 1. ff. de offic. Procurat. Cæſar.*

13 In cæteris vero ipſum jus à Scabinis ad id munus tam in urbibus quam in vicis extra urbem
impari, ut plurimum ſeptenario, quibuſdam octonario numero electis, ordinario procedendi modo
adminiſtratur. Idem fere in Germaniâ ſervatur, niſi quod pleriſque ibidem locis duodecim nu-
mero Scabini conſtituti ſunt, ita dicti à veteri Francico verbo *Schef*, quod judicem ſignificat,
hi cauſas judicant, deductam in judiciis quæſtionem decidunt, quæſtionibus & tormentis adſunt,
crimina executioni mandant, & vitæ neciſque poteſtatem habent in civitatibus. Eorumque agmen
14 ducit *Scultetus*, ſive *Baljuus*, qui fiſci & ærarii publici cauſam, & jura contra privatos in civilibus
ſuſtinet (quem Philippus de Leydis *in tractatu ſuo de Republica curâ & ſorte principatum caſ.* 31. *Cod. 1. xxxiv. De officio Comitis rerum privatarum.*
vocat: *receptores redituarios*, & cum *illuſtri Comite rerum privatarum* comparat) in crimina-
libus prehenſionem habet, miſſionem in carcerem, & publicam accuſationem: unde vocari ſolet
Hooft-Officier / quaſi rerum capitalium præfectus, & porro ſupremarum poteſtatum juſſa, &
magiſtratus decreta exequitur, ipſe non judicat, ſed judicum eſt aſſeſſor, ut eorum ſcita exe-
quatur, Scabinos ad jus dicendum adducit, & velut tribunalium locum, poteſtatemque aperit,
quod vulgo dicunt, **de Vierſchare ſpannen** / quaſi quatriturbam convocare, ita dictum, quod
ex quatuor perſonis conſtat, ex Actore, Reo, Judice & Sculteto.

15 In vicis, & pagis, extra urbem, alii ſunt judices civiles, qui circa cauſas civiles tantum occu-
pati ſunt, quibus etiam Scultetus aſſidet, tanquam ipſius tribunalis caput, qui eos ut judicent

monet, ac jubet, ſuffragia ac voces colligit. Alii criminales, & quaſi judices ſuperiores, ad
quos ab inferioribus Scabinis appellatur, & qui in criminalibus gladii poteſtatem habent ad
animadvertendum in facinoroſos homines, vulgo **Mans-Mannen**/ quaſi aliis illis ſuperiores,
ab aliis **Welgeboren-Mannen**/ quaſi ex bene natis, & optimatibus collecti, his quoque aſſidet 6
Baljuus, ſive Officialis, qui criminalem habet accuſationem, & in cæteris eodem fere modo
ſe habet circa judices ſuos, parumque à Sculteto quoad modum procedendi differt, adeoque
ſæpe confunduntur, & in eâdem perſonâ utrumque concurrit, in civilibus tamen proprie di-
cunt, **Schout** / Germanis **Scholtes** / quod ſit quaſi debiti, mulctæque exactor, **Schult** enim
debitum ſignificat, ut recte notat Grot. *Introduct. lib. 2. cap. 28. §.* **die den ooꝛſpꝛonk**/ in crimi-
nalibus Baljuum, dicunt **Bailliuw** / quæ eſt vox Gallica & præfectum denotat.

Apud Friſios, antiquitus *Aeſge* ſive *Aeiga* erat judex ordinarius, qui cum proximioribus vici- 17
nia à partibus adductia in civilibus & pecuniariis cauſis jus dicebat, *Schelte* ex parte Regis, vel
Comitis pœnas exigebat, & de criminibus cognoſcebat, unde frequenter in Jure Friſico legi-
tur, *Aeſgadoem*, id eſt *Aeſga* ſententia, & *Schelteban*, id eſt bannum ſeu pœna Schelionis.
Quod etiam in Hollandiæ vicis & pagis trans Rhenum & Iſſalam ad Aquilonem poſitis, ſu-
periori adhuc ſeculo uſitatum fuiſſe legimus, in appendice Rhenolandiæ conſuetudinum
Art. 15. & latius à nobis probatur in noviſſima Rhenolandiæ conſuetudinum introductione
num. 29.

Unde & Jus Aeſdomicum in inteſtatorum ſucceſſionibus apud Hollandos dimanatum refert
Grotius *Introduct. lib.* 2. *cap.* 28. Donec primo in Kennemaria ex Florentii Comitis privile-
gio *Anno* 1291. Aſingici judices in Scabinos fuerint mutati, his verbis: **Dat de Azingen wij-** 18
**ſen ſouden in Kennemerland / dat ſullen de Schepenen wijſen in alſulk regt / als 't
die Azingen wijſen ſouden** / iiſdem verbis confirmatum a Guilhelmo Bavariæ Duce, *Anno*
1415. Quod primo ad exemplum Kennemariorum in Rhenolandiâ mutatum ex Decreto Hollan-
diæ Ordd. 9. *Octob.* 1577. quouſque eodem Jure ibidem uſos fuiſſe conſtat, vid. Grotium
Introd. d. lib. 2. cap. 28. verſ. **Om m.** & *dict. Introduct. ad Rhenoland. conſuetud. num.* 29.

Quia porro ritus & modus coram judice à partibus antiquitus in Hollandia fuerit uſitatus colli-
gere licet ex Zuidhollandiæ deſcriptione *pag. mihi* 517. *& ſeq* & Kennemariæ *Conſuetudin.
pag.* 200. junct. *Introduct. Rhenoland. conſuetud. d. loco.*

Quæ in Urbanis eadem etiam in Provincialibus magiſtratuum judicum diſtinctio eſt,
ſcilicet inter eos qui in cauſis privatorum inter ſe & eos qui in fiſci & ærarii publici cauſis jus
& juſtitiam adminiſtrant.

Quoad jus privatorum inter ſe provinciale, atque omnibus commune tribunal inter Civitates,
Nobiles, & ipſos etiam privatos ad ſupplicantium preces olim exercebat ipſe Comes, adhibito
Senatorum quorundam conſilio, ut inter cætera patet ex veteris Kennemariæ *Conſuetud. pag.
mihi* 7. 34. 76. 120. *& paſſim*, donec ex iiſdem conſiliariis erecta fuerit Hollandiæ Zelan- 19
diæque curia provincialis, ad quam præter particulares cauſas immediate ad ejuſdem Curiæ juriſ-
dictionem pertinentes (à Carolo V. eidem Curiæ *Anno* 1530. commiſſas, de quibus *Art.* 8. *In-
ſtruct. Holland. Zeland. Weſt-Friſiæque Curia* commiſſas) à ſingularum urbium judiciis provocare-
tur. Inſtitutum fuit hoc collegium à Philippo Burgundiæ Duce circa *Annum* 1428. ab eoque
tempore Hagæ-Comitis in magnâ Principis aulâ in hunc uſque diem reſedit, nec ante illud
tempus aliquod univerſale collegium juſtitiæ fuit, coram quo ab inferiori ad ſuperiorem
judicem generalem provocari poterat, teſte Wilhelmo Goudhoven *in additionibus ad Hollan-
dia Chronicon pag. mihi* 99. Ubi in eo reprehendit Adrianum Junium & Ludovicum Guic-
ciardinum; quod hi putent idem illud collegium 'a Graveſandæ ante illud tempus inſtitu-
tum à Guilhelmo Comite, Hagam tranſlatum eſſe, quum retro Hollandiæ Comites aliquo-
ties quidem, ut alibi etiam 'a Graveſandæ ſedem poſuerint ſuam, ipſam verò juſtitiæ admini-
ſtrationem ab aliquo quàm cujuſque loci magiſtratu judiciali habitam fuiſſe probari haud po-
teſt, niſi quod nobilium ejuſque Vaſallorum cauſæ inter ſe coram Comite ejuſdemque Senatu
diſceptarentur.

Perſonæ hunc Senatum conſtituentes ſunt, Præfectus Provinciæ, Præſes & Conſiliarii XVI.
olim ab Hollandiæ Zelandiæque Ordd. hoc ordine electi, ut Hollandia ſucceſſive duos Præſides,
Zelandia tertium, ex judicum conſiliariorum numero Hollandi duodecim, Zelandi quatuor eli-
gant. Poſt mortem Principis Wilhelmi ejus nominis II. præſidis ſive præfecti dignitas vacare
cœpit, uſque ad revolutionem *Anni* 1672. quo Wilhelmo III. præſidialis Hollandiæ Zelandiæ-
que præfectura, cum omnibus prærogativis iterum fuit oblata.

Horum

Digitized by Google

Horum commune erat officium omnibus aut ſingulis, id poſtulantibus, jus ac juſtitiam adminiſtrare, ut juſtitiæ pareatur, ac ſententiæ executioni mandentur, abſque ulla ſimulatione, aut diſſimulatione curare, *Inſtruct. Cur. Prov. art.* 20.

Particulare Præfecti Provinciæ officium eſt, ut pacata, atque quieta ſit provincia, eamque defendere atque conſervare, ut Civitates, Caſtella, & præſidialia aliaque Provinciæ loca perluſtret, videatque an eorum quæ ad neceſſariam defenſionem ſui pertinent ſatis ſibi ſit proviſum, ut ſi quid defuerit in tempore procuret, & generaliter ea faciat quæ ad tutelam, & conſervationem Provinciæ quoquam modo pertinere judicabuntur. Quæ omnia per Senatum olim exequi ſolebant, *Inſtruct. Cur. Prov. art.* 1.

Sed quæ magis politicam Reipublicæ gubernationem ſpectant, poſteaque ad deputatorium Hollandiæ Ordd. Collegium tranſlata ſunt, atque ea tantum penes eundem Senatum manſerunt quæ ad juſtitiæ adminiſtrationem pertinent, cujus reſpectu Provinciæ præfectus ſummæ poteſtatis locum tenebat, ejuſque vice fungebatur: omniaque Curiæ mandata ejus nomine expediebantur, eique primus dabatur locus; ſed quæ nunc poſt ejuſdem Præfecturæ vacationem, Præſidum & Conſiliariorum nomine peraguntur.

Quid aut quale præterea Præſidum ſive Præfectorum Provinciæ munus fuerit, vid. apud Petr. Borre *Hiſtor. lib.* 19. *pag.* 6. *& lib.* 20. *pag.* 86. Aitzem. *tom.* 7. *lib.* 3. *pag.* 88.

20 Ab hac Curiâ ad Supremum Senatum Mechlinienſem appellari ſolebat, à *Carolo Audace* Burgundiæ Duce circa *annum* 1474. ad exemplum & inſtar Parlamenti in Galliâ & Cameræ Imperialis, in Germaniâ inſtitutum, ut omnium Belgii Provinciarum judices huic uni ſubjecti eſſent, eorumque ſententiæ per provocationem, an bene vel male, judicatum, cenſerentur, quo ita paulatim omnes Belgii Provincias ad monarchicam poteſtatem perduceret, ſed qui vix ultra biennium, quo diem obiit, ipſe *Carolus* eo ordine ſtetiſſe legitur. Poſt aliquot annos à *Maximiliano* Archiduce, ſuo quidem modo idem Senatus fuit reſtitutus: ſed cui præter Flandriæ, & Hollandiæ Zelandiæque Provincias, nullæ aliæ, nec ipſe Brabantiæ ducatus ſe ſubjecerunt; Conſtabat hoc Collegium primo ex XXXII. eximiæ doctrinæ & virtutis viris, pietate, prudentiâ, & doctrinâ conſpicuis, Cancellario Principis uno, duobus Præſidibus, quatuor equeſtris ordinis conſiliariis, ſex libellorum ſupplicum magiſtris, octo conſiliariis Eccleſiaſticis, duodecim laicis juris legumque peritis. De hujus Senatus inſtitutione, vide plura apud Reiner. Suoyun. *Rer. Batav. lib.* XI. Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 3. *num.* 11. *& ſeqq.* Scriver. *Batav. ſub Carolo* XXII. *Holland. Comite*, Petr. Borre *Hiſtor. Belgic. lib.* 17. *pag.* 29. Grot. *apologie pag. mihi.* 9. Cujus in locum *Anno* 1582 proximo poſt Philippi Regis Hiſpaniarum abjurationem ejuſque gubernationis ſolennem renunciationem *anno* 1581. publico decreto factam, poſtque arma, libertatis ergo ſumpta Hollandi Zelandique novum conſeſſum virorum doctrinâ eminentium Hagæ-comitis conſtituerunt, Supremi Senatus nomine, conſiſtentem ex novem conſiliariis, cum Præſide perpetuo, à quorum ſententiis ulterius appellare non liceret, niſi quod Ordinibus ſupplicare liceat, ut lectos extra Ordinem ſeptem judices eidem Collegio adjungant, qui per *reviſionem*, ut vocant, diligenter exquirant rectene, an per errorem ſit judicatum, *arg. l.* 35. *Cod. de appellat.* Quod quibus modis procedat, vid. *Inſtruct. Suprem. Cur. art.* 282. prout etiam in Galliæ Parlamentis, & Curiis præſidialibus eſt receptum, cujus praxin vide apud Rebuff. *tract. de Supplicationibus, ſeu errorum propoſitionibus.*

21 Æquiparatur hoc collegium non immeritio prætorii præfecturæ apud Romanos, cujus quidem prima inſtitutione militare tantum erat officium, teſte Dione *Hiſt. lib.* 55. Suetonio *in Auguſto*, & Arcadio, *in l. unic. ff. de offic. præfect. prat.* ſed poſteriorum Imperatorum tempore, in officium plane civile tranſiiſſe videtur, cujus tanta etiam erat auctoritas, ut à ſententiis eorum provocare non liceret, ſed ſulummodo ſupplicatio admitteretur, *dict. l. unic. Cod. de ſentent. præfect. prætor.* D. 1. 11. Cod. VII. XIII De officio Præfecti Prætor.

22 Hiſce utriuſque Curiæ Senatoribus adjuncti ſunt duo Advocati fiſci, quorum alter civilium cauſarum præfectus, eas res tractat quæ Principis dominium tangunt, & Cameræ Rationali ſubſunt, alter Criminalium rerum Accuſator publicus, ea procurat, quæ ad delicta & pœnas pertinent; Quod & apud Romanos Advocatorum fiſci erat officium, ea nempe curare quæ Principis & ærarii erant, & quæ ad vindictam publicam pertinebant, *tot. tit. Cod. de Advocat. fiſci*, ſed de his latius infra *cap.* 6. Cod. II. 11. De Advocatis fiſci.

23 In Diœceſi Ultrajectina præter tribunalia quæ in ſingulis municipiis occurrunt, Senatus in eâ provinciâ unicus, idemque ſupremus eſt, cui in fiſci cauſis quoque Advocatus fiſci, ſive Procurator generalis adſidet, quod olim erat ſeparatum officium, nunc in unâ eademque perſonâ concurrit,

eurrit, & promiſcue nominari ſolet. Ab hoc tribunali nulla datur provocatio niſi per modum
reviſionis.

Et Gelriæ ſupremum tribunal ſive conſilium Arnhemi ſedem ſuam poſuit, cui duodecim plus 24
minus adſident Senatores, legum ac morum periti; quibus etiam adjunctus eſt fiſci patronus, quem
Principis vel Reipublicæ tutorem vocant, cui jurium fiſcalium, dominicalium imperii, juriſdictio-
nis ac limitum cura commiſſa eſt, hujus Senatus legati provocationum cognitionibus præſunt in
Comitatu Zutphanienſi, in oppido Tilenſi, & Batavia ſuperiori, & de quibuſcunque contro-
verſiis ex partium prorogatione judicant, ab hac curiâ nullam ulteriorem, imperatoriam, aliamve
provocationem admittendam, ab Henrico Imperatore *Anno* 1310. impetrante *Reinaldo Gelriæ
Comite* indultum eſt. Sed illud hic notandum circa provocationes, non eandem omnibus per to-
tam provinciam legem eſſe: pleriſque enim Gelriæ urbibus ſpeciali privilegio conceſſum eſt, ut
ab eorundem judicatis nulla detur provocatio, Neomagenſium ſententiæ Aquiſgrani reforman-
dæ ſunt, Sed in Comitatu Zutphanienſi, *Anno* 1594. introductum 12. *Maji* 1604. renovatum,
ut ab inferioribus præfecturarum judiciis, ad ſuperiorem conſeſſum juridicum appellare liceat,
qui quotannis Zutphaniæ eum in finem convocari ſolet, in diſtrictu Velaviæ ejuſque oris finiti-
mis in eam rem antiquitus conveniri ſolebat, ad ſylvam vulgo dictam **Engelanderholt**/ prout in
territorio Arnhemenſi etiamnum ſervatur, ubi antiquo more, ſub dio cauſæ peragebantur. Quod
per reformationem ſtatutorum Velaviæ *Anno* 1620. ad proximiorem ei commodioremque locum
transferri permiſſum eſt. In Tetrarchiâ Neomagenſi ſingulæ paganæ præfecturæ ſeorſim in eam
rem ſuos habent conventus.

Idemque fere ſervat Tranſiſulana Provincia contermina, ubi in tribus majoribus civitatibus 25
Campenſi, Daventrienſi, & Zwollanâ, omnes cauſæ tam civiles quam Criminales à Scabinis ſive
Senatoribus judicatæ, provocationem ſive appellationem ad ſuperiorem judicem haud admittunt,
ſed per arreſtum, ut vulgo, deciduntur. In cæteris tribunalibus quæ in minoribus oppidis & vi-
cis ejuſdem Provinciæ conſtituta ſunt, ſententiæ omnes non obſtante provocatione, proviſiona-
lem ut loquuntur executionem habent, ſub cautione, neque ab iis aliter quam ad publicum quod-
dam totius Provinciæ tribunal, ſive conventum juridicum provincialem appellari poteſt, vulgo
Claringe/ qui non quotannis, ſed ſingulis fere octenniis ad dirimendas appellationum cauſas, in-
terim inſtitutas, convocari ſolet.

Judices ſunt, Præſes ſive Præfectus Provinciæ equeſtris Ordinis viri, & deinde civitatum ma-
jorum delegati, vulgo **den Stadthouder/Ridderſchap ende Steden**/ qui ex Campenſi duo, ex
Daventrienſi quatuor, & ex Zwollana civitate itidem duo delegari ſolent, cujus praxin & pro-
cedendi modum vide **Landregt van Over-Yſſel** *Renovat.* 12. *Martii* 1630. *art.* 19. 20.

In Friſia fere ſupra Civitatum Senatores; & agraria Grietmannorum tribunalia, ſupremus 26
etiam Senatus eſt Provincialis, Leovardiæ ſedem habens, conſtans ex duodecim Senatoribus
Ordinum ſuffragiis in Comitiis electis, hiſce quoque adjunctus eſt Procurator generalis, cujus
partes ſunt criminum reos accuſare, operam dare ne quis impune in leges peccet, aut jus publi-
cum violet, majeſtatemve lædat, omnia denique curet, quæ in Hollandiâ Advocati fiſci
curæ commiſſa diximus.

In Groningiâ vero & Omlandiâ, quæ à reliquâ Friſiâ diſtingui ſolet, triplicia exercentur tri- 27
bunalia, Oppidi, Agrorum, & Provinciæ. In oppido ſive civitate Groninganâ ab Octoviris, cui
Amptmannus adſidere ſolet, ad Senatum urbanum provocari poteſt, cui ſuprema judicandi pote-
ſtas competit, neque ejuſdem ſententiæ alterius ſuperioris provocationi ſunt obnoxiæ: niſi quod
coram eodem Senatu per modum reviſionis, judicium repetere liceat: Et prætetea eadem ci-
vitas in agro extra urbem per varios pagos juriſdictionem ſuam extendit, in quinque tribunalia
diſtinctam, vulgo **Oldampt** / quod ſit antiqua juriſdictio: ubi duo ab urbe præfecti de crimi-
nibus, rebus ſoli, ædificiis, ac ſimilibus momenti majoris cauſis, adjunctis aliquot adſeſſoribus,
jus dicunt. His in unoquoque territorio, judicii miniſter adeſt quem *Wedmannum* vocant, qui
minora quædam ad judices ſpectantia expedit, cuſtodiæ præeſt, & prehendendi ſontes habet
poteſtatem. Ab horum tribunalium ſententiis appellatur ad Senatum Groeninganum, qui audito
prius præfecto, qui jus dixit, an bene vel male judicatum declarat.

In Agro vero Omlandico ipſa juriſdictio cohæret liberis, atque immunibus prædiis, ab illo- 28
rum dominis exerceri ſolita, in ſua quæque territoria diviſa, & quum in territoriis ſingulis plura
numero ſunt prædia, plerumque per vices, & ſucceſſiones annuas, prædiorum domini juriſdictio-
nem habent, ſecundum modum atque numerum prædiorum quæ poſſident. Hi aut ipſi Jus di-
cunt, aut alii juriſdictionem ſuam delegant, qui *Grietmanni* appellari ſolent: hi, adſidente
Wed-

Digitized by Google

Wedmanno, cujus officium jam ſupra retulimus, non ſimplicem notionem, ſed & mandandi, prehendendi, mulctandi, & capite puniendi poteſtatem habent. Ab omnibus his tribunalibus ad Cameram Hovetmannorum provocatur, tanquam judicem Provincialem, quæ quanquam in ipſas Civitates juriſdictionem nullam habet, ſed in agrorum incolis coarctatur, quia tamen à civitate conſtituitur, quæ ibidem Provinciæ ſpeciem habet, & omnium Univerſale ſit judicium, non male Provincialis dicetur, interque Tribunalia Provincialia dinumerabitur. Hæc Juſtitiæ Camera in urbe Groeninganâ perpetuo reſidet, ejuſdemque *Hovetmannus* primo, quatuor, deinde octoviris, quorum quatuor fere Conſulares, aut Senatorii ordinia ſunt, à Civitate ab Omlandis tribus, adjuncto Civitatis adſeſſore, perpetuo conſtitutis, à Provincia Gubernatore Legatus Præſes adjungi ſolet, ab eorumque ſententiis nulla datur appellatio.

29 Ad publicas cauſas eaſque Provinciales in Hollandiâ etiam pertinet collegium Senatus deputatorum Hollandiæ ordinum, vulgo **Gecommitteerde Raden**/ circa *Ann.* 1587. inſtitutum, conſtans ex nobili præſide perpetuo, ſingularum civitatum ſingulis ad triennium legatis: Ad hunc Senatum pertinet ærarium publicum in vectigalium & tributorum potiſſimum cauſis regere, & quæſtiones eo pertinentes dijudicare. A quo etiam in ſingulis urbibus ordinarii committuntur judices, ut rerum eo pertinentium inter partes ad diſtrictum, non tantum in urbe, ſed etiam extra urbem,
30 quemque ſuum pertinentes, notionem habeant, vulgo **Schepenen Commiſſariſſen** ſingulis ſeptimanis iis rebus vacantes, à quibus deinde ad hunc Senatum, poſt proviſionalem judicati præſtationem, ſub cautione de reſtituendo, ſi ita videbitur, interim facienda, per reformationem ut loquuntur provocari ſolet, neque ob eo ulterior provocatio, niſi per formam reviſionis admittitur. Hujus Senatus Collegia tria ſunt ejuſdem Regiminis atque poteſtatis, quorum præcipuum Hagæ-Comitis reſidet, continetque Auſtralis Hollandiæ diſtrictum. Alterum Hollandiæ partem ad Septentrionalem plagam vergentem recipit, tum Hornæ, tum Enchuſæ, per vices reſidens. Tertium Zelandiæ totum diſtrictum habens, Medioburgi continuo locum tenet.

31 Ad hæc eſt collegium ſeptemvirale ad publicas rei maritimæ & mercaturæ cauſas pertinens *Anno* 1597. erectum, in quatuor etiam diſtrictus membra diviſum, ad auſtralem Hollandiæ partem Roterodami, ad Septentrionalem Amſtelodami, ad Weſt-Friſiæ diſtrictum tum Hornæ, tum Enchuſæ per vices reſidens, & ad Zelandiæ territoria pertinens, Medioburgi locum tenens. Quibus & quintum pro Friſiæ provincia accedit, quod Doccomi exerceri ſolet, vulgo **'t Collegie der Admiraliteyt.** Ad eos pertinet omnimoda juriſdictio prædæ maritimæ omnium quæſtionum & cauſarum inter naves prædiales obortas, piratarum inquiſitionum, vectigalium defraudationum, commiſſorum & delictorum militum, & præfectorum navalium, neque ab eorundem ſententiis ulla ad ſuperiorem provocatio admittitur, prout latius videre eſt in eorundem *Inſtruct. à General. Fœderat. Provinc. Ordinib. conſtitut.* 13. *Auguſti* 1597.

32 Sed & quaſi Provinciales erant Magiſtratus militares majores, veluti Magiſtri militum, quibus ſumma militiæ, ac quæſtionum militarium cura commiſſa erat, & minores, veluti tribuni militum qui inter milites inferiori gradu jus dicebant, & Comites rei militaris, qui ad limites cuſtodiendos mittebantur *l.* 6. *Cod. de juriſdict. omn. jud. & tot. tit. Cod. De effic. Magiſtrat. militar.* Sicut & hodie noſtris & aliorum moribus militum competens judex eſt magiſterii poteſtas, vulgo **Krijgs-raedt** / conſtans ex militum duce adjunctis cæteris cohortis, aut turmæ officialibus minoribus, in delictis ſcilicet, & cauſis proprie ad militiam pertinentibus; in communibus enim & Civilibus cauſis, ſive Civiliter ſive Criminaliter agatur coram Hollandiæ Curiâ in prima inſtantia conveniri poſſunt, & debent, ex *placit. Holland. Ordd.* 29. *April* 1589. Merul. *Prax. Civil. lib.* 4. *tit.* 40. *cap.* 3. *num.* 5. *arg. l. ult. Cod. de Juriſdict. omnium jud. & tit. in quibus cauſ. militantes fori præſcript. uti non poſſunt.* Quod & de Gallorum moribus poſt Mornac. ſervari refert Chriſtin. *deciſ. Belg. tom.* 2. *deciſ.* 166. *in fin.* Alia etiam exceptio eſt ſi per præventionem in flagranti delicto, curiæ mandato à fiſco prius quis fuerit apprehenſus, ut à Senatu Friſiæ, per Joann. à Sande *lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 4. & Hollandiæ Curia judicatum refert Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. l.* 6. *Cod. de juriſdict.* Quamvis communiter etiam in minoribus delictis ad militiam minime pertinentibus ad militarem judicem puniendi remitti ſoleant.

Cod. 1. *xxix. De offic. Magiſtrat. militaris.*

Cod. 111. *xxv. In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt.*

33 Eſt & aliud Collegium juſtitiæ Univerſale in Belgio uſitatiſſimum, quod aquarum clauſtra, amnes & pontes reſpicit, & aggerum curam gerit. Quaſe in Hollandiâ ſunt *Præfecti Rhenolandiæ, Delflandiæ, & Schielandiæ*, vulgo **Dijk-graven**/ in agro Putteno, *Ruardus*, in Geltria *Ammanni*, in Friſiâ *Grietmanni*, quibus ut plurimum ſeptem adjuncti ſunt adſeſſores, vulgo **Heimraden**/ quaſi domeſtici conſultores. Hi aggerum muniendorum & conſervandorum adverſus maris, aut fluminum exæſtuantium inundationem curam gerunt, quum reſpoſcit Auſtrini maris ac fluminum ag-

geres obequitantes, aquæductus & cataractas perluſtrantes, ſi quid diſſipatum, convulſum, concuſſum vel obruratum ſit reſtitui curantes, omnibus, in iis ex neceſſitate mandandi, vocandi, cognoſcendi, & mulctandi, poteſtatem habent, & porro inter privatos, in cauſis ad rem agrariam pertinentibus, ſecundum leges certas, aut veteres conſuetudines jus dicunt, in quibus tamen cauſis, ut quæ extra neceſſitatem publicam, ad curiam Provincialem appellare licet.

Inſtitutum fuit hoc collegium in *Rhenolandiâ*, quod Leydis habetur, à Guillielmo Romanorum Rege 5. *Idus Octob.* 1255. In *Delflandiâ*, quod Delphis locum tenet, Philippi Bourgundici tempore circa *annum* 1455. In Schielandia, quod Roterodami reſidet, ſub Wilhelmo Bavarico ejus nominis quarto circa *annum* 1347.

Huic proxime ſuccedit ſaltuum præfecturæ peculiare tribunal, quod Hagæ comitis exerceri 34
ſolitum eſt, conſtans ex præfecto, vulgo **Houtveſter** / quibus ex nobilibus aliquot adjuncti ſunt aſſeſſores, vulgo **Meeſter-knapen** / coram quibus quotannis quater cognoſci ſolet de iis quæ circa venationem ſunt commiſſa, habentque eorundem ſententiæ ad centenorum florenorum ſummam ſuam executionem, non obſtante appellatione interpoſitâ, utque eorundem ſententiæ de minoribus delictis latæ executioni mandari poſſint, ſaltuum præfecto omnes Curiæ miniſtri juxta decretum *Anni* 1598. aſſiſtere tenentur.

Penes Profeſſores, & Senatus Academicos omnimoda eſt juriſdictio in Studioſos, & membra 35
Academica, quorum cauſæ, ſive Actores ſint ſive Rei, coram eodem Senatu diſceptari debent, *auth. habita Cod. ne filius pro patre*, pro cujuſlibet Academiæ inſtitutis, privilegiis atque immunitatibus, quibus à fundatoribus, aliiſque ſuis Principibus ſpecialiter ſunt dotatæ.

In Academia Lugduno-Batava Senatus judicialis conſiſtit ex Rectore Magnifico, & quatuor 36
ex quadripartita Profeſſorum facultate eligendis adſeſſoribus, adjunctis Civitatis Conſulibus & duobus Scabinis. A quibus nulla ad ſuperiorem judicem datur provocatio; niſi per modum reviſionis, de quo latius ſuo loco. Quorum jus dicendi poteſtas 39. *art. Statutorum Univerſitatis Leydenſis*, ſecundum noviſſimam eorundem ampliationem 25. *Martii Anni* 1662. his verbis continetur.

Dat alle de Studenten de welke haar om de Academiſe ſtudien van buyten binnen de Stad Leyden komen te begeven / ofte ſoo ſy borgers ofte ingeſetenen van de ſelve Stad zijn / mede tot vorderinge ofte voltrekking van haare ſtudien de Academie frequenteren / ende haar by den Rector laten immatriculeren / ſoo wel in civile als criminele ſaaken / het ſy dat ſy aanleggers ofte verweerders zijn / niet dan voor den Rector ende Aſſeſſeurs metten Burgermeeſteren ende twee Schepenen der Stad Leyden ſullen te regt ſtaan / 't ſy off de ſelve met Studenten ofte met Burgeren geſchil mogten hebben. Behoudelijk dat Burgers met eenig lidtmaat van de Univerſiteyt te doen hebbende / off hem aan iemand van de Univerſiteyt mogten vergrepen hebben / ende daar over van wegen de Graaffelijkheyt criminelijk mogt werden geprocedeert / ſullen te regt ſtaan voor Schepenen der ſelver Stede / ende niet voor de Regters der Univerſiteyt. Ende ſoo wanneer eenig gebuyr-twiſt om erff ſcheyding ende ſervituyten / off diergelijke ſaken mogt ontſtaan / dat ſodanige queſtie / niet by den Rector ende Regters der Univerſiteyt / maar by Schout ende Schepenen der voorſz. Stede geexamineert ende gedecideert ſal werden. Maar den Rector ende Profeſſoors in haar particulier ſullen ter eerſter inſtantie geconvenieert werden voor den Hove van Holland. Wyders en ſal van de ſententien by den Rector / Aſſeſſeuren / Burgermeeſteren ende Schepenen geweſen / geen provocatie toegelaten werden.

Ut omnes ac ſinguli advenæ, qui ſtudiorum promovendorum cauſa ſeſe Leydam recipiunt, aut illi qui, quum Cives, aut incolæ ſint, ad promovenda ſtudia ſua Academiam frequentant, & per Rectorem ſtudioſorum albo inſcribi nomen ſuum dederint, tam in civili quam criminali cauſa, tam actores quam rei, coram Rectore & Adſeſſoribus adjunctis Conſulibus & duobus Scabinis Urbis Leydenſis, in judicium veniant, ſive cum Academiæ membris, ſive cum incolis aut civibus rem habeant. Excepto, quod ſi incolæ adverſus Academiæ membra commiſerint aliquid, ex quo adverſus eos ex officio criminaliter veniat procedendum, ut in iis Scabinorum juriſdictioni ejuſdem Urbis ſint ſubjecti, neque Academiæ judicibus ſubſint. Et ſi quando vicinorum inter ſe circa limites, & prædiorum urbanorum ſervitutes quæſtio ſit, ut ea, non coram judicio Academico, ſed coram Sculteto, & Scabinis Urbis examinetur, & decidatur. Ipſi autem Rector, & Profeſſores in ſua cauſa in prima inſtantia coram Hollandiæ curia judicium ferant. Ab ipſa vero Juridici Senatus Academici ſententia, ad Superiorem non dabitur provocatio.

Ex Pontificum inſtitutione, alii ſunt judices ſeculares in cauſis & perſonis ſecularibus, alii Eccle- 37
ſiaſtici, in cauſis & perſonis Eccleſiaſticis, ad quorum juriſdictionem pertinet Epiſcopalis audientia, cujus vigore Epiſcopus, in ſua Diœceſi, Clericorum cauſas omnes, & laicorum ſpirituales
Cod. l. 11. De Epiſcopali audientia. duntaxat audit, & per ſententiam decidit. *l. 25. Cod. de Epiſcop. & Cleric. cap. jurgantium extr. de ſentent.* eique ex diœceſana lege omnes de ejus diœceſi ſubjectionem & reverentiam præſtare ſunt obſtricti. *cap. conquerente extr. de offic. jud. Ordin.* Et porro ad eos ſpectat adminiſtratio rerum, & bo-

& bonorum Eccleſiæ mobilium, & immobilium. *Can. ſic quidam, cum ſeq. 10. quæſt. 1.* domuum item relligioſarum inſpectio, atque gubernatio *tot. tit. extr. de Religioſ. domib.* Vid. Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 3. part. 1. cap. 15. num. 4. §. 11.* & poſt eum Carpzov. *proceſſ jur. tit. 2. §. 6.* & quæ ex profeſſo de hac materiâ tractat, idem Carpzov. *deſin. conſiſtor. tit. 1. per tot.* Quæ quatenus obtineat noſtris & aliorum moribus videbimus infra *cap. 14.*

38 Alii denique ſunt judices feudales in rebus feudalibus. Quæ ſi de Regalibus quæſtio eſt, ſolus Imperator de iis cognoſcit *cap. unic. Apud quem vel quos controv. feudi deſin.* In feudo non Regali inter Dominum & Vaſallum pares Curiæ *cap. unic. de controv. inter Epiſcop. & vaſall.* inter Vaſallos inter ſe, ipſe Dominus competens judex eſt *cap. 1. §. præterea, de prohibit. feud. alienat.* De quibus etiam latius infra ubi de foro competenti.

Cap. III.

De Imperio & Juriſdictione.

Summaria.

1. *Imperium quid.*
2. *Juriſdictio.*
3. *Notio.*
4. *An & in quibus differant, & an alteri mandari imperium, aut juriſdictio poſſit.*
5. *Juriſdictio alia propria, ſive ordinaria; alia impropria, ſive extraordinaria.*
6. *Juriſdictione mandata quæ tranſeant.*
7. *Alia voluntaria, alia contentioſa, moribus non obtinet.*
8. *Quotuplex ſit juriſdictio, noſtris & aliorum moribus, & an recte dicatur ſuprema ſive alta, alia media, alia infima ſive baſſa.*
9. *Quibus competat merum imperium.*
10. *An ſoli Principi proprio jure, an etiam magiſtratui, cui hoc conceſſum eſt, ſuo jure competat, & an alteri iterum mandari poſſit. & quid moribus.*
11. *Clauſula,* **Regt te doen van den hoogſten** / *quid importet.*
12. *An juriſdictione ſimpliciter conceſſa etiam juriſdictio criminalis, ſive merum imperium conceſſum videatur.*
13. *Meri imperii inſignia, quæ apud Romanos, & apud nos.*

Judicandi, ſive jus dicendi poteſtas dividitur in Imperium & juriſdictionem, & notionem.

1 Imperium eſt judicati ſive ſtatuti exequendi poteſtas alicui ex ſpeciali aliquâ lege, Senatuſconſulto, vel conſtitutione conceſſa. Quo ſenſu dicitur merum, id eſt nudum, quod ultra certos ſuos fines non extendatur *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.* Cujus præcipua ſpecies eſt gladii poteſtas ad animadvertendum in facinoroſos homines *l. 3. ff. de juriſd. omn. jud.* Quæ & omnes alias graviorum facinorum coërcitiones ſub ſe complectitur, ut ſunt laquei, fuſtigationis, membri abſciſſionis, relegationis, & vinculorum & carcerum damnationes. Quos Imperii gradus communiter ſtatuunt DD. *arg. l. 6. §. ult. l. 8. l. 28. de pœn. l. 2. de pub. jud.* Vid. Cujac. *lib. 24. obſ. 30.* Duaren. *ad l. 3. ff. de juriſd.* Gentil. *lib. 3. de juriſd. cap. 7.* D. tit. Cod. tit. *De juriſdictione omnium judicum.*

2 Juriſdictio, eſt jus dicendi poteſtas, jure publico conſtituta, ut unicuique quod ſuum eſt officio judicis tribuatur, diciturque mixtum imperium, quod ſit juriſdictio cum imperio mixta *l. 3. ff. de juriſdict.* Nam cui juriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt *l. 2. ff. de juriſdict. l. 5. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.*

3 Notio eſt nuda cauſam cognoſcendi judicandique poteſtas, abſque facultate exequendi, eſtque propria judicum pedaneorum & delegatorum, qui cognitionem habent, executionem non habent, ſed eorundem ſententias exequuntur hi à quibus dati. *l. 15. ff. de Re judic. l. ult. Cod. ubi & apud. quem l. 27. ff. de oblig. & act.*

4 Differunt imperium, & juriſdictio, eò quod cum ipſo imperio mero, licet ſit ſumma exequendi poteſtas, gladii nempe, & coërcitionis ad animadvertendum in facinoroſos homines, nihil aliud tamen competat, quam quod ſpecialiter lege vel Senatuſconſulto, vel Principum conſtitutione tribuitur, ac propterea alteri demandari non poſſit, niſi in abſentiæ ſumma neceſſitate *l. 1. ff. de offic. ejus. junct. l. 5. ff. de juriſdict.* ideo quod alicui ſpecialiter demandatum eſt in ipſâ juriſdictione, iterum alteri demandari non poteſt. *d. l. 5.* Juriſdictio autem ex proprio ſuo officii jure magiſtratui competit, quæ propterea alteri demandari poſſit *d. l. 1. ff. de offic. ejus.* ſemel autem mandata, ab eo qui eam mandantis beneficio, nec ſuo jure habet, iterum alteri mandari non poteſt.

Quam diſtinctionem quum non caperent noſtri, Imperium pro ſummo juriſdictionis genere dixerunt, & hinc diviſio in juriſdictionem criminalem & civilem, aliis minus Latinè alta & baſſa, Gallis *Haulte & Baſſe juriſdiction*, nobis **Hooge ende laage Juriſdictie.** Quæ tamen revera nihil aliud ſunt, quam merum & mixtum imperium ſive juriſdictio: nec aliter quam docendi causâ defendi poteſt diſtinctio, qua criminalis juriſdictio dicitur, quæ in criminibus, civilis quæ in civilibus cauſis exercetur, quarum illa ad merum, hæc ad mixtum imperium etiamnum pertinet, ut mox evidentius demonſtrabitur.

Juriſdictio in genere accepta alia dicitur propria, ſive ordinaria; alia non propria, ſive extra- 5
ordinaria.

Ordinaria ſive propria eſt, quæ cujuſque loci magiſtratui in ſubditos ſuos ratione officii ſui, in civilibus cauſis tanquam proprio magiſtratus jure competit.

Extraordinaria eſt, quæ ex beneficio alieno competit, ſive illa ſit criminalis, & merum imperium includat, ſpeciali lege, Senatuſconſulto vel Principis conſtitutione conceſſum, ſive illa ſit civilis, quæ iterum duplex eſt, alia quæ delegata eſt ab eo, cui ordinaria & propria juriſdictio eſt *l. 5. ff. de juriſdict.* alia quæ ex voluntariâ partium ſubmiſſione prorogatur.

Mandata juriſdictione omnia illa tranſeunt quæ proprio jure magiſtratus ſui habet is, qui man- 6
dat *l. 1. in pr. ff. de offic. ejus.* & tantum poterit virtute mandatæ juriſdictionis mandatarius quantum poterat ipſe mandans, niſi quod jure non propria agat, & perſonam demandantis repræſentet, non ſuam *l. 3. ff. de offic. ejus. l. 16. ff. de juriſdict.* & quod rurſum alteri demandandi poteſtatem non habeat *l. 5. ff. de juriſdict. l. ult. in pr. ff. de offic. ejus.* Sed hic delegandi modus apud nos in deſuetudinem abiit, quibus moris non eſt, ut Magiſtratus ſuam juriſdictionem delegent.

Juriſdictio iterum ab Interpretibus dividi ſolet in voluntariam & contentioſam, quarum illa inter partes conſentientes, veluti in emancipatione, manumiſſione, adoptione, *l. 2. ff. de offic. proconſul.* hæc inter invitos & inter ſe diſſentientes exercetur *d. l. 2.* Sed quæ ſublato pariter ipſo emancipationis, manumiſſionis & adoptionis modo, & quod alias judicia ſive actiones in quoſlibet invitos dari debeant, *l. 83. §. 1. ff. de V. O.* uſum habet nullum.

Alii tot juriſdictionis ſpecies ſtatuunt quot ſunt judicum genera, quo ſenſu juriſdictio alia eſt Ur- 7
bana, alia Provincialis, alia Municipalis, alia Paganica, alia Militaris, alia Civilis, alia Eccleſiaſtica, & ſic de cæteris. Quæ ſingula per ſe ſatis nota ſunt ex iis, quæ ſuperiori capite de variis judicum generibus tradita ſunt. Secundum quæ juriſdictio in tres vel quatuor Curias ſive Ordines dividi poſſet. Quarum infima ſunt judices pedanei, qui tam in civitatibus quam pagis ad certam aliquam ſummæ limitationem parata & proviſionali, ut loquuntur, executione cognoſcunt, in cæteris appellationibus judicis proxime ſuperioris, uti in pagis Baljuvi, & Curiæ parium, vulgo **Welbooren Mannen**/ ſed qui præteriri poſſunt, in Civitatibus Curiæ Provincialis appellationi ſubjecti. Quæ ſecunda aut illis tertia Curia eſt, quæ in Hollandiâ Præſidis officio fungitur. Tertia ſupremi Senatus Curia eſt, quæ fere præfecti prætorii fungitur officio, & ad quam ab eâdem Hollandiæ Curiâ Provinciali ultimo provocatur.

Alii triplicem faciunt juriſdictionem, Superiorem ſive altam, quæ gladio animadvertit, pro- 8
ſcribit, & publicat bona, membra amputat, mediam quæ de delictis pecuniariis cognoſcit, annonam curat, Notarios creat, & ſucceſſiones ſpuriorum vindicat, & infimam, quæ de actionibus realibus, perſonalibus & mixtis cognoſcit. Prout de Galliæ moribus referunt Argentr. *ad conſuetud. Brittan. art. 446 gloſſ. 2.* Chaſſan. *ad conſuetud. Burg. Rubric. 1. §. de juſtice & droicts d'icelles num. 97.* Sed quæ rectius ad merum & mixtum imperium, ſive juriſdictionem & notionem referri volunt. Baro *ad tit. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdictio.* Gudelin. *de jure noviſſimo lib. 5. cap. 13. circa fin.* Burgund. *ad conſuetud. Flandria tract. 9. num. 24.* & Papon. *lib. 7. tit. 7. art. 33. in Not.* vide etiam Berlich. *part. 1. concluſ. 1. num. 9. & ſeqq.* De Belgiæ moribus circa hanc juriſdictionis diſtributionem, & à quibus & quomodo exerceatur, vid. Joann. Bottelier *Summe Rural cap 6.* **natuyrlijk**/ *& cap. 272 & ſeqq.*

Imperium merum habuerunt apud Romanos Præſides Provinciæ & Proconſules, qui jus gladii 9
& in metallum damnandi habebant poteſtatem *l. 6. §. ult. ff. de offic. Præſid.* Præfectus urbi, cui etiam nominatim ac ſpecialiter jus deportandi a Principe datum *l. 2. §. 1. ff. de pæn.* & imperium merum habuerunt præfecti prætorio *l. 1. §. 4. ff. de leg. 3.* Hodie fere in municipiis idem Magiſtratus, cujus ordinaria juriſdictio eſt, etiam merum habet imperium, in pagis vero Scabini Civilem tantum habent juriſdictionem, & gladii poteſtatem exercent illi, quos **Welbooren Mannen**/ ſuperiori capite diximus. Quod & cum aliis vicinarum regionum moribus convenit.

Hic

Hic coincidit illa quæſtio, quæ inter Aaonem & Lotharium coram Henrico Imperatore pro
depoſiti equi ſponſione, Bononiæ abhinc annis quadringentis dicitur propoſita, & hactenus ab
10 Interpretibus ad nauſeam agitata. Utrum ſcilicet ſoli Principi, iiſve qui ſummam in republica ha-
bent poteſtatem, merum imperium proprio jure competat, an etiam illis quibus hoc conceſſum?
Quæ ſi derogatis Romanorum moribus, ipſam Principis poteſtatem ſpectemus, facilis eſt reſpon-
ſio; Principem eumve qui ſummam in Republicâ habet poteſtatem, non tantum quoad uſum,
nudumve exercitium alicui merum imperium concedere poſſe, ſed ut & illud tanquam ſuo & pro-
prio jure habeat atque aliis quoque mandare queat, neque eſt ea ſimplex cauſarum criminalium
delegatio, ſed potius quædam Magiſtratuum, & judicum criminalium, pro poteſtate à Principe
accepta creatio. Quo jure utimur diſtinguendo inter eos, qui ipſum merum imperium ſuo jure
11 habent, quales ſunt apud nos *Toparchæ*, qui proprias ſuas juriſdictiones poſſident, nobis **Vrye-
heerlicheden** / & eos qui illud ex ſummarum poteſtatum beneficio tantum exercent, **Wt den
naam ende van wegen de Graafſighheyt** Quorum hi imperium ſive poteſtatem ſuam alteri
delegare non poſſunt, illi, aut ipſi imperium exercere aut alteri exercendum concedere poſſunt, ut
communiter fieri aſſolet. Conſtat enim merum imperium à retro Principibus jure patrimonii qui-
buſdam eſſe conceſſum, ita ut id etiam in bonis eorum reputetur, aliiſque illud vendere, & heredibus
relinquere poſſint, quomodo pleriſque apud nos juriſdictio etiam criminalis in feudum data Pa-
trimonii dis eſt. Quomodo etiam Rex Siciliæ, quamvis jure feudi Pontificem agnoſcat, quum ta-
men ſit verus Rex & Princeps, qui ſupremam in ſuos ſuo jure habet poteſtatem, criminales etiam
cauſas alteri delegat: Et Germaniæ Principes, Duces, & Comites quaſi Reges in ſuis ditionibus
regalia exercentes, ipſum imperium merum tanquam ſuum & proprium, non ipſi exercent, ſed
earum rerum cognitionem aliis mandant. Quod cum non animadverterit Groeneweg. *de legib.
abrogat. ad l. 3. & 4. ff de juriſdict.* imprudentius gladii poteſtatem hodie non meri imperii,
ſed ordinarii juriſdictionis partem vocat, eamque per vicarios non ſecus quam cæteras juriſdictio-
nis partes exerceri. Quod verum non eſt. Ut quod moribus noſtris in civilibus & cæteris juriſ-
dictionis partibus juriſdictionis delegatio à Magiſtratibus aliis demandanda minime uſitata ſit, ne-
que in criminalibus ipſum merum imperium per vicarios exerceri aliter quam ſub prædictâ diſtin-
ctione procedat. Ut quod exceptis quibuſdam quis diximus Toparchis, in reliquis pagis, oppi-
dis & civitatibus illud non aliter exerceatur quam ex ſpeciali lege, & poteſtate conceſſa, prout quo-
rundam privilegiis expreſſum vidi his verbis. **Dat zy mogen regt doen van den Hoogſten**/ id eſt
ut ſupremæ poteſtatis executionem habeant, cui & in exercenda criminali juriſdictione illa clau-
ſula inſeri conſuevit, **Wt den name ende van wegen de Hooge Overigheyt**/ id eſt, Sum-
marum poteſtatem nomine & vice.

12 Ex hac alia ſe prodit quæſtio, utrum nimirum juriſdictione alicui ſimpliciter data aut conceſſa, etiam juriſdictio criminalis ſive merum imperium conceſſum videatur? Quod in dubio ita videtur, quum conceſſiones & beneficia Principum latiſſime interpretanda ſint. *l. 3. ff. de conſtit. Princip. & ibid. DD. l. 41. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* adeoque dominus de juriſdictione aliquem inveſtiens ſive imputabit quod verbis apertioribus uſus non ſit, ut hinc contra eum fiat interpretatio. *l. 39. ff. de pact. l. ult. Cod. de dot. promiſſione*, prout in Germania uſu receptum poſt Weſenbec. *Conſil. 95.* & Coler. *de Proceſſ. executiv. part. 2. cap. 1. num. 156.* judicatum refert Carpzov. *Proceſſ. Juris tit. 2. art. 1. num. 71.* Quomodo conceſſo oppido vel caſtro ſimul & merum & mixtum venire imperium poſt Chaſſan. & alios probat Tuiden. *in Annotat.* ad Damhouder. *Prax. civil. cap. 4. verſ. à ſuperioribus conceſſa.*

13 Meri Imperii inſigne apud Romanos erat pugio ſive gladius teſte Tacito *Hiſtor. lib. 3.* qui Vitellium ſolutum à latere pugionem Cœlio Simplici in concione tanquam jus vitæ & necis reddidiſſe refert. Quare & gladii poteſtas dicitur *in l. 3. ff de Juriſdict.* quomodo per gladii nomen tanquam inſigne rerum capitalium judicii, quodvis extremum ſupplicium denotatur *d. l. 3. ff. de Juriſdict. l. 31. ff ad leg. Jul. de Adult.* apud nos virgam oblongam rubro & ſangbineo colore tinctam rerum capitalium præfecti, in exequendis ſuppliciis & gravioribus coërcitionibus præ ſe ferunt, à qua etiam in multis locis denominari ſolent, **De Roo Roede.**

Cap. IV.

De Poſtulando.

Summaria.

1. *Quæ perſonæ judicium conſtituant.*
2. *Poſtulare quid.*
3. *Qui poſtulare poſſunt vel non.*
4. *Quibus modis infamia irrogatur.*
5. *Quis ſit infamiæ effectus.*
6. *An recte dicatur alia facti, alia juris.*
7. *Alia ipſo facto, alia per ſententiam judicis contingit.*
8. *Infamia quæ ex bonæ fidei actionibus,*
9. *Et famoſis judiciis irrogatur, velut tutelæ, mandati, depoſiti, pro ſocio: & moribus non obtinet, nec à dignitatibus tales arcentur.*
10. *Injuriarum damnatis an & quatenus famæ exiſtimatio reſervari ſoleat.*

1 POſt Judices, & eorum juriſdictionem, ſequitur ut de poſtulando, & perſonis judicium conſtituentibus videamus. Quorum alii per adjumentum, ut ſunt *Procuratores*, *Defenſores*, *Advocati*, alii per miniſterium judicium adminiſtrant, ut ſunt *Actuarii*, ſive *Graphiarii*, *Nuncii*, *Apparitores*. *cap. quoniam* 11. *extr. de probationib.* rurſum alii ipſum judicium principaliter conſtituunt, ut ſunt *Actor* & *Reus*.

2 Poſtulare eſt deſiderium ſuum vel amici ſui apud eum qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *l.* 1. *§.* 1. 2. *ff. de poſtul.*

D. III. I. Cod. II. VI. *De poſtulando.*

3 Poſtulare poſſunt omnes qui ſpecialiter non prohibentur. Eſt enim hoc edictum prohibitorium *l.* 43. *§.* 1. *ff. de procurat. l.* 12. *in pr. ff. de judic.* Prohibentur poſtulare minores ſeptendecim annis, qui neque pro ſe neque pro aliis poſtulare poſſunt. *l.* 1. *§.* 3. *ff. de poſtul.* Mulieres pro aliis, & pro ſe, minores viginti quinque annis. *l.* 1. *§* 5 *ff. de poſtul. l.* 2. *ff. de R. J.* Cæci, utriſque luminibus orbati, *d. l.* 1. *§.* 5. qui in eadem cauſâ futuri ſunt judices. *l.* 6. *in pr. Cod. eod.* potentiores, adverſus imbecilliores. *l.* 1. *& tot. tit. Cod. Ne liceat potentior.* Ita & Fiſcus vel Reſpublica alieni patrocinii cauſâ, ne quidem ſub prætextu æris alieni, *l.* 1. *l.* 3. ceſſionis, aut donationis, *l.* 2. *l. ult. Cod. Ne fiſc. vel Reſpub.* Quo argumento Procuratori Generali, ſive Fiſci Hollandici Advocato, alieni patrocinii cauſam ſuſcipere expreſſe interdictus eſt, *Cur. Holland. Inſtruct. art.* 18. item nec illi, qui inſigni aliqua turpitudine ſunt adſperſi, *l.* 1. *§.* 8. 9. *ult. ff. de poſtulat.* Qua occaſione quibus & quot modis infamia irrogari ſolet, enumeratur in *l.* 1. *l.* 4. *& tot. tit. ff & Cod. De his qui not. infam.*

Cod. II. XIV. *Ne liceat potentioribus.* Cod. II. XVIII. *Ne Fiſcus vel Reſpublica præ.* D. III. II. Cod. II. XI. *De his qui notantur infamia, & ex quibus cauſis infamia irrogetur.* Cod. X. LVII. *De infamia.*

4 Irrogatur alicui infamia, quando ob aliquod factum, vel ſcelus, ipſo facto, vel interveniente judicis ſententiâ, ſeu ex genere delicti, vel pœnæ, vel modo, quo condemnatio fit, manifeſtæ turpitudinis inuritur nota. *l.* 1. *l.* 4. *ff eod.*

5 Effectus infamiæ ſunt, ut præcludat omnes dignitatum gradus. *l.* 1. *Cod. de infam. l.* 2. *Cod. de dignitat.*

Ut infamis ſit, atque habeatur inteſtabilis, ut neque illi aliqua fides habeatur. *l.* 3. *ff. de Teſtib.* neque aliquod teſtimonium dari, ac propterea neque teſtamentum facere, neque ad teſtamentum adhiberi poſſit. *l.* 18. *§. ult. l.* 26. *ff. Qui teſt. fac. poſſ.* De illis dictum ſupra *vol.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. de his infra, ad materiam teſtium, dicemus.

6 Hanc aliam facti volunt, quæ non ipſo jure, & ex legibus, ſed alicujus facti probro, non quidem dignitatis, gradus, aut teſtimonii fidem adimit, ſed famam tantum apud bonos, & honeſtos viros gravat *l.* 20. *ff. de his qui not infam. l.* 13. *l.* 17. *l* 19. *Cod. eod. l.* 2. *ff. de obſeq. parent. l.* 39. *ff. de furt.* Quomodo quælibet vitæ turpitudo, infamia ejus eſt. *l.* 2. *ff de dignitat.* & quodlibet probrum civiliter, & quaſi more civitatis turpe eſt, *l.* 42. *ff. de V. S.* Sed quæ proprie infamia non eſt, de qua hic agitur. Ut recte notat Ant. Matth. *de crimin. lib.* 48. *tit.* 18. *cap.* 3. *num.* 2. præſertim moribus, quibus non tam facile ad infamiam proceditur.

7 Aliam juris infamiam ſtatuunt, de qua proprie hic agitur, quæ iterum vel ipſo facto, vel per ſententiam judicis contingit: ipſo facto, quibus ex ipſo facto jus civile infamiam irrogat, veluti ſunt milites, qui ignominiæ cauſâ ab exercitu mittuntur *l.* 1. *in pr. ff de his qui not. infam l.* 2. *in pr. ff. eod.* Qui artis ludicræ, pronunciandive causâ in ſcena prodeunt *l.* 2. *§.* 5. *l.* 3. *l.* 4. *ff. eod* Qui lenocinium faciunt. *d. l.* 1. *l.* 4. *§.* 2. *ff. eod.* Qui in adulterio deprehenduntur *l.* 43. *§. pen. ff. de Ritu nupt.* aut qui bina ſponſalia, binaſve contraxerunt nuptias. *l.* 1. *in fin. ff. de*

his

his qui not. infam. Qui improbum fœnus exercent, vel uſuras uſurarum exigunt, *l.* 20. *Cod. eod. junct. l.* 28. *Cod. de uſur.* Quos omnes ipſo facto infames eſſe lex præcipit, non expectatâ ſententiâ.

8 Per ſententiam vero judicis infamia irrogatur, quum non aliter quis ſit infamis, quam per condemnationem, ut in hac facti ſpecie, ſi quis calumniæ, prævaricationiſve cauſa judicio publico damnetur, propterea, nec ante ſententiam ſit infamis. *l.* 1, *l.* 4. *ff. de his qui not. infam.* Si quis criminali judicio ob aliquod delictum damnetur, *l.* 7. *ff. de public. judic.* aut ſi quis ob dolum, aut inſignem turpitudinem judicis ſententia infamis inteſtabiliſque declaretur, *l.* 1. *l.* 6. *§.* 5. *ff. de his quis not. infam.*

9 Dico *judicis ſententia declaretur*] Quia infamia quæ ex bonæ fidei, & famoſis judiciis, veluti tutelæ, mandati, depoſiti, pro Socio, irrogatur jure civili *l.* 2. *§.* 2. *ff. de his qui not. infam. l.* 2. *Cod. eod. §.* 2. *Inſt. de pœn. tem. litig.* moribus noſtris, quibus nulla judicia famoſa ſunt, & non tam ex cauſa, quam ex genere pœnæ infamia irrogatur. Antumn. *Confer. ad tit. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrogatur.* Argentr. *ad Conſuet. Brit. art.* 40. *art.* 159. *gloſſ.* 1. *num.* 2. *& art.* 274. *in pr. num.* 12. 13. non obtinet, nec à dignitatibus tales arcentur, Zyp. *notit. jur. Belg. tit. ex quib. cauſ. infam. irrogat.*

10 Quibus & injuriarum damnatis famæ exiſtimatio in ipſa ſententia à judice plerumque reſervari ſolet, ac debet, ſi animi levitate, pro more gentis, in rixas, ac convicia itum ſit, Zyp. *notit. jur. Belg. tit. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Ann. Robert. *rer. judicat. lib.* 4. *cap.* 12. Ant. Matth. *de Criminib. lib.* 48. *tit.* 18. *cap.* 3. *num.* 15.

Cap. V.

De Procuratoribus.

Summaria.

1. *Procuratores qui dicantur, alii ex mandato, alii ſine mandato, alii ad negotia, alii ad lites.*
2. *Procuratorum munus olim privatum, nunc publicum, intra certum numerum continetur.*
3. *Sine mandato nihil agunt, & exceptione oppoſita removeri poſſunt.*
4. *An & quando ſub cautione de rato interim admittantur.*
5. *Mandatum procuratorium aliud generale, aliud ſpeciale eſt.*
6. *In quibus cauſis ſpeciale mandatum requiratur.*
7. *Subſtitutionis procuratoriæ, an & quando locus ſit in Hollandiâ, Galliâ & Saxoniâ.*
8. *Mandatum procuratorium nudo conſenſu contractum, aut privatim conſcriptum non admittitur, ſed apud acta, aut à publica perſona conſcriptum eſſe debet.*
9. *In quibus cauſis procurator admittitur, in quibus non.*
10. *Procuratorium munus quale ſit.*
11. *Procuratores an ſalarium petere poſſunt.*
12. *An pro ſalario non ſoluto litis inſtrumenta retinere poſſunt.*
13. *Quibus modis finitur Procuratoris officium.*
14. *An & quatenus poſt ſententiam latam.*

1 PRocuratores ſunt, omnes, qui alieno nomine cauſam agunt.

Alii ſunt qui aliena negotia ex mandato domini adminiſtrant *l.* 1. *ff. de Procurat.* Alii qui ſine mandato ex neceſſitate muneris, aut conſanguinitatis affectione, qui *Defenſores* appellantur, vel qui ſua ſponte nulla neceſſitate muneris, vel conſanguinitatis interveniente, aliena negotia peragenda ſuſcipiunt, veluti, *Negotiorum geſtores.* De quibus *cap. ſeq.* D. III. III. Cod. II. XIII. *De Procuratoribus.*

Qui ex mandato domini aliena negotia procurant, iterum alii conſtituuntur ad negotia extrajudicialia, de quibus *volum.* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. Alii ad lites, & negotia judicialia, qui proprie procuratores dicuntur, alii mandatarii.

2 Horum munus olim erat privatum, & pro ſe quiſque poſtulare, & alterius deſiderium apud judicem exponere, vel contradicere, poterat. Hodie vero, non niſi ab iis, qui intra numerum ſunt, lites coram judice expediri poſſunt, reliquis mandatariorum inſtar litigantium tantum perſonas, ubi & in quibus eorundem præſentia requiratur, repræſentantibus. Quod etiam his, qui, intra numerum ſunt, in tantum mandari poteſt. In unoquoque enim foro certæ perſonæ conſtitui, juramentoque adſtringi ſolent, quæ id munus in judiciis obeunt, Zyp. *Notit. jur. Belg. tit. de procurator.* Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 4. *cap.* 4. *in fin.* Merul. *prax. Civil. lib.* 4. *tit.* 28. *cap.* 1. *num.* 7. Carpzov. *proceſſ. jur. tit.* 5. *art. num.* 35. *& ſeq.*

In minoribus quidem tribunalibus, ſoli procuratores, qui intra numerum ſunt, aut ipſi cauſæ perorandæ defenſionem ſuſcipiunt, aut ubi cauſa deſiderat, advocatum ſibi adjungi curant. In majoribus, veluti pro Hollandiæ Curiis, nemini abſque advocati patrocinio, & procuratoris operâ, ſive in miniſterio, tam agendo quam defendendo, niſi in minoribus ducentorum florenorum cauſis, in quibus alteruter ſufficit, judicium ſuſcipere licet. *Vide* Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 36. cap. 1. num.* 5. **Inſtructie van de kleyne ſaeken** / *art.* 23.

Hi vocantur Procuratores ad lites, ad differentiam eorum qui negotia extra judicialia pro aliis adminiſtranda ſuſcipiunt, de quibus ſuo loco.

3 Non tamen ſimpliciter admittuntur; ſed hi alterius nomine in judicio comparere, ejuſque cauſas tractare volentes, legitimum domini ſui mandatum exhibere debent: quum citra mandatum in judico nihil agi certum ſit *arg. l. 2. §. 3. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. l. 65. ff. de procurator. & ibi DD.* propterea, quod ipſa ſententia, ejuſque executio non in procuratorem: ſed in ipſum dominum feratur, dirigaturque *l. 4. ff. de re jud. l. 61. ff. de procurat.* neque ſuo nomine teneatur, qui & quatenus Procuratorio nomine egit. Quod quatenus procedat vid. latius Bart. *ad l. 76.* Coſtal. *ad l. 61. ff. de procur.* Ant. Fab. *ad Cod. lib. 8. tit. 31. defin.* 6. Sande *lib. 3. deciſ. part. 2. conſtit. 20. defin.* 14. Argent. *ad conſuet. Britt. art. 102. in fin.* Chrillin. *vol. 4. deciſ. 91. num.* 16. Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 111. num.* 2.

Hoc ut præſtetur parti exceptio dilatoria competit: ſed quæ ante litis conteſtationem opponi poteſt, & debet. Quin ſecundum quoſdam litem ſimpliciter conteſtatus, cum eo qui alterius nomine agit, ejus perſonam approbaſſe, tanquam legitimam, & mandati productionem remiſiſſe videatur. *arg l. 40. §. 3. ff. de procurat.* Sed moribus hac in parte eſt receptum, ut in qualibet judicii parte, judicis officio procurator ad mandati exhibitionem aut rati cautionem poſſit conſtringi juxta *l. 24. Cod. de procurat.* Joann. Zanger. *de Except. part. 2. cap. 18. num.* 36. Et de formâ inſtrumenti procuratorii, vide Weſenb. *parat. ff. de procurat. num.* 7. Berlich. *part. 1. concluſ. 14. num. 70. & ſeq.* Emer. Roſbach. *proceſſ. judic. tit. 20. num.* 18. Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 18. cap. 3.* 4.

4 Ex ſtylo tamen Procurator qui debite inſtructus eſt, mandatum autem aut nondum accepit, aut quod accepit in aliquo deficiens eſt, ſub cautione de rato; & termino, quo defectum ſuppleat, aut ſufficiens mandatum cum ratihabitione omnium, quæ hactenus ab eo geſta fuerint, interim admittitur, per ea quæ tradunt DD. *ad l. 1. Cod. de procurat.* Quo pertinet *Ordinat. Imper. art.* 21. vide Imbert. *practic. civ. & crimin.* lib. 1. *cap. 17. num.* 38. Chriſtin. *vol. u. deciſ.* 108. *in fin. & deciſ. 109. num.* 2. Quòd niſi præſtet, in ipſum Procuratorem ſententia fertur, & ad intereſſe, & damna condemnatur. *d. ordinat. Imp art.* 21. DD. *ad l. 61. ff. de procur. & l. 4. ff. de re jud. & cap. ex inſumatione, cum ſeq. Extr. de procur.* Quem præterea arbitrali correctioni obnoxium reddit *Inſtruct. Cur. Holl. art.* 52. Vid. Robbert. Maiant. *Prax. aur. part. 4. diſtinct. judic. 17. num.* 15. Chaſſan. *ad conſuetud. Burg. tit. des droicts & apart. d'icell. verſ. Sans procuration num.* 3. Wurmſer. *prax. tit. 8. obſ.* 9.

5 Aliud eſt generale, quod tantum conſtituentis & conſtituti nomen continet, & cauſam contra quem, & coram quo judice cum poteſtate in omnibus ad lites, & ratihabitionem omnium quæ in ejuſdem conſtituti cauſis procurator geſſerit. *l. 65. de procurat.* Quibus ut plurimum adjicere ſolent clauſulam, *ad agendum, offerendum, aut recipiendum libellum, excipiendum, litem conteſtandam producendum teſtes, audiendum ſententias, &c.* de qua vid. Specul. Durandi. *tit. de procurat. §. ratio. num. 7. & ſeqq.*

6 Aliud ſpeciale, in iis quæ ſpeciale mandatum requirunt, nec in generali comprehenduntur, ut ſunt, juramentum deferre, referre, præſtare. *l. 18. §. fin. ff. de jurejurando.* Per ea quæ late Johann. Zanger. *de except. part. 2. cap. 8. num.* 38. Carpzov. *defin. forenſ. part. 1. conſtit. 12. defin.* 12. Papon. *lib. 6. tit. 3. Arreſt. 18. & lib. 9. tit. 6. art.* 21. Berlich. *pract. concluſ. part. 1. concluſ. 29. num.* 24. tranſigere, paciſci, petere in integrum reſtitutionem, in arbitrum compromittere. *cap. per tuas. extr. de arbitr. cap. 4. §. fin. & cap. 6. de procurat. in* 6. Quibus tum etiam adjicitur clauſula, & *omnia reliqua agendi, quæ ipſe dominus præſens agere & facere poſſet d. cap. 4. de Procurat. in* 6. Specul. *d. tit. d. Procurat. §. ut autem.* Quam alii communiter vocant, *cum liberâ*, ſed quæ tamen nihil operatur extra id, quod ipſa neceſſitas cauſæ poſtulat, quomodo reſtringendæ ſunt. *l. 58. §. 60. l. 67. ff. de procurat.*

7 His etiam quandoque addunt poteſtatem unum aut plures ejus loco ſubſtituendi, quod jure Romano quidem ante litem conteſtatam non licebat, niſi ex ſpeciali mandato. *l. 8. Cod. de procurat. & ibid. DD.* moribus vero noſtris, indiſtincte admittitur ſubſtitutus, licet clauſula iſta ipſi

man-

mandato inſerta non ſit, *arg. Inſtruct. Cur. Holl art.* 90. & *ſuprema Curiæ art.* 126. Quod idem de Gallorum moribus teſtatur Automnus *ad d. l.* 8. *Cod de Procurat.* Quamvis magis ſit conſultum magiſque uſitatum ſubſtitutionis clauſulam in ipſo mandato exprimi. Vid. Coſtal. *ad l.* 8. *§.* 3. *ff. mandati.* Wurmſer. *pract. tit.* 5. *obſ.* 1. *&* *obſ.* 2. Hartman. *tit.* 7. *obſerv.* 3. *num.* 6. Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit.* 1. *art.* 25. *num.* 7. 8. In Saxoniâ nunquam ſubſtitutus admittitur, priuſquam docuerit, mandatario, ſeu procuratori, facultatem alium ſubſtituendi, à domino eſſe conceſſam, teſte Carpzov. *proceſſ. jur. tit.* 5. *art.* 6. *num.* 6.

8 Quodlibet mandatum, etiam ad lites, nudo ac ſolo conſenſu contractum ſufficiebat. *l.* 1. *l.* 8. *§. invitus.* 1. *ff. de procurat. l.* 1 *ff. mandati.* moribus vero mandata procuratoria non admittuntur, niſi apud acta, aut ab aliâ publica perſonâ conſcripta. *Cur. Holl. inſtr. art.* 53 *Cur. Traject. tit. de procurat. art.* 7. *Ordinat. Cur. Friſ. lib.* 3. *tit.* 10. *art.* 1. In Gelriâ & Brabantiâ, ubi Tabellionum neque copia, neque auctoritas tanta eſſe videtur, nulla ejuſmodi mandata admittuntur, niſi judicialiter compoſita. *Conſuetud. Tranſiſul. part.* 1. *tit.* 2. *art.* 11. Velav. *tit.* 16. *art.* 1. & Ruremond. *part.* 5. *tit.* 8. *art.* 9.

9 Regulariter omnis cauſa peragi & ſuſcipi poteſt. Quod tamen reſtringendum eſt ad cauſas pecuniarias & civiles. *l.* 2. *l.* 26. *Cod. de Procurat.* Quum ſi propter delictum criminaliter, & extra ordinem agatur, neque ex parte rei neque ex parte actoris Procurator intervenire ſolet. *l. pen. §.* 1. *ff de publ. jud. l. ult. Cod. de accuſat.* Quod quatenus uſu ſervetur, a parte accuſatoris, liquet ex iis quæ notavimus ſupra *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. à parte rei dicetur *infra* ſuo loco.

Non poterit etiam Procurator intervenire in cauſa liberali, ſaltem pro parte ſervi, qui in libertatem proclamat. *l.* 1. *in pr. Cod. de aſſert. tollend.* uti nec in actibus legitimis, ut eſt adoptio, emancipatio, manumiſſio. *l.* 3. *Cod. de vindict. libert. l.* 24. *l.* 25. *§.* 1. *ff de Adopt.* Sed quæ ad mores noſtros non pertinent.

10 Procuratoris munus eſt diligenter cuſtodire fines mandati. *l.* 10. *Cod. mand.* actiones proponere, adverſus eas excipere, in cauſâ concludere, ſententiam audire, & ab eâ appellare. *l.* 17. *Cod. eod.* accipere judicium, ſi ad litem ſuſcipiendam datus eſt. *l.* 8. *§.* 13. *ff. eod.* Qui ad petitorium datus eſt, ſimul ad præparatoria, & poſſeſſoria datus eſſe videtur. *l.* 56. *l.* 62. *ff. de Procurat.* & qui in duplicibus cauſis conſtitutus eſt, ſimul ad defendendum mandatum habere intelligitur. *l.* 15. *§.* 1. *&* 32. *ff. de Procurat.* Suſcepto mandato litem perſequi debet, quum ad id judicis officio compelli poſſit. *l.* 8. *§. fin. l.* 35. *ff. de Procurat.* Lite conteſtatâ totius litis dominus efficitur. *l.* 22. *& ſeq. Cod. de Procurat. l.* 4. *§. fin. ff. de appellat. cap.* 1. *§.* 1. *de Procurat.* ſic ut omnes ulteriores citationes, omneſque inſinuationes; in procuratorem domini loco fiant. *l.* 1. *Cod. de ſent. & interlocut.* omneſque actus judiciarii ab illo, non à domino exigendi ſunt. *cap.* 1. *Ut lite non conteſtet. cap.* 1. *&* 2. *de confeſſ. in* 6. Vid. Mianſinger. *cent.* 2. *obſerv.* 39. Merul. *Prax. civil. lib.* 4. *tit.* 18. *cap.* 5.

11 Jure Romano Procuratoris officium erat gratuitum niſi certum aliquod ſalarium ſit promiſſum, quia per mandatum conſtituitur *l.* 1. *§.* 4. *ff. mandat. §. ult. Inſtit. de mandat.* & ut mandatum ſuſcipere, aut denegare cuique liberum eſt, ita nemo invitus cogebatur eſſe procurator. *l.* 8. *§.* 1. *ff. de procurat. l.* 17. *Cod. eod.* Sed poſtquam publicum munus eſſe cœperit, (quod ab iis qui intra numerum ſunt denegari haud poteſt) *Inſtruct. Cur. Holl. art.* 78. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 43. *num.* 11. certum iis ſalarium deberi, & ſecundum cujuſque fori, & judicii conſuetudinem taxari cœpit.

12 Hinc ſi debitum iis ſalarium non ſolvatur litis inſtrumenta retineri poſſunt, donec iis ſatisfiat, *arg. l.* 18. *§. poſſunt. ff. commodati.* & ibi Coſtal. *l.* 8. *in pr. ff mandati.* ſed quod expreſſe eſt prohibitum in Hollandia Curiâ *Inſtruct.* ejuſdem *Curiæ art.* 80. Nec in Galliâ uſitatum eſſe ſcribit. Mornac. *ad l.* 1. *ff. de pignor. & hypot.* Ubi idem in foro Neapolitano prohibitum eſſe refert, ex Capycio *deciſ. Neapolitan.* 11.

13 Finitur Procuratoris officium renunciatione mandati, re adhuc integrâ. *§.* 11. *Inſtit. de mandat.* aut alias ex cauſâ juſtâ. *l.* 22. *ff. mandat. cum. ſeq.* Item per revocationem domini conſtituentis, ante litem conteſtatam ſine ulla cauſâ poſt litem conteſtatam non niſi ex cauſæ cognitione; *l.* 16. *& ſeq. ff. de procur.*

Deinde ſi mors alterutrius intervenerit. *§.* 10. *Inſt. de mandat. l.* 26. *ff. eod. l.* 26. *§. Cod. de procurat.* Quo caſu moribus noſtris, heredes poſt domini obitum citari ſolent, ad cauſam reaſſumendam, vulgo. **Om de acrementen van den proceſſe aante nemen; ende voorts te procederen; volgens de laatſte retroacten.** Et ſi moriatur is, qui ad litem ab aliquo datus eſt Procurator, reus citari ſolet ad alium procuratorem dandum, vulgo **om Procureur acceptant te ſtellen,** eiſ-

que ad hoc debitus dilationis datur terminus, Merul. *Prax. Civil. lib. 4. tit. 18. cap. 6. num. 3. & tit. 83. cap. 6. num.* 4. & per tot. Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 109. num.* 6. Rebuff. *ad conſtit. Reg. in proœm. Gloſſ. 5. num.* 97.

Finitur etiam Procuratoris munus poſt ſententiam latam. Quamvis enim Gloſſ. & DD. *ad l. 1. Cod. de Sent. & interlocut.* velint ipſam ſententiam in Procuratorem non in Dominum ferri. Quos ſequitur Weſenbec. *parat. ff. de procurat. num.* 8. nequaquam tamen ipſius ſententiæ executio in eum aut bona ejus mandanda eſt *l. 4. ff. de re judicat. l. 6. ff. de procurat.* neque ei recte ſolvitur *l. 86. ff. de ſolut. & ibi* DD. Bart. *ad l. 7. Cod. de Tranſact.* Quibus adde quod neque ſumptus neque expenſas litis, in quas pars parti condemnata fuerit, exigere illi, aut adverſario ſolvere illi, ex ſtylo Curiæ ſit permiſſum, *inſtruct. Cur. Holl. art.* 81. niſi forte Procurator ſi in rem ſuam actionia ceſſione utens. Aut liti ſe obtulerit abſque mandato debito *d. l. 61. ff. de procurat.* Quo caſu non tantum in ipſos ſententiæ executio mandatur, ſed & inſuper ad intereſſe ſumptus & damna tenetur & præterea in arbitralem incidit correctionem, per ea quæ præcipit *Camer. Imper. Ordinat. tit. XXI. part. 1.* Cui convenit *Cur. Holl. Inſtruct. art. 52.* & *Inſtruct. Cur. Brabant. cap. XI. De procurat. art. 7. in ordine 328.* Plura de Procuratoribus eorumdemque officio ac formâ vide Jodoc. Damhoud. *prax. civil. cap. 85. & ſeq.* & Merulæ *prax. Holland. lib. 4. tit. 18. per tot.* 14

CAP. VI.

De Defenſoribus, & perſonis, quæ ad agendum, & defendendum, abſque mandato admittuntur.

SUMMARIA.

1. *Defenſor quis.*
2. *Qui ex neceſſitate alios defendere teneantur & quid Tutoribus, & Curatoribus minorum incumbat.*
3. *Syndicus quis, & quatenus quis univerſitatem defendere teneatur, cui propoſitus eſt.*
4. *Fiſci Advocatus quis, ejuſque officium.*
5. *Venditores, an & quatenus evictionis nomine emptores ſuos defendere teneantur.*
6. *Conjuncta perſona, & conſanguinei, an & quando alios conſanguineos ſuos defendant.*
7. *Uxor pro marito an & quando pro marito defendere admittatur.*
8. *Conſortes ejuſdem litis, an & quatenus pro conſortibus agere poſſint.*
9. *Ex voluntate qui alios ſub ratificatione defendere poſſint.*

DEfenſor eſt, qui pro reo ſive ex neceſſitate ſive ex voluntate ſive mandato judicium ſuſcipit *l. 8. l. 35. §. 3. l. 40. §. 2. l. 51. ff. de procurat. l. 51. ff. de judic.* 1

Ex neceſſitate muneris ſui, pro aliis judicium ſuſcipere tenentur Tutores & Curatores minorum qui pupillum indefenſum relinquere non debent, contra eos qui cum iis agunt. *l. 28. Cod. de adminiſtrat. tutor.* Ut & actiones pro pupillis inſtituere, nec judicium detrectare, ſed & ab iniquo judicio provocare debent. *l. 1. Cod. eod.* adeoque ipſi Tutores vel Curatores eorum conveniendi ſunt, quin ſententia in ipſorum cauſâ lata, ipſo jure nulla eſt tanquam lata adverſus eum, qui propriam ſtandi in judicio perſonam non habet *l. 1. 2. Cod. qui legitim. perſon. ſtandi in judicio perſonam non habent. junct. l. 4. Cod. Si adverſus rem judicat.* Et ſi plures ſint tutores, omnes & ſinguli in ſolidum agere, & reſpondere poſſunt. *l. 3. §. 6. l. 24. §. 1. l. 39. §. 9. l. 46. §. 1. ff. de adminiſtrat. & pericl. tut.* ſub cautione de rato, ratione reliquorum contutorum, ſi agant & exceptione diviſionis, & excuſſionis, ſi conveniantur. *l. ult. Cod. de auctorit. præſtan. l. 24. §. ult. l. 46. §. 1. l. 39. §. 9. ff. de adminiſtrat. tut. junct. l. 1. §. 10. 11. ff. de tut. & rat. diſtrah. l. final. ff. rem pupilli ſalvam fore. l. ult. Cod. de divid. tut. l. ult. Si tutor. vel. Curator non geſſerit l. 3. §. 2. ff. de adminiſtrat. tut.* Vide Berlich. *prax. Concl. 16. num. 17. & ſeq.* Boër. *deciſ. Burdigal. 59. num. 3. & ſeq.* 2

Ita & Syndicus, id eſt defenſor, qui ab aliquo collegio, municipio, univerſitate, vel civitate ad cauſam ipſius agendam delectus eſt. *l. 18. §. 13. ff. de munerib. & honorib.* univerſitatis nomine omnes cauſas, circa res univerſitatis inſtitutas, aut conſtituendas agendas vel defendendas ſuſcipere tenetur *l. 1. §. quibus autem ff. quod cujuſque univerſitat. nom. l. 6. §. fin. ff. eod.* Neque Civitates, Collegia, aut univerſitates litem in judicio peragere, aut defendere aliter volent *l. 1. §. 1. ff. eod.* Quod tamen mores noſtri non ſervant. Quibus Syndici, Conſiliarii quaſi ſunt Reipublicæ, & miniſtri, qui neque ſua auctoritate cauſam ſuſcipere, aut defendere poſſunt, nec qui, ſi vocanda 3

D. 333. IV. Quod cujuſque Univerſitatis nomine vel contra eam agitur.

ſit

ſit in jus univerſitas, ab initio citandi ſunt, ſed Scabini, ipſi conſules jurati, atque alii ad genus qui univerſitari præſunt. Quod etiam notat Joann. Fab. *ad tit. de Actore à Tutore ſeu Curatore dando*, & poſt eum Mornac. *ad l.* 1. *ff. Quod cujuſque Univerſit. nomine.*

Univerſitatis nomine etiam reſpondere debent omnes publicorum collegiorum Rectores & adminiſtratores publici, uti ſunt Eccleſiarum Rectores Rationales, Orphanotrophi, qui infantes orbatos excipiunt, Xenodochi & parabolani, qui advenas excipiunt, & ad curanda debilium ægra corpora deputantur. Brephotrophi, qui infantes expoſitos alunt, Prochotrophi qui pauperes alunt, Elemoſynarum diſtributores, ſimiles, qui omnes de bonis ac rebus ad collegiorum ſuorum univerſitates pertinentes, agendo, aut defendendo reſpondere tenentur *tot. tit. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. & de Epiſcop. & Cleric.* Qui tituli apud nos vix alium habent uſum, ut in cæteris ad particulas regiminis Romanæ Eccleſiæ pertinentes.

Cod. I. II. *De Sacroſanct. Eccleſiis. &* III. *De Epiſcopis & Cleric.*

4 Ærarii tamen publici, & eorum quæ ad vindictam publicam pertinent cura ac defenſio in agendo, & reſpondendo ex ſuſcepti muneris neceſſitate, fiſci advocato etiamnum incumbit, *arg. l.* 1. & *tot. tit. Cod. de Advocat. fiſci.*

Cod. II. XI. *De Advocati fiſci.*

Quod quidem munus in Hollandiâ tam in criminalibus, quam civilibus cauſis olim ab una eademque perſona adminiſtrari, qui ſuper omnibus inquireret, eaque procuraret, quæ ad judicii modum, ac formam ſpectant; De quibus quid iis ſeparatim incumbat, vid. *Inſtruct. Holl. Curiæ Caroli Bourgundiæ ducis* 4. *Septemb.* 1464. *art.* 4. 5. 6. 7. & *Maximiliani Auſtriæ ducis* 17. *Julii* 1510. *art.* 10. & 14. Poſtea vero per alium in civilibus, per alium in criminalibus cauſis expediri cœpit, nullo etiam adhibito procuratore generali cujus officium in utrumque etiam fiſci advocatum tranſlatum, & conſolidatum eſt.

Civilium rerum Advocatus eas res tractat quæ dominium Principis tangunt, & Cameræ rationali ſubſunt.

Criminalium vero rerum Advocatus ea procurat, quæ ad delicta, & pœnas pertinent. In quibus eorum conſiſtat officium, quid iis incumbat, vid. *Inſtruct. Curiæ Hollandiæ Ann.* 1531. *art.* 5. 15. & *ſeqq. art.* 25. 26. 27. 30. 51. 55. 71. 106. 133. 201. 218. 223. 230. 331.

5 Ex neceſſitate etiam venditores, qui de evictione caverunt, aut alias vi contractus tenentur emptorem, contra omnem vacuæ poſſeſſionis evocatorem poſt tempeſtivam denunciationem defendere debent *tot. tit. ff. de Evict.*

6 Partim ex neceſſitudine, partim ex voluntate aliorum defenſionem, in judicio abſque ullo mandato ſuſcipere poſſunt ac debent conjunctæ perſonæ, & conſanguinei, veluti parens pro liberis, maritus pro uxore & reliqui adſcendentes, & deſcendentes in infinitum & collaterales ad quartum gradum proximi, *arg. l.* 5. §. 5. *Cod. de Advocat. diverſ. judic. junct. l.* 3. *ff. ſolut. matrimon. l.* 22. §. *fin. Cod. de furt. l.* 1. §. *fin. ff. de poſtul. l.* 39. §. 3. *ff. procurat.* modo de rato cavere parati ſunt. §. 3. *Inſt. de Satiſd. l.* 35. *ff. de procurat.*

7 An vero uxor moribus noſtris pro marito intervenire, aut judicium ſuſcipere poſſit, quum mulier etiam quoad ſe, ſuaque omnia in mariti ſit poteſtate, nec legitimam perſonam ſtandi in judicio habeat. Ut ſupra *lib.* 1. *cap.* 7. oſtendimus, fruſtra dubitatur, niſi eo caſu quo maritus abſens ſit, & aliquid interceſſerit in cujus mora periculum eſt, neque interim mandatum accedere poteſt, quod & convenit cum jure Saxonico ubi mulieres, ne quidem pro ſe abſque Curatore admittuntur, neque legitimam perſonam ſtandi in judicio habent, *Lands-R. lib.* 1. *art.* 44. & *art.* 46.

Et varii conſortes ejuſdem litis, ſinguli reliquorum nomine in ſolidum agere poſſunt, ſi de rato caverint, ac conventi defendere tenentur. *l.* 2. *Cod. de conſortib. ejuſd. litis*, ſi ſcilicet conſortium ſit individuum.

Cod. III. XL. *De Conſortibus ejuſdem litis.*

Dicitur enim conſors propter continentiam, & connexitatem individuæ actionis: nam ſi res dividua ſit, pro ſuâ parte quemlibet agere, & defendere poſſe conſtat. *l.* 1. & *ibi.* Bart. *Cod. de Conſortis ejuſd. litis.*

Ex voluntate pro aliis ſub cautione de rato, cauſam ſive judicium defendere admittuntur, inſtitores præpoſiti, & quilibet negotiorum geſtores *l.* 21. §. 1. *ff. de negot. geſt. l.* 11. *ff. eod. tot. tit. ff. de Inſtitor. Act.* de quibus *volum.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. & *lib.* 4. *cap.* 26. Atque adeo Amicus pro amico ſine mandato cautione præſtita admittitur. *arg. l.* 1. *Cod. Si per vim vel alio modo.* Quod quamvis inter DD. de Jure Romano vix conveniat, uſu tamen receptum eſt, ſecundum ea quæ tradit Emerich. Roſbach. *proceſſ. judic. tit.* 14. *num.* & *ſeq.* Vide etiam Autumn. *confer. Cod. de procurat. in fin.* Imbert. *pract. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 38. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 108. *in fin.* & *deciſ.* 109. *num.* 2.

D. III. V. Cod. II. XIX. *De negotiis geſtis.*

Cod. VIII. *Si per vim vel alio modo abſentis poſſeſſio turbetur.*

Qui quidem omnes niſi cauſam poſtulando defendere admittebantur. Sed moribus, quibus procuratorium munus non niſi publicum, & certo poſtulantium numero conſcriptum eſſe diximus, non niſi per procuratorem ad lites debite conſtitutum admitti poſſunt.

Cap. VII.

De Advocatis eorumque officio.

Summaria.

1. *Advocatorum nobile officium.*
2. *Advocati definitio.*
3. *Non plures quam duo ſimul ad cauſam perorandam admittuntur.*
4. *Qui eo munere ſungi poſſunt.*
5. *Eorum privilegia.*
6. *Quale ſit Advocatorum officium & quid iis incumbat, & quæ ſint eorundem officii requiſita.*
7. *Juramentum calumniæ quid, & an moribus obtineat.*
8. *Salarium an & quale iis debeatur.*

Cod. II. VII. VIII. *De Advocatis diverſorum judiciorum & jud. eum.*

NObilior quidem Advocatorum functio eſt, & humano generi ac Reipublicæ maxime ne- 1
ceſſaria, ut qui glorioſæ vocis munimine confiſi laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendentes, non minus provideant humano generi, quam qui gladiis clypeis, & thoracibus nitentes, præliis atque vulneribus, patriam parentesque defendunt. *l.* 14. *Cod. De Advocat. Diverſor. judicior.*

Advocatus eſt, qui alterius cauſæ controverſæ, in jure judiciove, ſive perorando, ſive conſilia 2
ſuggerendo, ſive alio, quovis modo operam tribuit. *l.* 6. *§.* 5. *Cod. de poſtul. l.* 3. *Cod. de Advocat. diverſor. judicior. l.* 1. *§. ff. de Extraord. Cognitionib.* poſſuntque unus vel plures ad defendendum adſumi, tam in civili *l.* 5. *Cod. eod.* quam in criminali cauſâ *l.* 12. *ff. de pub. jud. l.* 2. *in fin. Cod. de exhib. reis.* modo non ab una parte diſertiſſimi omnes adſumantur, ut ob inopiam boni Advocati cauſa damnum patiatur. *l.* 7. *Cod. de poſtul.* Sed quum hodie ſit undique Advocatorum copia, ut vix evenire poſſit, quod ob electionem unius, ex partibus, alter propter inopiam boni
Advocati damnum patiatur, hæc lex ab uſu receſſiſſe videtur. Ut recte notat Merul. *prax. civil.* 3
lib. 4. *tit.* 17. *cap.* 6. *num.* 2. Abbreviandorum tamen litium cauſâ, ne in ſingulis cauſis plures quam duo pro actore, & totidem pro reo Advocati in auditorio publico, cauſam perorent Hollandiæ Curia ſtatuit. *Anno* 1641.

Advocatorum munere fungi poſſunt omnes juriſperiii, qui prævio examine in matriculam re- 4
cepti ſunt. *l.* 11. *§.* 1. *Cod. de Advocat. diverſ. judicior.* Quorum olim erat certus numerus qui adimpletus excedi non poterat. *l.* 3. *l.* 8. *l.* 11. *l.* 13. l. 16. *Cod. eod. l.* 7. *Cod. de Advocat. diverſ. jud.* Qui Galliæ, & Belgii moribus determinatus non eſt, ubi in eum ordinem coadoptentur omnes qui in aliqua Univerſitate, Legum, Doctores ſive Licentiati creati ſunt. vid. Bugnon. *de legib. abrogat. lib.* 2. *ſect.* 205. *lib.* 3. *ſect.* 97. Zyp. *not. Jur. Belg. lib.* 4. *tit. de Colleg. artific. in pr.* Merul. *prax. civ. lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 5. *inſtruct. Cur. Holland. art.* 71. & *Suprem. Cur. art.* 121. Ubi nec in Germaniâ Advocati certo numero continentur, ubi tamen in Imperiali Camera non indiſtincte omnes admittuntur, qui doctoratus, ſive licentiatus literas teſtimoniales protulerint, ſed inſuper Præſes, & adſeſſores in Originem, doctrinam, & vitam ante actam Advocati inquirere jubentur, ne quenquam præter quam ex legitimo matrimonio natum, honeſte viventem, & ſimul inſigni eruditionis titulo decoratum recipiant. Per ea quæ tradunt Carpzov. *proceſſ. Jur. tit.* 5. *art.* 7. *num.* 5. 6. 7. Denais. *tit. Jur. Camerar. tit.* 232. *num.* 1.

Variis olim privilegiis, atque immunitatibus gaudebant cauſarum patroni, de quibus in *l.* 5. 5
6. 7. *Cod. de Advocat. Diverſor. judicior.* Hodie præter fori privilegium, ſecundum *l. ult. Cod. ubi Senat. vel Clariſſim.* haud alia quam nocturnis vigiliis & ab acciſiis uti vocant, immunitas eſt, teſte Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 12. *num.* 4.

Sed & quæ extra Curiam degentibus vix concedi ſolent, vid. Mornac. *ad l.* 11. *Cod. advocat. diverſ. judicior.* & poſt eum Groeneweg. *de leg. abrogat. ad l. Cod. eod.*

Officium Advocatorum eſt, clientis ſui deſiderium in jure, judiciove fideliter exponere & 6
adverſarii intentioni contradicere. *l.* 1. *§.* 2. *ff. de poſtul. l.* 6. *Cod. eod.* ab utraque parte ne poſtulet neque adverſario cauſæ ſecreta detegat, aut cum eo colludat. *l.* 1. *Cod. advocat. diverſ. jud.* ab una parte conſultus alteri parti poſtea operam ſuam ne præſtet.

Si

Si contra faciat prævaricatur, & publico judicio extra ordinem vel officio judicis, non ſine infamiæ notâ coërcetur. *d. l. 1. Cod. eod. l. 1. & l. 3. ff. de procurat.* Cujac. *lib. 9. obſ. cap. ult.* de qua pœna vid. ſupra *lib. 5. cap. 8. in fin.* Cauſam quam ſciunt eſſe improbam non defendent *l. 14. §. 1. ff. de jud.* quin & ſtatim ac cognoverint eam eſſe talem, à ſuſpecta advocatione abſtinere tenentur. *l. 12. §. 1. Cod. de jud. arg. l. 2. §. 4. ff de doli mali & met. except.* Quo caſu ad reſtitutionem omnis damni & intereſſe eos teneri DD. ſtatuunt. *arg. l. 6. Cod. de adminiſt. tutor.* Parleador. *rer. quotid. lib. 1. cap. 2. in pr.* Gutierz. *1. pr. quaſt. 29. num. 1.* nec bonam cauſam fallaciis, praviſque artibus inſtruant. *l. 1. l. 4. Cod. de judic. l. 9. §. 1. Cod. de poſtul.* Quamvis ſine mendacio, & perjurio, fallaciis, ac cavillationum captionibus, cauſam defendi permiſſum, idque artis eſſe multi ſibi perſuaſum habent. Quod quouſque procedat, vide Cagnol. *ad l. 66. ff. de Reg. Jur. num. 12.* Parleador. *rer. quotidiniar. lib. 1. cap. 2. num. 17.* Goed. *ad l. 171. ff. de V. S. num. 8.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 21. num. 5.* Non ineant contractum de quota litis, aut alium clientibus ſuis damnoſum. *d. l. 6. §. 2. Cod. de poſtul.* Non ultra quam litium poſtulat utilitas, in conviciandi, aut maledicendi prorumpant licentiam, agant quod cauſa deſiderat, & temperent ab injuriis, & qui probris certandum putaverit, infamiâ notabitur. *l. 6. §. 1. Cod. de poſtul.* Vid. Menoch, *de arbitr. jud. lib. 2. centur. 2. caſ. 263.* Non iidem in eodem negotio ſint advocati & judices. *d. l. 6. in pr. Cod. eod.* In allegationibus brevitate magis, quam longâ oratione utantur neque repetitionibus tædioſis chartas impleant, quo pinguius honorarium exigant. *d. l. 6. §. 5. Cod. de poſtul.* quod idem in *Hollandia Curiâ* cautum *primo Martii* 1583. & noviſſimâ *Suprema Curia ordinatione 7. Junii* 1658. *art.* 30. renovatum atque adauctum eſt. Neque ex induſtria litem protrahant. *d. l. 6. §. 4. Cod. eod.* De quibus inter cætera conqueritur & ſuo more ſatis acerbe in ejuſmodi depravatos invehitur Ammian. Marcellin. *lib.* 30. vid. etiam Cujac. *lib. 4. obſer.* 40.

7 His adde quod generaliter in ſingulis cauſis utriuſque partis advocati, ſive cauſarum patroni calumniæ juramentum præſtare debuerint olim, ſe integro animo cauſam clientis ſui ſuſcipere, nec falſi patrocinii ſibi eſſe conſcios nullam ſe operam nullumque ſtudium in cauſâ clientis ſui intermiſſuros, & ſi quid malitioſe aut improbe fingi, in eâ poſtea deprehenderint, ejus ſe patrocinium protinus omiſſuros *l. 2. in pr. Cod. de jurejur. propt. Calum. l. 14. §. 1. Cod. de jud.* Quod & jure Pontificio Procuratoribus impoſitum eſt. *cap. cum cauſam. 6. extra de jur. calum. cap. 2. eod. tit. in 6.* Quod in Gallia non obſervari tradunt Rebuff. *ad conſtit. Reg. in proœm. gloſſ. 5. num. 50.* Autumn. *confer. ad Rubric. de jurejur. propter calumn.* Et in Germania in diſſuetudinem abiiſſe colligere licet, ex Weſenbac. *par. digeſt. de jurejur. num. 9.* Reinſard. *de differ. jur. civ. & Saxon. tit. de judicial. differ. 81.* Berlich. *part. 1. concluſ. 21. num. 4.* Andr. Gail *lib. 1. obſ. 85.* Quoad partes tamen in Friſiâ ſervari teſtatur Joann. à Sande *lib. 1. tit. 9. per tot.* Quatenus in Brabantia docet Gudelini de jure noviſſimo *lib. 4. cap. 8. in fin.* In Gelriæ *tract. 2. tit. 1. cap. 4. num. 30.* In Hollandiâ quoad partes vix in uſu eſt. Advocati tamen & Procuratores, non quidem in ſingulis cauſis jurant, ſed initio admiſſionis ſuæ hoc aut ſimile juramentum ſubeunt, quod quotannis ſtatis temporibus renovare tenentur, prout expreſſum *inſtruct. Cur. Holl. art. 71.* his verbis.

Cod. tit. lix. De jurejur. propter calumniam dando.

Niemand en ſal voortaan als Advocaat off Procureur ontfangen werden om in den Raad dagelijks te practiſeren / hy en ſy daar toe nut ende bequaam / ende hy en hebbe gedaan den Eed: Dat hy onſen Stadhouder Preſident ende Raad in alle plaatſen ſal bewijſen eere / reverentie ende waardigheyt. Dat hy niet dienen en ſal in eenige ſaaken die hy weet onregtvaardig te ſijn / het ſy dat hem van de onregtvaardigheyt blijke uyt beginſel van de proceſſe off daar na / dat neerſtelijk ende getrouwelijk ſal dienen ſijn Meeſters. Dat hy te vrede ſal weſen met de taxe van den Hove. Dat hy niet ſoeken en ſal eenige onbehoorlijke uyt wegen oſte dilayen. Dat hy geen overkomſt maken en ſal om part off deel in de ſaak te hebben / ende generalijk dat hy hem in / ende over al / dragen ſal als een goed ende getrouw Advocaat ende Procureur ſchuldig is te doen / etc.

Nullus poſt hac coram Curia Advocatus aut Procurator, ad, poſtulandum admittetur niſi ad hoc ſit repertus aptus & idoneus, & hoc ſolenne juramentum præſtiterit: Ut provinciæ præfecto. Præſidi. & Senatoribus Curiæ, omnem tribuat, honorem, reverentiam, ac dignitatem. Ut ne patrocinium præſtet in cauſis quas improbitatis aut malitiæ quid continere experiatur, ſive jam tum præſto comperiat ſive poſtea deprehendat. Ut diligenter ac fideliter clientibus ſuum præſtet patrocinium. Ut pro ſalario Curiæ taxationi ſe ſubjiciat. Ut nec aliquas fruſtratorias dilationes, aut ſubterfugia quærat. Ut ne cum partibus de quota litis tranſigat. Et generaliter ut ſe in omnibus, & ubique bonum & fidelem Advocatum aut Procuratorem præſtet,

Cum quo per omnia convenit juramentum Advocatis Curiæ Ultrajectinæ propoſitum, ut non immerito ex hoc totidem verbis deſcriptum videatur. **Ordonn. ende Inſtructie op den ſtijl ende manier van procederen voor den Hove van Utregt.** *Rubric. 2.* **Van den Advocaten.** *art. 1.*

Reliqua vero ad Advocatorum ibidem cauſas agentium, munus & officium pertinentia continentur, ejuſdem *Cur. Inſtruct. art.* 55. 72. 80. 81. 82. 19. *& ultia.*

Quibus adde Advocatos, ne inordinato habitu ad judicis adſpectum accedant, togatos cauſas perorare debere, ſecundum Curiæ Hollandiæ decretum, ſub *Petro Hanneman* ejuſdem Curiæ Graphiario datum, prout in ejus diario *pag.* 202. extenſum refert Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 7. renovatum noviſſima Curiæ circa cauſarum perorandarum modum & ſitum *Ordinat.* 12. *Martii* 1655. *art.* 5.

D. III. II. *De Sportulis, & ſumptibus in diverſis judiciis faciendis.*

8 Solarium Advocatorum quod attinet, quamvis nummario pretio non ſit dehoneſtanda juriſprudentia. *l.* 1. *§.* 5. *ff. de var. & extraor. cognit.* modicum tamen iis debetur honorarium, qui utiliſſimam operam conferunt *d. l.* 1. *§.* 5. *&* 10. *ff. var. & extr. cognit.* neque illud ab ingratia inhoneſte, prætore authore exigitur. Quod non pro Advocatio facundia, ut *d. l.* 1. *§.* 12. *ff de var. & extr. cognit.* nec pro cauſæ quantitate, ut in *tit. Cod. De Sportulis & ſumptibus in diverſis judiciis faciendis*, ſed pro ratione laboris atque itineris, pro fori, & judicii, conſuetudine taxari ſolet, vid. Zyp. *notit. jur. Belg. tit. De Sport.* Guidelin. *de Jure noviſſimo libro* 4. *cap.* 5. *in fin.* Chriſtio. *vol. deciſ.* 150. Mornac. *obſ. d. tit. de Sport.* Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 102. *cum ſeq.* quibus adde *noviſſim. Utriuſque Holland. curia Ordinat.* circa ſalaria Advocatorum 16. *&* 28. *Jan.* 1659.

CAP. VIII.

De Actuariis, Graphariis, eorumque officio.

SUMMARIA.

1. *Actuarius, ſive Scriba quis, quo ſenſu olim ſervus publicus dictus, contra communes, cum*
2. *Interpretatione* l. 3. Cod. de Tabulariis.
3. *Cancellarii judicum Adſeſſores & Domeſtici olim qui nunc Secretarii, aut Graphiarii.*
4. *Eorum officium in quo conſiſtit.*
5. *Pleniſſima fides eorum ſcriptis adhibenda.*
6. *Neutri litigantium conſulere aut ſecreta manifeſtare debent.*
7. *Peritia & ſcientia Juris in iis neceſſaria.*
8. *An & quatenus ex imperitia teneantur?*
9. *An & quatenus Judices, & Advocati?*
10. *Quale eorum munus, & quid iis incumbat, in Hollandia curia remiſſive.*

Actuarius eſt ſcriba publicus, qui judicii acta conſcribit, & recitat, *cap. quoniam extr. de probat.* & *cap. Statutum. §. Notarium de reſcript. in* 6. Qui ſervus publicus à veteribus 1
Juriſconſultis nominatus fuit. *l.* 18. *ff. de Adopt. l.* 2. *Cod. eod. l.* 1. *§.* 15. *ff. de Magiſtratib. conv.* deque eo loquitur Ulpianus *in l.* 2. *& ſeq. & l.* 6. *ff. Rem pupil. ſalvam fore*, nam quod per ſimilitudinem ita vocatus fuerit, quaſi judicii publici Miniſter, ut vulgo putant *arg. cap. quanquam, & ibi Gloſſ. in verb. Servo publico. de Uſur. in* 6. & male intellecti text. *l.* 3. *Cod. de Tabul.* Sed

Cod. X. lxix. *De Tabulariis, Scribis, Logographis & Cenſualibus.*

2 quod re verâ apud Romanos Scribarum & Notariorum munus olim ſervis mandaretur. Quum enim alteri, quam ſibi, aut ei cujus poteſtati ſubjectus erat, acquirere & ſtipulari nemo potuerit. *l.* 38. *§.* 17. *ff. de V. O. l.* 11. *ff. de oblig. & act. §.* 3. *§.* 18. *Inſtitut. de inutilib. ſtipul.* & ſæpe eveniret, ut pro abſentibus, aut pupillis, aut Reipublicæ nomine aliquid ſtipulari, aut transigere neceſſe eſſet, quod nec per alium, quam eum, qui contractibus, & actis, fide publica ſcribendis adhiberetur, commodius fieri putarent, huic muneri ſervum præfecerunt, non hujus, aut alterius, ſed omnium & ſingulorum civium communem, & publicum, qui & Scribæ munere fungeretur, & ſimul pro omnibus & ſingulis, velut dominis ſuis, in quorum poteſtate eſſet ſtipulari, & acquirere jure poſſet. Qui ſervus publicus ab eo nominatus fuit. De quo etiam vid. *l.* 3. *Cod. de poſtlimin. reverſ. l.* 4. *Cod. de arbitr. & l. ult. Cod. de ſerv. reipublic.* Quod tandem ab Arcadio & Honorario ſublatum in *d. l.* 3. *Cod. de Tabular. & Scrib* A quo tempore Tabulariorum munus à liberis, & in dignitate conſtitutis perſonis, obiri cœpit.

D. I. XIII. Cod. I. LI. *De Adſeſſoribus domeſticis & Cancellariis.*

3 Hi Cancellarii judicum poſtea appellati ſunt *tot. tit. ff. & Cod. de Adſeſſor. Domeſtic. & Cancell.* Aſſeſſores enim erant qui judices, ac magiſtratus conſiliis in cognitionibus, poſtulationibus ac libellis juvabant, *l.* 7. *Cod. l.* 1. *ff. Adſeſſorib.* ita dicta quod iis in judicio aſſiderent. atque jus magiſtratibus ſuggerebant. *l.* 1. *l. ult. ff. eod. l.* 2. *ff. quod quiſque Juris. l.* 37. *l.* 38. *ff. ex quib. cauſ. majores.* Domeſtici erant qui judicis perſonam protegebant, quaſi judicis ſuppoſitæ perſonæ. *l.* 3. *Cod. ſi cert. pet. l. unic. Cod. ſi rect. Provin.* De quibus etiam in *l.* 1. *§.* 3. *Cod. de contract. judic.* Cancellarii qui Scribendis; & expediendis judicum epiſtolis, operam dabant,

de

de quibus in *l. 3. & l. 5. Cod. de Aſſeſſorib.* ita dicti quod eorum cellula, à chartarum amittendarum periculo cancellia eſſet munita. Quos nos *Secretaries* aut à Græco verbo *Graphiarios* appellamus.

4 Horum officium conſiſtit in eo, ut univerſa judicii acta, & concluſionum formulas, veluti, dilationum, recuſationum, exceptionum, petitionum, reſponſionum, interrogationum, confeſſionum, depoſitionum, productionum notulas competenti ordine, & temporum ac perſonarum diſtinctione conſcribant, poſt cauſæ concluſionem ea quæ à partibus producta ſunt ſcripta ſive inſtrumenta, judici exhibere, & prælegere, ſuffragiorum voces recolligere, & ex iis ſententiam, in debitâ formâ conſcribere, eamque reaſſumptam palam pronunciare, & quæcumque in judicio acta & tractata, conſignare, librisque publicis ac judicialibus inſerere, & in perpetuam rei memoriam conſervare, ut ſi aliquando de iis ſuboriatur contentio, per hoc veritas declarari poſſit, *cap. quoniam. 11. verſ. Statnimus extr. de probat.* Neque tamen acta ſine conſenſu judicia publicare, aut partibus copiam dare actorum, niſi de mandato judicis debent. *arg. l. 2. Cod. de Edendo. l. 32. §. 2. Cod. de Appellat.* & ibi Bald. & DD. vid. Specul. Durandi *tit. de Inſtrum.*
5 *edit. verſ. acta publica.* Horum ſcriptis tanta fides adhiberi ſolet, ut quum aliorum Tabellionum inſtrumenta duorum aut trium teſtium ſubſcriptionem in fidem rei geſtæ requirant, *l. 11. Cod. qui pot. in pignore. l. 11. Cod. de fid. inſtrum. junct. Novell. 44. in pr.* his ſolum à Graphiario ſolemniter conſcriptis pleniſſima habeatur fides, neque teſtium ſubſcriptio, nec in actibus judicialibus neceſſariam probat, *l. 15. Cod. de fid. inſtrum. l. 10. ff. de Teſtib. l. 19. Cod. de Teſtam. l. 31. Cod. de Donationib. cap. bona memoria 23. in med. extr. de elect. cap. cum Johannes Eremita 10. extr. de fide inſtrument.* & Gloſſ. *in cap. quoniam contra verba viros, in fin. extr. de probat.*

Quod tamen reſtringendum eſt ad acta mere judicialia, & ea quæ proprie ſunt de actis, & ad judicii expeditionem pertinent, ſecus in extrajudicialibus, aliiſque quæ his extrinſecus inſeruntur, *per Gloſſ. ad l. generali 3. Cod. de Tabul. & DD. ad cap. 1. extr. de fid. inſtrument.* vide Alexandr. *conſil. 96. vol. 1. col. 5.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1101. num. 8. 9.* Emanuel. Mendoz. *in praxi Luſitania lib. 1. cap. 2. append. 1. num. 32.* Quod & mores noſtri ſervant, quibus in cæteris extrajudicialibus, ſi quæ apud acta inter partes celebrentur, duorum, ut minimum Scabinorum ſubſcriptione, & ſubſignatione confirmari ſolent.

6 Neutri litigantium conſulere, aut ſecreta manifeſtare debet Graphiarius, *l. 1. ff. de prævaricat.* Quo pertinet *Placit. Hollandiæ Curiæ 1. Augusti 1603.* Quo cavetur, **Dat geene Schouten ofte Secretariſſen/van eenige Geregte/ofte Vierſcharen hun ſullen laten gebruyken als woort-houders aldaar.** Id eſt, *ne aliqui Sculteti, aut Graphiarii, quorumque judiciorum, tribunalium, coram eodem judice, aut tribunali partibus aliquod præbeant patrocinium.* Neque acta judicii ſine conſenſu & mandato judicis publicare debent, aut partibus irrequiſito judice actorum copiam dare. *arg. l. 2. Cod. de Edendo. l. 32. §. 2. Cod. de appellat.* & ibi Bald. & DD. Specul. *de Inſtrument. edit. verſ. Acta publica.*

7 Nec minor in actuariis, quam in judicibus peritia & ſcientia juris requiritur, *arg. Novell. 66. Gloſſ. in d. l. 3. Cod. de Tabular.* quum ex imperitia parti læſæ teneantur, *l. fin. Cod. de Magiſtrat. conven. &* ibi Bart. *l. 14. Cod. de judic.* Novell. 60. *in fin. can. Status 9. diſtinct. 61.* Præſertim moribus noſtris, quibus in pleriſque judiciis ſubalternis, Actuarii Syndicorum, & adſeſſorum ſive conſiliariorum vicem ſuſtinent, & in pagis, oppidiſque ipſi judices ab iis informari debent; Unde & in Germaniâ, nemo ad Actuarii ſive Graphiarii officium admittitur, niſi in matriculam Notariorum, ſive Tabellionum prævio examine ſit receptus, quo major dignitas Actuario, & per conſequens ipſi etiam judicio concilietur, *Ordin. proceſſ. judiciar. Elector. Saxon. tit. 2.*

8 Quatenus vero ex imperitia & ignorantiâ ſua teneatur Actuarius videamus? ita quidem conſtitutum, ut qui publicæ artis alicujus peritiam profitetur, vel aliquid in ſe recipit, ſeu affectat ex imperitiâ ejuſdem artis aut ſcientiæ, parti læſæ teneatur, in quantum judici æquum videbitur, conſiderato ejus errore, & imperitiâ. *l. fin. de var. & extraord. crim. junct. l. 9. §. pen. l. 13. §. 5. ff. locat. l. 8. ff. ad l. Aquil.* Quo caſu in *l. 132. ff. de R. J.* recte notat Jacobus Gothofredus, imperitiam culpæ annumerari. Quod ſi ad propoſitum caſum quis referre velit, quo Graphiarii, quum hoc officium ambiunt, & acceptant, ſe ſufficientes & peritos aſſerunt non male eos ex imperitiâ pariter teneri exiſtimabit; Haud alio fundamento, quam judicem per imperitiam male judican-
9 tem, litem ſuam facere, & ex quaſi maleficio teneri conſtat *l. 5. §. 4. ff. de oblig. & Act.* Quod & ad Advocatos, Procuratores, cæteroſque juris, & juſtitiæ miniſtros eodem jure extendi poſſet. Sed quum munus illud tam difficili juris & praxeos ſcientia, & tanta circum procedendi ſtylum atque ordinem varietate tantaque cauſarum moram non ferentium multitudine verſetur, ut nec

ple-

plenum aliquando detur deliberandi tempus, vix eſt ut Judex, Advocatus, Procurator, Actuarius, aut ſi qui alii, juris & juſtitiæ miniſtri, ſi quid per imprudentiam ſive imperitiam iis exciderit, nec dolus, aut calliditas aliqua intercеſſerit, propterea quoquam modo teneantur, prout de judice per imperitiam male judicante, pro noſtris & Galliæ moribus, ex *Chriſtinao*, *Zypao*, *Argentrao*, *Antumno*, & aliis probat Groeneweg. *de leg. abrogat. ad pr. Inſtit. de obligat. qua quaſi ex delicto naſc.*

Quale ſit Graphiarii munus, & quid ei incumbat, in Hollandiæ Curiâ dictur, ejuſd. Curiæ *inſtruct. art.* 29. *& ſeq. ad* 37. 49. 53. 58. 62. *& ſeq. ad* 71. 84. 103. 111. 139. 171. 215. 219. 10

Cap. IX.

De Nunciis, Viatoribus, ſive Apparitoribus.

Summaria.

1. *Apparitores qui.*
2. *Nuncii & Viatores qui, & quales.*
3. *Eorundem inſignia, quæ, & qualia gerere debent.*
4. *An & quanta iis adhibeatur fides in perſonalibus, & realibus cauſis exequendis.*
5. *Si quid extra officii ſui terminos retulerint, ſingulares tantum ſunt teſtes.*
6. *Tributorum exactoribus an & quatenus credatur.*
7. *An & quatenus iis reſiſti poſſint vel non.*
8. *Qualitatem ſuam probare, & inſignia oſtendere debent.*
9. *Præcedens mandatum oſtendere ejuſque copiam edere debeant in ſuperioribus tribunalibus & inferioribus tribunalibus, quid Juris apud nos.*
10. *Apparitoris officium, & quomodo exequetur* num. 14.
11. *Extra territorii ſui ſtationem nihil exequi poteſt.*
12. *Si per arreſtum ex continentiâ cauſa, aut alia reali actione ſententia lata adverſus eam, qui extra judicis territorium degit, ejuſque bona alibi ſita dirigenda ſit, per literas requiſitoriales per alterius ejus loci apparitorem requiſito judice exequi debet.*
13. *Quale ſit apparitorum in exequendis ſententiis munus remiſſive.*

APparitores in genere ſunt omnes judicum ſive magiſtratuum miniſtri, qui ipſis apparent, eorumque juſſa exequi ſolent. 1
In ſpecie vero ſunt Nuncii, ſeu viatores, qui ea quæ in judiciis 2
peragenda ſunt partibus annunciant, litigatores in jus vocant, & lites ſive ſententias judicum exequuntur. *l.* 33. *Cod. de Epiſcop. & cleric. l.* 1. *Cod. de execut. & exact. l.* 13. *§. Cod. de judic.*

Cod. xii. ix. *De Diverſis Officiis, & Apparitoribus, judicum.* & tit. lx. *De executionibus, & Exactoribus.*

Superiorum quidem Curiarum apud nos Apparitores vocari ſolent, noſtro idiomate **Deurwaarders**/ quod quaſi judicibus ad oſtium inſerviant. Horum duo ſunt primores, qui ipſi tribunali præſto inſerviunt, & omnes citationes Hagæ, & in Hagienſi territorio ſoli peragunt, eorum alter ipſi Præſidi per vices continuo adeſt. *Inſtruct. Holland. cur. art.* 102. Reliqui per ſtationes huc illuc diſparſi deſtinato ſuo loco reſidere tenentur, quo commodius ac celerius juſſa, ac mandata Curiæ exequi poſſint.

His accedunt Nuncii alii, in hoc ſolum inſervientes, ut literas Curiæ huc illuc ferant referantque, de quibus *inſtruct. ejuſdem Curiæ, art.* 103. *&* 104. Horum illi bacillum ferunt, cui à ſuperiori parte Curiæ inſignia appoſita eminent, quem in exequendo mandato ſuo exponere tenentur, 3
juxt. Inſtr. cur. Holl. art. 99. Unde etiam vocari ſolebant, **Sargeanten van Wapenen**; id eſt, inſignium Curiæ præfecti, hi vero pyxidem, cui ſub pellucenti operculo eadem inſignia apparent, à collo pectori affixam pro majeſtatis à quæ dimiſſi ſunt teſſera, euntes redeuntesque præferunt. Prout etiam in Camerâ imperiali uſitatum eſſe docet ejuſdem Camer. *Imper. Ordinat. art.* 35. *&* 36. In Municipiis vero atque oppidis virgulam ſive bacillum, virgulis ſive ramunculis undique vibratum gerunt; quem etiam in juſtitiæ adminiſtrandæ ſignum, in exequendis mandatis ſuis exponere tenentur, unde & **Boden mette Roede**/ vocari ſolent; Quod fere convenit cum Galliæ moribus, ubi Apparitores, ſi inferiorum ſint tribunalium, *Sergeans*, quaſi ſervientes, ſuperiorum *Huiſſiers*; quaſi oſtiarores vocari ſolent, eoſque virgam deferre ſcribit Rebuff. *ad conſtitut. Regias, tom.* 3. *tract. de citat. ad art.* 56. Ludovici XII. *Gloſſ.* 1. plura vid. apud Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. tit. de juſtices. §.* 6. *verſ. meſſiers, & Sergeans.* & poſt eum Damhoud. *prax. civil. cap.* 58.

Pleniſſima iis adhibetur fides, in iis quæ ratione muneris, ex mandato exequuntur, & exequuti retulerint propter electam fidem perſonæ, & juramenti religionem qua obſtricti ſunt, 4

l. 5.

l. 5. Cod. de Exact. tribut. l. 1. §. 12. ff. De Præfecti. Urbi, l. 5. §. 13. ff. De reb. eorum qui ſub tut.

An vero, & quatenus nudæ eorum aſſertioni credendum ſit, neque teſtibus ad probandum indigeant? ſæpius agitatum memini, neque levis inter DD. de iis controverſia eſt; ut videre eſt apud Menoch. *de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 2. caſ.* 112. Ubi tandem illud arbitrio judicis relinquendum concludit, ut ſecundum qualitatem perſonæ citatæ, ac negocii vel levitatem, vel gravitatem aliquando iis credatur, aliquando non. Quocirca (quamvis hac in parte aliquid deferendum arbitrer,) rectius moribus noſtris diſtingui puto, inter executiones mere perſonales, veluti ſunt citationes, aliaque juſſa, & mandata judicum in alicujus perſonam exequenda, & inter executiones reales; veluti ſunt ſubhaſtationes, & pignora pro re judicatâ, capienda, exequendaque. Ut in realibus nullius bona, in rem judicatam capi, aliave ex cauſâ ſubhaſtari poſſunt, niſi adhibitis duobus Scabinis ejus loci, in quo reus fixum habet domicilium ſi res mobiles ſunt; alias ſi rei immobilis pignus aut executio facienda ſit, ejus loci ubi res ſita eſt. Facit *art.* 176. *Inſtruct. Cur. Holl.* circa finem. Cui poſtea 7. *Januar.* 1577. additum, **Dat de Deurwaarders wert geinterdiceert / geene goederen in arreſte te ſtellen / ofte verkoopen / dan in preſentie van twee Schepenen / Geſwozens ofte gebuyzen**; id eſt, *quod Apparitoribus interdictum ſit, aliqua bona arreſto includere, aut divendere niſi in duorum Scabinorum electorum vicinorumve præſentia.* vid. Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 95. cap. 3. num. 11.* Idemque in Galliâ obtinere teſtatur Imbert. *Inſtruct. forenſ. cap. 54. in fin.*

In perſonalibus vero, Aſſerenti apparitori ſe aliquem citaſſe, citatum perſonaliter inveniſſe, eaque expediviſſe, quæ ipſi à judice mandata, & commiſſa erant, ſoli ejus relaxationi plena adhibetur fides, nullo alio adminiculo accedente, per *d. l. 5. Cod. de exact. tribut.* & Gloſſ. & DD. *ad cap. cum parati extr. de appellat. & ad cap. 1. de judic.* Vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 1119. *num. 1.* & Ferdinand. Vaſq. *Illuſtr. Quæſt. lib. 2. cap. 24. num. 2.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 14. num. 1.* & Vant. *tract. de nullitat. proceſſ. tit. de nullitate ex defectu citationis num.* 150. neque in his ſolum, ſed in omnibus quæ officio ſuo ſunt annexa. Sed quæ pro circumſtantia, eum varietate tutius judicis arbitrio, & diſcretioni committenda ſunt: Ut recte Menoch. *de arbitr. jud. d. caſ. 112. num. 16. & ſeq. & cent. 1. caſ. 95.* Ubi fuſe quæ ſint muneri ejus connexa, quæ non.

5 Si vero quid extra officii ſui terminos retulerint apparitores, in iis ſingulares tantum reputantur teſtes, & quæ niſi ulterius probentur admitti non poſſunt. Veluti ſi retulerint ſe in exercendo munere ſuo, dum literas judicis executioni mandarent, ab eo cui eas exponerent impeditos, percuſſos, & verberibus exceptos eſſe: in eo niſi ulterius probent, nulla iis adhibetur fides, quia ea ad ipſam muneris ſui executionem ſimpliciter non ſpectant, neque iis ſunt connexa, per eos quos citat Petr. Peck. *de jure ſui ſiſtendi cap. 32. num. 4.* Menoch. *de arbitr. jud. d. caſu 112. num. 15.* Anton. Fab. *ad Cod. de Teſtib. lib. 4. tit. 15. defin. 26.* Alciat. *de præſumpt. d. cap. 14. num. 7.* verſ. puto contrarium, niſi forte in ipſâ actu & exercitio ſuo immediate id ipſi obtigiſſe apparitor retulerit. Quo caſu multum diſcretioni, & arbitrio judicis commiſſum volunt. *arg. d. l. 5. Cod. de exact. tribut. junct. l. 33. §. apparit. Cod. de Epiſcop. & cleric. & ibi Gloſſ.* & DD. Math. Coler. *de proceſſ. executiv. cap. 7. num. 16. part. 1.*

6 Quod proprie diſtinguendum in tributorum publicorum exactoribus, vulgo, **Deurwaarders vande Gemeen Lands middelen.** Pro quibus Apparitores, extra officii ſui communes terminos, in indicendis & culpandis fraudatoribus, annunciandiſve contraventionibus, & commiſſis multum operis impendere ſolent, multaque in iis ſibi arrogare, quæ proprie muneris ſui non ſunt. In quibus ſi plena fides iis haberetur, quum plerumque ſint homines viles & reprobi, multum injuriæ & detrimenti inde paterentur homines pro vitæ ſimplicitate, rerum ignari, aſtutiiſque eorumdem exactorum (quorum apparitores illi pro pane lucrando omnes partes ſuſtinerent) reſpondendis, detegendiſque minus idonei. *Cod. x. xix. De Exactoribus Tributorum.*

7 Quum tamen Apparitores in exequendo munere ſuo ipſius magiſtratus perſonam repræſentent, quæ Sacroſancta eſſe debet. *l. 15. ff. de Re Jud.* non levi pœnâ dignus eſt, qui apparitori exequenti re aut facto, reſiſtit, eique vel minimam infert injuriam. De qua late Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 4. quæſt. 32. num. 5. & ſeqq.* Et qui apparitori in jus dicenti aut in carceres rapienti non obtemperet, vim facit, & delinquit. *l. 4. §. 1. & tot. tit. ff. ne quis eum qui in jus vocatus eſt vi eximat.* neque obid venia dignus eſt, quod duci eum, rapique non debuiſſe, aut apparitorem contra legitimum procedendi modum proceſſiſſe, mandative fines exceſſiſſe, poſtea appareat; quo caſu non vi ab injuriâ arcendus eſt, ſed oppoſitione debita contra ipſam executionem *D. II. vii. Ne quis eum qui in jus vocatus eſt vi eximat.*

intenta, pœnali mandato exorbitans executio ſiſtenda eſt. *arg. l. 2. ff. Si quis in jus vocat. junct. l. 5. Cod. Quorum Appellationes non recipiuntur*, & ibi Groenteweg. Satiſque ſibi conſultum credere quiſque debet, quod perperam aut injuſte factam executionem judex irritam facturus, indemnitatique conſultturus erit. *d. l. 5. Cod. quorum app. non recip.*

Probare tamen qualitatem ſuam Apparitor debet, quin ſi ſe Apparitorem prætendat quis, ne- 8
que bacillum cui inſignia debita impoſita ſunt, oſtendat, impune ei reſiſti poteſt. Ut per Gloſſ. *ad l. 5. §. 13. verb. viatorem ff. de reb. eorum.* Petr. Pecc. *de jure ſiſtendi cap. 25. num. 3.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 7. & cap. 8. in addit. num. 13.* Jul. Clar. *prax. criminal. lib. 5. quæſt. 28. num. 1. in fin.*

Utrum vero præcedens etiam mandatum exhibere debeat, quin reſiſti poſſit? mores noſtri di- 9
ſtinguunt, inter ſuperiora, & inferiora tribunalia, in ſuperioribus etiamnum uſitatum eſt, ut ne quis in jus vocetur, niſi præcedente ſupplicatione, eamque ſubſecutis literis commiſſorialibus, vulgo **Mandamenten**/ quibus ipſum judicis mandatum, ad primum quemque Apparitorem directum, inſeritur. Cujus copiam citando reo edere apparitor debet, *arg. l. ult. Cod. de Sportul. & ſumpt. in diverſ. jud. faciend.* Eſtque illud mandatum cauſa efficiens citationis, ſine qua ad citationem procedi minime poteſt, ſecundum DD. *ad l. 29. §. ult. in verb. à Præſide ff. de minorib. l. ult. Cod. de exhib. reis.* Quod & in omnibus ſuperioribus tribunalibus in Hollandiâ ſervari conſtat, etiam in Collegiis ad collectas, & tributa communia deputatorum; quorum juſſiones vulgò vocari ſolent, authoritates, quaſi plenipotentiariæ.

Adeo ut ſi quis apparitor authoritate propriâ, nulloque præcedente judicis mandato, exequi velit, impune ei reſiſti poſſit. *per. l. 5. Cod. de execut. & exact. & l. 5. Cod. de jure fiſci.* Anton. Fab. *ad Cod. quando liceat unicuique ſine judice lib. 3. tit. 18 defin. 1. & ad tit. de execut. rei judic. lib. 7. tit. 20. defin. 15.* Quomodo etiam Peccius *de Jure ſiſtendi cap. 25. num. 4.* ſcribit, Regiis & Provinciarum executoribus, non niſi oſtenſis literis credi, per ea quæ de Galliæ moribus, latius tractat Chaſſao. *ad conſuetud. Burgund. Rubric. 1. §. 7. num. 27.* Ubi tamen idem Peccius hæc in parte rectius diſtinguere videtur, inter citationes verbales, & reales, ut in illis expreſſum judicis mandatum neceſſarium ſit, in his non utique *arg. l. 2. Cod. de Execut. & exact.* In inferioribus vero tribunalibus citationes ſive in jus vocationes expreſſum judicis mandatum haud requirunt, ſed utcunque ſunt verbales, niſi quod ipſe Apparitor, quo cautius agat, petitoris mandatum in ſcriptis requirat. Quod licet non oſtendatur, neque ejus copia in ipſa citatione detur, ipſa citatio propterea non eſt invalida, ſed reo eo caſu, ipſo judicii die, petitionis copiam cum dilationis termino, quo interim deliberet, petere integrum eſt. Prout ubique fere mores ſervant, quibus verbalis citatio ſufficiens eſſe ſolet, ut quis in judicium vocetur. *arg. cap. cum dilecti 6. extr. de dolo & contumacia, in verb. viva voce.* Bald. *ad l. 3. Cod. de Exhib. reis.* Jaſon. *ad §. 25. Inſtit. de action.* Prout etiam in Regno Siciliæ, ex generali conſuetudine ſervari teſtatur Robbert. Marant. *prax. aur. tit. de citatione ejuſque requiſit. num. 52.* Et in Flandriâ ac Brabantiâ idem obtinere teſtatur Philipp. Wielandt. *Prax. civil. tit. 2. cap. 1.* & Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit. 1. art. 18. num. 10.*

Apparitoris officium eſt legitimum judicii Ordinem, & mandati fines exacte ſervare, ne ſi 10
quid contra judiciarium Ordinem committat, aut in aliquibus mandâti fines excedat, reiterare omnia ſuis ſumptibus cogatur, per ea quæ tradunt Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 54. num. 8.* Merul. *Prax. civil. lib. 4. tit. 25. cap. 7.* aut ad reſtitutionem damni, & intereſſe damnetur. *arg. l. 8. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. ſi quis damnum. 9. §. Celſus 6. ff. locati.* Cujus ratione initio muneris ſui cautio exigitur quinquaginta ponderum Flandricorum *Inſtruct. Cur. Holl. 100.*

Quemadmodum extra territorium jus dicenti impune non paretur. *l. ult. ff. de juriſd.* Ita neque Apparitores extra ſtationis ſuæ territorium, quicquam expedire, neque alterius officio ſe immiſcere poſſunt. *l. 2. Cod. de Executor. & Exact. Novell. 82. cap. 7. §. 1. cap. ad ſplendidioris 7. de Diverſ. offic.*

Apud nos, quum ſuperiora tribunalia rebus ad juriſdictionem ſuam pertinentibus, circa com- 11
munes quaſi totius univerſitatis cauſas verſentur, eorundem apparitores per totam Provinciam partibus ſuis funguntur. In inferioribus vero tribunalibus, Apparitores, ſive nuntii extra ſtationes ſuas nihil exequi poſſunt.

Si forte per arreſtum ex continentiâ cauſæ, aut aliâ reali actione adverſus eum qui alterius juriſdi- 12
ctioni ſubjectus eſt, ſententia lata executioni mandata, aut in bona extra ejuſdem judicis territorium ſita dirigenda aut in jus vocatio facienda ſit requiſito ejuſdem territorii judice, ut per ſuum apparitorem id exequi permittat, fieri ſolet, per literas quas vocant requiſitoriales *arg. l. 15. §. 1. ff. de*

Re judic. Ordonn. op't ſtuk van de Juſtitie in de Steden ende ten platte Landen. *art.* 27. Chriſtin. *ad ll. Mechlin. tit.* 1. *art.* 30. *num.* 4. Imbert. *Inſtit. forenſ. lib.* 1. *cap.* Pecc. *de jure ſiſtendo cap.* 21.

13 Quale ſit Apparitorum in exequendis Hollandiæ Curiæ ſententiis officium docent *Inſtruct. Cur. art.* 173. 174. 175. 176. 177. 179. 180. *& ſeqq.* 286. 287. 288. 289. *&* 294. Vide etiam Merul. *Prax. civil. lib.* 4. *tit.* 93. *cap.* 2. 3. 5. *& tit.* 94. *cap.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *tit.* 96. *cap.* 1. *& tit.* 98. *cap.* 1.

Cap. X.

De Actore & his qui agere poſſunt vel non.

Summaria.

1. *Actor quis & unde dictus.*
2. *Dicitur etiam petitor.*
3. *In duplicibus judiciis quis litigantium actor aut reus ſit.*
4. *Quid moribus, ubi an & quatenus rei quam actoris partes favorabiliores ſint.*
5. *In appellationum cauſis iidem ſunt actores & rei qui in primâ inſtantiâ.*
6. *Petitor, Impetrans, Reus, & Defenſor in quibus & quomodo diſtinguantur.*
7. *Agere poſſunt omnes qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent.*
8. *Legitimam perſonam ſtandi in judicio in civilibus cauſis non habent minores, quod indiſtincte moribus noſtris ſervatur excepta cauſa momentaneæ poſſeſſionis.*
9. *His annumerantur prodigi.*
10. *Mulieres nuptæ.*
11. *Etiam innuptæ jure Saxonico, quod & Gelriæ mores ſequuntur.*
12. *Secus in criminalibus.*
13. *Vetantur etiam judicio experiri, deportati & proſcripti, ſive banniti.*
14. *An & quatenus hæretici & excommunicati.*
15. *Collegiis illicitis jus & juſtitia denegatur.*
16. *Liberi adverſus parentes ſine veniâ agere coram judice non permittuntur.*
17. *An idem ad feudi dominum & Vaſallum extendendum.* Neg.
18. *Infames an & quatenus pro ſe in juditio agere poſſunt.*
19. *Mente capti, muti, ſurdi, &c.*
20. *Invitus nemo ad agendum compellitur, Regula an & quatenus procedat.*
21. *Actoris partes quæ ſint in agendo, & quid ei incumbat.*
22. *Probationis neceſſitas cui incumbat, quando actori, quando reo.*

1 Qui principaliter ipſum judicium ſive proceſſum conſtituunt, ſunt actor & Reus litigantes. Actor eſt is, qui juris experiundi cauſa aliquem in jus vocat. *l.* 13. *ff. de judic. fin. regundor. l.* 14. *in fin. ff. in jus vocan. l.* 51. *ff. de obligat. & act.* ita dictus ab agendo, quod actionem inſtituit, qua ſibi quid dari, aut fieri poſtulat, perſequitur. *pr. Inſtit. de action. §.* 7. *Inſt. de Interdict.*

2 Actores etiam vocantur petitores, & maxime in actionibus realibus, à petendo. *l.* 62. *ff. de judic.*

3 In duplicibus judiciis, veluti familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, uterque actor eſt & reus, quia uterque & agit, & defendit, ſed quoad judicium formandum actor dicitur, qui prius in judicium provocavit. *l.* 3. *& l.* 29. *ff. de judic. l.* 2. *§.* 2. *ff. de commun. divid.* Si ambo ſimul ad judicium provocarint, ſorte dirimendum eſſe volunt, *l.* 14. *ff. de judic. l. ult. Cod. comm. de legat.* Vide Durandi Speculum *lib.* 3. *part.* 1. *tit. de petit. & poſſ. §. ſciendum igitur. num.* 1. *&* 2. propterea quod ſemper favorabiliores putent partes rei, quam actoris, *l.* 38. *ff. de Re judic. l.* 125. *ff. de R. J.* Quæ regula quum ad procedendi modum & judicii ordinem non pertineat, ut in quo utriuſque tam actoris, quam rei par eſt conditio, ita ut nihil plus faveri debeat reo, quam actori, Cyn. *in l.* 23. *Cod. de probat. num.* 9. Matth. Coler. *de proceſ. executiv. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 26. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 22. *num.* 4. *& obſ.* 31. *num.* 12. Sed ad merita tantum cauſæ, ejuſque deductionem, & probationem ſpectet. Ut poſt Modeſtin. Piſtor. *in proceſſ. judiciar. part.* 1. *cap.* 43. *num.* 11. *& DD. ibi allegat.* notat Georg. Schulz. *proceſſ. judic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 12. Quæ in duplicibus, aliiſque judiciis, in quibus, licet alter propter judicii ordinem præcedat, & in eo actoris partes ſuſtineat, uterque tantum & petit, & ſe defendit; tanti momenti non ſunt, & in nullo fere
4 conſiſtunt, quam in commodiori defenſionis prærogativa. Ac propterea moribus, quotieſcun-

que non conſtiterit quiſnam inter litigantes, qui ſimul ad judicium actiones ſuas proponunt, ſit prior, judicis arbitrio, ac diſcretioni committi ſolet, utri litigantium deferre, ac gratificari velit, eoque jure utimur. Quod in foro Saxonico *Landt-R. lib. 1. art. 61. verſ. klagenſie auth Zuglich.* contra Berlich. obſervari probat Georg. Schultz. *de proceſſ. jud. part. 1. cap. 5. num. 4.*

In appellationum cauſis, quoad cauſæ merita iidem ſunt actores, & rei, qui in prima inſtantia, 5
quamvis actoris vices ſuſtineat in judicii ordine, qui prius provocavit, rei, qui latam ſententiam defendit, licet hic in ipſa cauſâ actor ille reus ſit; Qua ratione in prima quidem inſtantiâ petitores vocari ſolent, qui agitant, vulgo, **Eyſſers** / qui conveniuntur defenſores, vulgo, **Verweerders.**

In ſecunda aut ulteriori inſtantiâ, qui provocat ſive appellat, impetrans vocatur, eo quod 6
provocationem à judicis officio impetraverit, adverſus quem provocatus ſimpliciter citatus, ſive conventus dici ſolet, vulgo, **gedaagde**/quamvis alias hæc nomina, ab imperitioribus confundi ſoleant.

Illud tamen notandum, ut ſi appellationum literis, per modum proviſionis clauſula ſuſpenſiva, qua prioris ſententiæ executio ſuſpenditur, addita ſit, nobis, **de clauſule van inhibitie**/eam revocari, aut ſi in arbitros compromiſſum ſit, laudum arbitrale per modum proviſionis executioni mandari debere, contendat is adverſus quem provocatur, non eum qui provocat, ſed eundem citatum quoad judicii ordinem actoris vicem ſuſtinere, primaſque in perorando partes agere.

Agere poſſunt omnes, qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent, neque ſpecialiter 7
prohibentur.

Cod. III. xv. *De his qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent vel non.*

Legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent pupilli & minores xxv. annis. *l. 1. l. 2.* 8
cod. de his qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent vel non. Quæ ſine Tutorum aut Curatorum auctoritate neque agere, neque conveniri poſſunt. *d. l. 1. & 2. l. 15. §. 2. ff. de adminiſtrat. l. 4. ff. de in jus vocando.* Quod quatenus procedat, & an aut quibus caſibus, ſententia pro minore, abſque Tutoris aut Curatoris auctoritate lata ſubſiſtat, per plures limitationes, vide apud Robert. Marant. *Prax. part. 4. diſtinct. num 47. & ſeqq.* Jure Romano quoque excipiuntur momentaneæ poſſeſſionis cauſæ, quas minor abſque Tutoris, vel Curatoris auctoritate exercere poteſt, *l. ult. Cod. qui legitimam perſonam ſtandi in judicio.* propterea quod in morâ modici temporis non ſit magnum damnum. *l. 21. ff. de Judic.* & minima non curet prætor. *l. 4. ff. in integr. reſtit.* Sed quod moribus, quibus indiſtincte minores abſque Tutoribus, aut Curatoribus ſuis nihil agere, neque ulla civilia judicia exercere poſſe, pleriſque locorum ſtatutis, cautum & paſſim receptum eſt, non obtinet. Vid. Grot. *Introd. lib. 1. cap. 8. verſ.* **Deſſiegts pleginge.** Idemque de Galliæ moribus teſtatur Imbert. *Enchirid. Jur. Gall. in verb. Mineur.*

His annumerantur prodigi, quibus à Magiſtratu, vel Curiâ, bonis interdictum eſt. *l. 1. ff. de* 9
curat furioſ.

Prohibentur etiam mulieres nuptæ, quas in maritorum ſuorum poteſtatem, & tutelam 10
tranſire ſuo loco diximus per quos, & adverſus quos omnes litium cauſæ inſtitui, ac peragi debent, quia ſententiæ adverſus ipſas, irrequiſitis earundem maritis, latæ, viribus non ſubſiſtant. Per ea quæ notavimus ſupra *Part. 1. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Quibus adde Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 153. num. 4.* De Gallorum moribus teſtantur Imbert. *Enchirid. Jur. in verb. Auctorité de Curateur.* Mornac. *in l. ult. Cod. de his qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent.*

In foro Saxonico etiam innuptæ, viduæ, & virgines majorennes, in perpetuâ ſunt tutelâ 11
ſuorum Curatorum, ut vel in judicio comparere nequeant: ſed eorundem cauſæ, per Curatorem ad id electum, tam in agendo, quam defendendo expediri ſolent. *Land-Regt lib. 1. art. 45. conſtit. Elect. Saxon. part. 2. conſtit. 15.* ubi Carpzov. & late Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 17.* Quod & in Tranſiſulania, Gelria, viciniſque Provinciis, ubi antiqua Saxonum ſtatuta, in multis pro jure communi obſervantur, in viridi obſervantia eſſe ſcribit, Joann. à Sande *deciſ. Friſic. lib. 2. tit. 4. defin 3.* Vide etiam Rodenburg. *de Jur. conjug. tit. 3. cap. 1.* Quæ quidem in civilibus cauſis ita obtineri intelligenda ſunt; ſecus in criminalibus, in quibus delinquentibus 12
etiam minoribus, & fœminis, ſui juris, & cauſæ diſcuſſio non tantum permiſſa, ſed & neceſſaria eſt. *cap. 5. extr. de except. l. 17. ff. de pœn.* ut latius ſuo loco, vide Argentr. *ad conſuet. Burgund. art. 426. gloſſ. 1.* Joann. Papon. *lib. 7. tit. 1. art. 10. in not.* Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit. 9. art. 9. num. 8.*

Deportati, & proſcripti, ſive banniti quoque judicio experiri vetantur, *cap. urgentis, extra de* 13
Heretic. l. 7. Cod. de bon. proſcript. Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 153. num. 1.* Vant. *de nullit. proceſſ. ex defectu habilitatis, num. 15. & ſeqq.* Andr. Gail *de Pace publica obſ. 12.* Quibus nobis

annu-

annumerantur, qui apud hoſtes degunt, qui, niſi petita prius Generalium Ordinum veniâ, aut eorum, quorum in Provinciis cauſæ ventilandæ ſunt, coram judice agere non permittuntur. *Reſolut. General. Holland. Ord. 2. Octob.* 1590. Dat men den genen die komen uyt vyanden Landen / ook voorſien met behoorlijke paſporten / daar toe dienende / niet en ſal houden gequalificeert / in regten yets in deſen te Landen te mogen eyſſen / by actie reel ofte perſoneel / maar dat men de ſelve à limine judicii ſal repelleren. *& 3. Mart.* 1591. ulterius extenſ. ad eos qui ſub ſalvo conductu ibidem, aut illinc in terris ditionis noſtræ ſe receperint, Dat de ſelve Staten Generael niet en verſtaan / dat men eenige perſoonen / die hen onthouden in vyanden Landen / ten platten Lande onder Sauvegarden van deſe zijde / ofte anderſints / voor eenige Hoven ofte Geregten van de Geunieerde Provincien ſal admitteren / om tegens de Ingeſetenen van deſen Landen te procederen ter ſaake van eenige ſchulden / actien ofte crediten / die ſy aan de ſelve uytſtaande mogen hebben / ſonder daar toe met behoorlijke kenniſſe van ſaken / eerſt verworven te hebben ſpeciaal conſent ende authoriſatie van de Staten voornoemt / ofte de Staten van de Provincien daar onder dat cas ſoude mogen vallen.

14 Hæreticis etiam annumerantur excommunicati, *cap. exceptionem. extr. de Except. & cap. decernimus de ſentent. excommun. in 6.* Gail *lib. 1. obſerv. 9. num. 8.* Sed poſtquam apud nos de religione ſentire cuique quicquid lubet, liceat, & conſcientiarum libertatem, omnibus concedendam eſſe obtinuerit. Ut late Meteren *Hiſtor. Belg. lib. 16.* De qua quæſtione vide Grot. *de Jure Belli, lib. 2. cap. 20. num. 44. & num. 51.* adeo ut propter hæreſin, aut heterodoxiam, nemo perſecutionem patiatur, aut aliquâ moleſtiâ afficiatur. Et receptâ religione Reformatâ ipſa excommunicatio nihil, niſi ſimplex Eccleſiaſtica facta ſit cenſura: Sequitur ut, quemadmodum Hæretici & Sectarii, abrogata toto titulo, *De Hæreticis & Manichæis & Samaritis*, exceptis *Cod. I. v. De Hæreticis & Manichæis & Samaritis.* honoribus, & dignitatibus, apud nos, eodem, quo alii, jure utantur, & his, ut illis, juſtitiæ adminiſtratio deneganda non ſit.

15 Præterquam quod ipſis collegiis, & conventiculis illicitis, quatenus collegii aut ſocietatis nomine quid intendunt, jus & juſtitia denegari ſolet. *arg. l. 15. Cod. de Epiſcop. & Cleric. & tot. tit. ff. de colleg. illicit.* *D. xlvii. xxii. De Collegiis illicitis.* Ut contra Anabaptiſtarum collegium Harlemenſe Suprema Hollandiæ Curia judicavit 27. *Maji* 1627. Referente Jacobo Coren *Rer. Judicat. obſerv. 9.*

16 Et propter reverentiam quam liberi debent parentibus ſuis, non aliter eos in jus vocare permittuntur, quam impetratâ prius veniâ à prætore, ſive judice, coram quo diſceptatio inſtituenda eſt. *l. 4. §. 1. l. 15. ff. de in Jus vocando. l. 3. Cod. eod.* Quod quamvis hodie minus neceſſarium putent, per ea, quæ tradunt Anton. Fab. *ad Cod. tit. de in Jus vocando.* & Briſ. *ad l. 2. ff. de eod. num. 8.* apud nos tamen non modo in ſuperioribus, ſed in quibuſvis inferioribus tribunalibus, ſervari conſtat. Vide Merul. *Prax. civil. lib. 4. tit. 24. cap. 12. num. 3.* Gudelin. *de jure noviſſimo lib. 4. cap. 5. in pr.* Zyp. *Notit. jur. Belg. de in jus vocando verſ. quamvis.* Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 154. num. 8. 9.* Quod & de Galliæ moribus teſtatur Rebuff. *ad conſtit. Reg. in proœm. Gloſſ. 5. num. 47.*

17 Quod & ad Dominum feudi extendunt Weſenbecius, *ad d. tit. ff. in jus vocando num. 6. 7.* & DD. communiter, quos ſequitur W. van Alphen, in formulario ſuo, *Papegay, pag. mihi* 22. Sed quod magis ſervitutem perſonalē ſpectare videtur, qua olim vaſallus domino, quam hodiernis moribus adſtrictior erat, & ab adoptivis & libertis quorum jure non utimur, tranſlatum fuiſſe videtur: adeoq; eo extendi apud nos non poſſe, ut recte notat Guilielmi Grot. *Iſagog. ad prax. for. Batav. lib. 2. cap. 2. num. 6.* poſt Everhard, *in locis legalib. à libert. ad Vaſall. num. 15.* & Hug. Grot. *intred. l. 2. c. 41. in fin.*

Reliqui omnes ſive patres ſive filiifamilias ſint, quum ſervorum conditio apud nos incognita ſit, agere non vetantur.

18 Utrum autem infames agere & judicio experiri poſſint? Ita videtur. Quod enim infames propterea quod poſtulare prohibentur, ita nec judicio agere aut perſequi, quod ſibi debetur poſſe, quidam putant *arg. l. 5. Cod. de poſtul. & ibi DD.* ad actionem tantum famoſam, contra vitæ emendatioris hominem reſtringendum eſt. *l. 11. ff. de dolo malo.* Quomodo etiam intelligendi ſunt textus juris Canonici, *cap. conſtituimus 3. quæſt. 5. & cap. pen. 3. quæſt. 4.* qui de accuſatione agunt, quā infamibus non cōpetere certum eſt. *l. 4. l. 8. l. 9. ff. de Accuſat.* adeo ut tam de jure Canonico quam Civili dicendum ſit infames pro ſe agere poſſe, *arg. l. 1. §. 2. ff. de poſtulando cap. infames. 3. quæſt. 7. verſ. his perſonis.*

19 Et quod mente capti, muti, & ſurdi, in judicio agere non poſſunt, ipſa natura impedimento eſt, quum ratione alter, alter externo ſenſu deſtituatur, quo intelligat, aut percipiat, quæ in judicio expedienda occurrunt.

Cod. VIII. VII. *Ut nemo invitus agere vel accuſare cogatur.*

Invitus nemo ad agendum cogi poteſt. *tot. tit. Cod. ut nemo invitus ager. vel accuſ. cogat.* niſi 20
quis officii ratione ad id compellatus, veluti ſunt, tutores, & curatores minorum, qui niſi eorundem actione debite perſequantur, pro damnis & intereſſe tenentur. *l. 18. l. 24. Cod. de adminiſtrat. tutor. l. 2. Cod. arbitr. tutel.*

Fallit etiam ſi quis, de jure vel facto aliquo, propter quod contra eum acturum prætendit, calumnioſe divulgat, & diffamat. Quo caſu diffamatus diffamatorem in jus vocare poteſt. *ex l. diffamari Cod. de ingenuu manumiſſ.* ut actionem, ſi quam habere putet, intra certum terminum inſtituat ſub pœnâ perpetui ſilentii, cujus uſus in praxi magnus eſt. Quum enim diffamare ſit ad judicium provocare, *d. l. diffamari Cod. de ingen. manumiſſ.* is qui alium diffamat tacite ſe ad agendum adſtringere videtur. Cujus praxin vid. apud Merul. *Prax. civ. lib. 4. tit. 2. cap. 21.* Formularium Wilhelmi van Alphen, *vulgo Papegay, pag. mihi 83. & ſeqq.*

Plures exceptiones vide apud eundem Merul. *lib. 1. tit. 8. cap. 1. num. 9.* Mynſinger. *centur. 3. obſ. 78. & cent. 5. obſ. 8. cent. 6. obſ. 80. & 69.* Andr. Gail *lib. 1. obſ. 9. num. 4.*

Actoris partes ſunt, ut priuſquam ad agendum procedat, de jure ſuo diligenter inquirat, & 21
facti ſpeciem recte expendat, *l. 42. ff. de R. J.* quomodo intentionem ſuam probet, quum Actore non probante Reus veniat abſolvendus. *l. 23. Cod. de probat. l. 21. ff. eod.* etiamſi nihil ipſe contra præſtiterit. *l. 4. Cod. de edendo.* aut injuſte poſſideat. *l. fin. Cod. de rei vindicat.*

Sed quæ regula non tam ad actorem, aut eum qui prius in judicio experitur, pertinet, quum ad 22
eum, qui aliquid dicit, in quo fundat ſuam intentionem, ſive is ſit actor, ſive reus, *l. 2. ff. de probat.* ſive affirmet ſive neget. Quod enim dicitur in *l. 23. Cod. de probat.* factum negantis, per rerum naturam probationem nullam eſſe, de abſolutâ negatione intelligendum eſt, non de ea quæ implicitam habet affirmationem, veluti ſi debitor, ab actore conventus, ſe debere neget, propterea quod ſolverit quod petitur, eo caſu petitori eidemque actori nulla debiti probatio incumbit, quam licet negando intendit, probare tenetur. *l. 1. Cod. de probat.* & ſic de cæteria, *arg. l. 5. l. 8. & ſimilib. ff. de probat.* Quando actori, & quando reo probatio incumbat, quando utriſque vid. Merul. *prax. lib. 4. tit. 59. cap. 1. num. 5. & ſeqq.*

CAP. XI.

De Reo Convento, & his qui pro ſe, aut pro aliis, conveniri poſſunt, ubi de Repræſaliis.

SUMMARIA.

1. *Reus quis.*
2. *Qui & quando conveniri poſſunt remiſſive.*
3. *An & in quibus reus ab actore priuſquam in jus vocetur, ut ſolvat quod petitur moneri debet.*
4. *Ante diem aut conditionis eventum an & quando Reus conveniri poſſit.*
5. *Alius pro alterius debito conveniri non poteſt.*
6. *Fallit in marito & uxore.*
7. *An & quatenus alter conjugum pro alterius debitis teneatur moribus, & quid de mulctis, & confiſcatione bonorum.*
8. *Pater, pro filio, aut filius pro patre an & quatenus conveniri poſſunt.*
9. *Fallit, etiam in Tutoribus, & Curatoribus minorum, item in heredibus & bonorum ſucceſſoribus.*
10. *Alius etiam pro alio cujus rem poſſidet, aut detinet, per arreſtum conveniri poteſt.*
11. *Cives ſinguli an & quatenus, pro civitatis ſive univerſitatis debito conveniri poſſint, & reſpondere teneantur.*
12. *Pro erogandis tributis provincialibus ſingulorum perſona, & bona in ſolidum apud nos exequi poſſunt.*
13. *Pignorationes ſive arreſta publica, vulgo Repraſalia quid, an & quando locum habeant.*
14. *Earundem origo ex Jure gentium probatur.*
15. *Variæ variorum earundem denominationes.*
16. *Ne quis privatâ auctoritate hoc jure utatur prohibitum.*
17. *Repraſalium jura inter majora Regalia relata quæ Princeps ſoli ſibi vindicat.*
18. *Theodorici Gothi Romanorum Regis de pignorationibus ſeu Repraſaliis conſtitutio.*
19. *Regis Ferdinandi de non faciendis Repraſaliis in regno Neapolitano conſtitutio.*
20. *Idem in Gallia & Germania obtinet.*
21. *Frederici II. Imperatoris reſcriptum.*
22. *An Imperii Principes, Archiduces, Duces, Marchiones, & in territorio ſuo vi juriſdictionis territorialis Repraſalias concedere irrequiſito Imperatore poſſunt?* Affirm.
23. *Idem dicendum de Italiæ Principibus & quibuſvis liberis Civitatibus & rebus publicis.*

24. Re

24. *Repraſalium requiſita quæ ſint.*
25. *Frederici Barbaroſſæ formula antiqua.*
26. *Brabantiæ & Flandriæ Comitatus Fœdern anni* 1339. *circa Repraſalias conveniens placitum.*
27. *Idem inter Henricum VII. Angliæ Regem, & Philippum Archiducem Auſtriæ tractatum anno* 1495.
28. *Indiciarum & Pacis inter Hiſpaniæ Regem, & Belgiæ Confœderatos circa eas cautio anni* 1609. & 1648.
29. *Noviſſima inter eoſdem & Angliæ Protectorem earundem modificatio anni* 1654.
30. *Quibus, & adverſus quos concedi debeant.*
31. *De Repraſaliarum materia ejuſque praxi remiſſive.*

1 REus eſt is, qui in jus vocatur, & cum quo in judicio agitur, *§. 3. Inſtit. de perpet. & temporal. act. l. 3. ff. de probat. l. 5. & ſeq. Cod. de edendo.* ita dictus à re, quæ ab ipſa petitur. *cap. forus* 10. *verſ. Reus. extr. de V. S.* Vid. Merul. *Prax. Civil. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 2. Dicitur conventus à conveniendo, nobis **Gedaagde**.

2 Qui & quando conveniri poſſunt, ex iis quæ de actore dicta ſunt, ſatis liquere poteſt, quum qui agere non poſſunt, propterea quod legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent, iidem nec conveniri poſſunt, propter eandem cauſam: veluti ſunt, Minores, Prodigi, mente capti, muti, ſurdi, mulieres nuptæ, hæretici, deportati, banniti &c. De quibus eadem in reo quam in actore, in judicio experiundi prohibitio eſt, quæ ad utroſque pertinet.

3 Ita nec invitus, in jus vocari poteſt reus, qui quod actor intendit, ſatisfacere paratus eſt, ac proinde, actor, priuſquam ad agendum procedat, debitorem amice admonere debet, ut ſatisfaciat, quin, hoc ſi fuerit omiſſum, atque reus die ſerviente, coram judice declaret, ſe petitori, quod intendit, ſatisfacere paratum ſemper fuiſſe, eique etiamnum quod debetur ſe offerre, atque repræſentare dicat, actor non tantum expenſas in citatione repoſcere nequit, ſed & eas quas conventus, ut compareat impendit, refundere tenetur. *capit. novit. extr. de judic. arg. l.* 7. *ff. de Procurat. l.* 13. *ff. de ſerv. Urban. præd. verb. Qua de re cum Hivero loquatu l.* 40. *ff. de pignorat. act. l.* 38. *ff. minorib. junct. l.* 32. *ff. de uſur. l.* 23. *in fin. l.* 123. *§.* 3. *ff. de verb. obligat.* Quod tamen reſtringendum ad ea debita, quæ ſine certo die debentur, aut propter quæ ipſe creditor, ad debitoris damnum accedere debet, in quibus ex generali regula, denunciatio ſeu interpellatio extrajudicialis requiritur, ut debitor in mora ſolvendi conſtituatur. *d. l.* 123. *§.* 3. *ff. de V. O. l.* 24. *ff. Quando dies legator.* Secus quando dies certus ad ſolutionem conſtitutus, pro homine interpellat, aut debitor quod debet creditor, ipſe offerre tenetur. *l.* 12. *Cod. de contrab. & commit. ſtipul. l.* 2. *Cod de Jur. Emphyteut.* Quod quomodo diſtinguendum ſit, vid. ſupra *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 14. *& ſeqq.*

4 Neque ante diem aut conventionis eventum quis conveniri poteſt, pro eo quod, in diem, aut ſub conditione, debet. *l.* 213. *de V. S. l. unic. Cod. ut act. ab hered. l.* 7. *ff. de compenſat.* Sed actor qui tale quid intendit, à judicii limine repellitur, aut, exceptione interpoſitâ, cauſa cadit, per *Gloſſ. ad l.* 40. *Cod. de tranſact.* & Bart. *ad l.* 40. *ff. Si cert. pet.* Niſi in bonæ fidei judiciis, ad interponendam cautionem, agat. *l.* 41. *ff. de judic.* aut debitor de fuga ſuſpectus ſit, aliudve periculum in morâ ſit. *l.* 14. *ff. de pignorib.* & ibi Bart. Bald. Coſtal. quibus caſibus licet dies præſtandæ pecuniæ nondum venerit, ex juſta cauſa condemnatio fiet. *d. l.* 41. *ff. de judic.* Vid. Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 4. *num.* 6. Moſſ. *de contract. rubr. de pignorib. verſ. qua actio. num.* 12, 13. Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 87. Caccialup. *in tract. de debitore ſuſpecto.*

5 Pro alterius debito alius conveniri non poteſt. *l.* 3. *in fin. Cod. ne uxor pro marito. & l. unic. Cod. ut act. ab hered.*

6 Ita ut nec in viri & mulieris individua vitæ conſuetudine, & conjunctione, alter pro alterius contractu aut debito, conveniri potuerit, jure Romano *l.* 1. *Cod. ne uxor pro marito, junct. l. final. Cod. eod.* Cod. iv. xii. Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore.

7 Quod moribus tamen mutatum eſt, quibus uxor ejuſve heredes communis omnium bonorum ſocietatis ratione, pro portione dimidiâ, non tantum ex contractu, ſed etiam ex prodigalitate mariti, tenetur, per ea quæ tractant Grot. *Introd. lib.* 1. *part.* 5. *num.* 35. Neoſtad. *de pact. antenupt. obſerv.* 9. *in not.* Gomeſ. *ad l. Tauri.* 53. *num.* 73. Pecc. *de Teſtam. conjug. lib.* 2. *cap.* 6. *in fin.* Joann. à Sande *lib.* 2. *tit.* 5. *defin.* 8. *num.* 12. & quæ notavimus ſupra *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 20. *& ſeq.* Quod etiam extenditur ad mulctam pecuniariam, qua maritus, ex civili cauſa condemnatur. Lambert. Goris *de Societat. conjugali cap.* 4. *num.* 12. Joann. Papon. *lib.* 5. *tit.* 2. *Arr.* 3. exceptis ſolum iis, quæ ex delictis gravioribus irrogantur; veluti ſi ob adulterium, & homicidium culpoſum, maritus in pecuniariam mulctam incidat, *arg. l.* 3. *Cod. ne uxor pro marito.* Joann. à Sande *dict. defin.* 3. Papon. *d. tit.* 2. *arr.* 12. Goris *d. loco, num.* 8.

num. 8. Herbaj. *rer. quotid. cap.* 13. §. 15. aut ſi omnes mariti bona, propter aliquod delictum conſiſcentur, quo caſu dimidia bonorum uxoris ſalva manet, prout de noſtris & aliorum moribus teſtantur Gomez. *ad l. Tauri.* 77. *num.* 1. Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. Rubr.* 2. §. 2. Andr. Gail *lib.* 2. *obſ.* 86. *num.* 14. Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit.* 9. *art.* 2. *num.* 12. Coſtuim. van Antwerpen *tit.* 16. *art.* 1. Hand-veſt van Zuid-Holl. *pag. mihi* 531. *art.* 7. Grot. *Introd. lib.* 1. *cap.* 5. *verſ.* **Wt kragt** *in fin.* Sed & excluſâ omni bonorum lucri & damni communione, pro dimidia parte uxor conveniri poterit, ad ſolvenda ea quæ ad familiæ ſuſtentationem ſunt converſa, reſervatâ ei ſolum reſtituariâ actione, adverſus mariti heredes ſi qui ſunt, *arg. l.* 13. *l.* 25. *ff. ad Senatuſconſult. Vellejan. & l.* 78. §. 2. *ff de jur. dot. & l.* 33. *ff. eod.* prout ab Hollandiæ Curiâ judicatum 6. *Novemb.* 1603. **In de ſaake van Cornelis Jacobs Laken-koper**/ *cum ſociis, contra Mariam Diert. &* 26. *Martii* 1607. **In der ſaake van de Gravinne van Zolms tegens verſcheyde Crediteuren.**

Similique modo maritus, qui pro debito ab uxore contracto neutiquam tenetur, propterea quod illa ſub omnimoda ſit tutela, poteſtate ac jure mariti, ita ut neque maritum, neque ſe ipſam aliquo modo obligare poſſit, vid. Grot. *Introd. lib.* 1. *cap.* 5. *verſ.* **hier jegens.** & quæ hac de re ſuo loco: ad ea tamen tenetur, quæ ad familiæ ſuſtentationem pertinent, & in ejus utilitatem converſa ſunt, *arg. l.* 4. §. 4. *ff. de doli except. l.* 14. *in fin. ff. de ſolut. junct.* §. *fin. Inſt. quibus alien. licet, vel non.* vid. Neoſtad. *de pact. antenupt. deciſ.* 9. *in not. ſub fin.* Grot. *Introd. d. loco ſub fin.*

Cod. iv. xiii. *Ne filius pro patre.*

Ex eadem regulâ nec filius pro patre, aut pater pro filio conveniri poteſt *l.* 1. *& tot. tit. Cod. ne filius pro patre.* Niſi quod pater filii partum quantumvis ſpurium eatenus agnoſcere cogatur, ut alimenta ei præſtet ſi aliunde non habeat, & pro eo conveniri poſſit. *tot. tit. ff. de agnoſc. & alend. liber.* Surd. *de aliment. lib.* 1. *tit.* 12. Tulden. *ad Cod. ne filius pro patre.* Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 4. *tit.* 9. *defin.* 3. Vid. tamen Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 17. *in fin.* 8

Ex delicto filii, pater non tenetur *d. tit. Cod. ne filius pro patre,* quia unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur. *l.* 26. *ff. de pœn.* Sunt tamen quædam locorum ſtatuta quibus parentes pro liberorum minorennium inſolentiis, in viis publicis, aut alibi commiſſis, civili & pecuniariâ mulctâ plectuntur, ad quæ reſpexiſſe videtur Grot. *Introd. lib.* 3. *cap.* 1. **Ouders en werden niet verbonden/ dan in ſaaken daar van ſulks by keuren uytdrukkelyk is belaſt.**

Fallit etiam hæc regula, in Tutoribus & Curatoribus minorum, qui pro iis conveniri poſſunt eorumque cauſas defendere debent. *l.* 2. *Cod. de his qui legitimam perſonam ſtandi. & l.* 28. *Cod. de adminiſtrat. tut.* Item in heredibus & bonorum ſucceſſoribus, qui in omne jus defuncti ſuccedunt, & à creditoribus hereditariis, exceptis criminalibus actionibus conveniri poſſunt. *l.* 8. *ff. de acq. vel amitt. hered.* ut latius ſupra *lib.* 3. *cap.* 1. Qui ſi plures ſunt, omnes pro portionibus hereditariis tenentur. *l.* 2. *Cod. de heredit. act. l.* 9. *Cod. famil. erciſcund.* niſi obligatio diviſionem haud recipiat, quo caſu quiſque eorum in ſolidum tenetur, *l.* 2. §. 2. *ff. de V. O.* 9

Deinde pro alio conveniri quodammodo poteſt quis, à creditore ejus cujus rem poſſidet, aut retinet, pro juris & debiti, quod in eam rem intendit, perſecutione, vulgo *Arreſtum*, qui rei alienæ poſſeſſor aut detentor, una cum ipſo rei domino, citari conveniríque ſolet, ut ejuſdem rei vindicationi aut executioni ſe opponat, ſi velit. De quo vide Pecc. *de Jur. ſiſtend. cap.* 4. *num.* 11. 10

Ita & ſinguli Cives pro Civitatis debito, conveniri poſſunt, atque reſpondere tenentur, 11 quoties Civitas aut univerſitas per Directores & Adminiſtratores ſuos, ſpeciali mandato ſe, ac ſuos, ſuaque ſuorumque bona ſolenniter atque in ſolidum obligaverit. *l.* 4. *in fin. princip. ff. de re judicat. & ibi DD.* §. 6. *Inſtit. de Jure Nat. Gent. & Civ. junct. l.* 1. *ff. de conſtit. princip.* §. 4. *Inſtit. de inutilib. ſtipul. l.* 2. *Cod. de obligat. & act.* aut à Civitatis, aut Univerſitatis Directoribus quid geſtum, in civitatis, aut univerſitatis commodum converſum eſt. *l.* 27. *ff. de reb. credit. junct. l. unic. Cod. Ut nullus ex vican. pro alienis vican. debit.*

D. iii. iv. *Quod cujuſque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur.*

Dico *ſe ac ſuos, ſuaque ſuorumque bona ſolenniter obligaverit*] Quia alias quidem quod in publico ærario conſervatur, pro communi debito exigi poteſt, ſingulorum vero bona obligata non ſunt, nam quod univerſitas debet, ſinguli ſeorſim non debent. *l.* 7. *ff. quod cujuſque univerſitat. nomine.* Vide Matth. Coler. *de Proceſſ. executiv. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 371. & Hartmann. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 6. Si tamen univerſitas quid debeat, neque bona habeat unde perſolvat, ſinguli tenentur, non ut ſinguli, ſed qua pars ſunt univerſorum. Ita diſtinguit Grot. *de Jure Belli, lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. Soletque eo caſu quo civitas, aut municipium aliquod debitum pro communi ſocietate contraxit, & in utilitatem civitatis, municipii, aut univerſitatis converſum eſt, quod ex communi ærario perſolvi non poteſt, ſuperioris poteſtatis conſenſu, publi-

blicum collectum indici, quo ſinguli, ſecundum cujuſque qualitatem pro ratâ debiti portione taxentur. *arg. l. 4. ff. decret. ab ordin. fac. & l. 8. ff quod cujuſque univerſitat. nomin.* Vide Andr. Gail. *lib. 2. de pace publ. cap.* 9. Guid. Papæ *deciſ. 631. num. 5. & ſeq.* Roſenthal *de feudis, cap. 5. num. 74. num. 6. & concluſ. 75. num. 1.*

Dico *in ſolidum*] Quia alias ſinguli pro ſuâ tantum parte tenentur. *l. 11. ff. de duobus reis.* ut recte animadvertit Hartmann. Piſtor. *d. quæſt. 37. num. 6. & num.* 18. contra Pecc. *De jure ſiſtendi cap. 4. num.* 17. Ubi plus nimio Bartoli & ſequacium auctoritati fidens, *arg. l. 20. §. 1. ff de pignor. act.* indiſtincte concludit, ſingulos in ſolidum, & pro univerſo debito teneri. Quod tamen ex eodem textu minime procedit, ut qui non loquitur de debitore, ſed creditore, caſu, quo res pluribus ſimul pignori data, æqualem omnium creditorum facit cauſam, unde contrarium ex eodem textu evinci magis poſſe, rectius argumentatur Hartmann. Piſtor. *d. quæſt. 37. num.* 21. Vide etiam Matth. Coler. *de Proceſſib. executiv. part. 2. cap. 3. num.* 381. & Berlich. *part. 1. concluſ. 76.*

Illud utique pro Civitatis, Municipii, aut Univerſitatis debitis obſervandum eſt, ut non aliter Univerſitatis nomine debitum contrahatur, quam ſi ejuſdem Civitatis, Municipii aut Univerſitatis Rectores, & Adminiſtratores ad debita Univerſitatis nomine contrahenda ſpeciali mandato fuerint conſtituti, aut pecunia in Univerſitatis utilitatem fuerit converſa, *l. 27. ff. de Reb. cred.* Vide Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 12. & ſeq.* Menoch. *de Arbitr. Jud. lib. 2. caſ. 432. num 27. 32.* Berlich. *practic. concluſ. 76. num. 17. & ſeq.* & recte diſtinguit Andr. Gail *tract. de Arreſt. Imperii cap. 9. num.* 5.

12 Cæterum, pro erogandis apud nos tributis Provincialibus, vulgo **Gemeen-Lands middelen/** Civitatibus, Oppidis, Municipiis, atque Pagis in univerſum impoſitis, tam adverſus ſingulorum civium, & municipium perſonas, atque bona in ſolidum, quam in ipſa Univerſitatum bona executionem dari præcipiunt *Literæ executoriales*, *Anni* 1588. his verbis: **Procederende tegens de onwillige betaalders / ende die genen die heur penningen ter geſetter tyd ende plaatſe niet en furneren / met gerede ende dadelijke executie / tegens de voornoemde Steden / Dorpen / ende Communiteyten by aanhoudinge ſoo wel van de perſonen ende goeden / actien ende crediten van de Poorteren / Burgeren / Inwoonderen ofte lidmaten van dien / als by verkoopinge der goeden / actien ofte crediten / van den lighamen der voornoemde Steden / Dorpen / Communiteyten / Inwoonderen / ende lidmaten eenighſins toekomende / waar ende tot wat plaatſe de ſelve binnen Hollandt te Water ende te Landen op alle Stroomen ende Rivieren / ook op de gemeene Zee bevonden ende agterhaalt mogen werden / etc.**

13 Hiſce communiter addunt pignorationes, ſive arreſta publica, quas *repreſſalias* vocant, quibus unius univerſitatis, aut ſocietatis, regni aut provinciæ ſubditi, eorumve bona, alterius univerſitatis ſocietati, regni aut provinciæ mandato aut conſenſu, ab eorundem ſubditis in ſolutum capiuntur, pro eo, aut quod ipſa univerſitas debet per ſe, aut quod pro concivium ſuorum debito, jus non reddendo, ſe obſtrinxerit.

14 Quorum quidem origo, non ex nova aliqua inducta conſuetudine, ſed ex ipſo jure gentium, quod uſu exigente, & humanis neceſſitatibus conſtitutum ait Juſtinianus *§. 2. Inſt. de Jur. nat. & gent.* introductum eſt; induxit enim hoc ipſa neceſſitas, ut quum Imperantium bona, non tam facile in privatorum manus venire poſſunt, quam privatorum ſingulorum, neque his in illos ſit tanta injuriarum licentia, ut potentior, quod ſibi ſuiſque fieri velit, externo ſuppreſſiori negare poſſit, pro eo quod civilis aliqua ſocietas, aut ejus membrum, pro quo juſtitiam denegando ſe obſtrinxerit, omnes & ſinguli iſtius ſocietatis, eorumque bona omnia teneantur. Neque hoc ita juſtitiæ, aut naturali æquitati repugnat, ut non ſinguli teneantur, pro eo quod omnes debent, & ſe ſuoſque, ſuorumque omnia tacito quaſi conſenſu, ea in magiſtratum poteſtate collata, obligaverint, haud aliter quam fidejuſſores, ſine ullâ causâ ex ſolo conſenſu in ſolidum obligentur. Neque damnum exinde ullum aut incommodum obveniat, quin pro indemnitate reliqui teneantur, & qui nunc pro eo gravari videtur, alio tempore ab alio ſublevari poſſit.

15 Huc pertinet antiquiſſima illa publicæ executionis ſpecies, à Dracone in Republica Athenienſium inſtituta, quam *ἀνδροληψίαν* vocant, ita dicta quaſi hominum comprehenſio, qua ſi vir Athenienſis extra Atticam interfectus eſſet, & illi qui in ea urbe habitabant, in qua facinus hoc factum fuerat, non dediſſent illum, qui in culpa eſſe videbatur, per legem permittebatur, tres illius urbis cives Athenas deducere, cædis judicium ſubituros, cauſam dicturos, & pœnas daturos. Ita Suidas *in verbo ἀνδροληψία*, ex Demoſth. *in Orat. contra Ariſtocratem.* Vid. etiam Grot. *de Jure Belli, lib. 3. cap. 2. num. 3.*

Quod jus deinde creditori concedi cœpit, hoc ἐνεχυρασμὸν, oppignorationem, vocat Juſtinian. *Novell.* 52. Quo ſenſu, *clarigationis* verbo Livius utitur, *lib.* 8. *Hiſtor.* quod rei raptæ clare repetitum exponit Turnebus *Adverſar. lib.* 21. *cap.* 1. Belgæ vocant **Brieven van Marcque**/ Galli, *du Droict de Marque*, à limite, ſive fine territorii, quem Germani **Marcq** vocant, quod in finibus, ſeu limitibus potiſſimum exerceantur: Saxones, & Angli vocant *Withernamium*, à Germanico verbo **Wiedernehmen**/ Itali vocant *Ripreſaglia*, Hiſpani *Repreſſala.*

Cod. xi. xvi. *Ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur.*

Hoc jure, ne quis privatâ auctoritate uteretur, interdictum erat. *l. unic. Cod. ut nullus ex vican. pro alienis vicaneorum debitis teneatur. l.* 2. *Cod. de execut. & exact. Novell.* 52. & ab hoc immunes ſunt Studioſi, atque omnium artium & facultatum Profeſſores, eorumque nuncii, *auth. habita. Cod. ne filius pro patre.* 16

Violentus itaque hic eſt procedendi modus & quaſi arreſtum publicum. Ac proinde nec exercere cuilibet liberum eſt, ſed id concedere debet, ac poteſt, qui ſupremam in republicâ habet poteſtatem. *l.* 17. *Cod. de Re Milit. l.* 5. *Cod. de Agent. in reb. & l. unic. ut nullus ex vican. pro alienis vican. debitis teneatur.* & legis Juliæ Majeſtatis tenetur, qui contra fecerit. *l.* 3. *ff. ad l. Jul. Majeſtat.* Quare & illud inter majora Regalia relatum eſt, quod Princeps ſoli ſibi vindicat.

Quo pertinet primo Theodorici Gothi, Romanorum Regis, conſtitutio circa annum Chriſti D. 17
in Occidente lata, qua cuique privato pignorationes, & Repreſſalia interdicuntur his verbis:

DE PIGNORATIONIBUS SEU REPRESSALIIS
THEODORICUS REX JOANNI V. S. CONSULI CAMPANIÆ.

Fœdum eſt inter jura publica privatis odiis licentiam dare: nec ad arbitrium proprium judicandus 18
eſt inconſultus fervor animorum. Iniquum quippe nimis eſt quod delectat iratum. Furentes juſta non ſentiunt: quia dum commoti animo in vindictam ſæviunt, rerum temperantiam non requirunt. Hinc eſt quod legum reperta eſt ſacra reverentia: ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu. Quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtabit, ſi per vim litigia terminentur? Provincialium igitur Campania, atque Samnii ſuggeſtione comperimus, nonnullos neglecta temporum diſciplina, ad pignorandi ſe ſtudia tranſtuliſſe, & quaſi edicto miſſo, per vulgus licentiam creviſſe vitiorum. His multa acerbiora jungentes, alienis debitis ad ſolutionem alios trahi ſolamque cauſam probabilem videri, ſi aliqua debitor potuit in civitate conjungi. O iniquum perſuaſionis errorem! Dividuntur cauſa germanis, filius obligationibus paternis, ſi non ſit heres, exuitur: Uxor maritalibus debitis, niſi per ſucceſſionis vincula non tenetur, & audacia ad ſolutionem trahit extraneos, cum abſolvant jura conjunctos, hoc hactenus fieri, noſtri ignorantia fortaſſe pertulerit. Nunc neceſſe eſt, remedium de legibus habeat, quod noſtram potuit intrare notitiam. Proinde edictalis programmatis tenore comperto, Spectabilitas veſtra faciat ad notitiam pervenire, ut quiſquis quod repetere debuiſſet, pignorandi ſtudio fortaſſis invaſerit, voce juris amittat, nec liceat cuiquam ſua ſponte, niſi obligatum forſitan pignus auferre. Si vero alterum pro altero, quod nefas dictu eſt, pignorare maluerit, in duplum cui vim fecit, direpta reſtituat: quia ſcelera damna plus cohibent, & ſola detrimenta cogitant, qui pudoris fecere jacturam. Quem vero ab hac redimitione fœdum patrocinium tenuitatis excuſat, pro admiſſi qualitate facinoris in eum fuſtuario ſupplicio vindicetur. Non enim patimur impunitum, quod nolumus eſſe permiſſum.

Unde & in pragmaticis regni Neapolitani extat conſtitutio Regis Ferdinandi de non fa- 19
ciendis Repreſſaliis, ſed allegando jure ſuo in Imperiali curiâ, quæ jus repreſſaliarum concedendarum ſibi ſoli vindicat, & ſine ſpeciali mandato ſuo fieri omnino prohibet: conſtitutionis tenor hic eſt:

FERDINANDUS &c. *Ad audientiam noſtram exclamoſa multorum inſinuatio pervenit, quod nonnulli ex officialibus, Baronibus & univerſitatibus regni hujus noſtri alios pro aliis capientes, vel exigentes res, ac bona arreſtantes, preſſalias facientes, & repreſſalias, ſub prætextu, quod univerſitas & populus, aut Baro neglexerit, ſeu denegaverit juſtitiam facere requiſitus, quocirca nos animadvertentes aliquid hujuſmodi pignorationis, & hominum ac bonorum captiones, quas vulgaris locutio repreſſalias vocat, in quibus alius pro alio prægravatur, tanquam graves leges, & æquitati naturali contrarias, civili etiam conſtitutione prohibitas: cum ſcriptum ſit filium non portare iniquitatem patris, ſed quod anima quæ peccaverit ipſa morietur. Maxime*

autem

autem temporibus noſtris, quibus pacis cultus, qui à juſtitia abeſſe non poteſt, per univerſas & ſingulas regni noſtri partes obſervatur, & ad nos noſtroſque locum-tenentes recurſus habetur, & ad vicarios noſtros quoque. Volenteſque his gravaminibus opportune providere, & quia juſtitia ſine acceptione miniſtratur, præſenti hoc edicto perpetuo, & inviolabiliter valituro, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ex certa noſtra ſcientia, noſtrique ſacri conſilii deliberatione præeunte: Statuimus, decernimus, & ſancimus, nemini licere ſua auctoritate jus ſibi dicere, nec repreſſalias facere, contra quaſcunque perſonas, ſeu bona ipſarum quæcunque, aut alium pro alio pignorare, capere, exigere vel gravare, prætextu quod univerſitas, populus, aut Baro juſtitiam neglexiſſe, diſtuliſſe, vel denegaſſe dicatur, ſeu cauſa alia quacunque vel conſuetudine: ſed ad juſticiarios provinciarum Vice-Reges, magnam curiam, Vicaria ſacrum noſtrum conſilium, & ad noſtra Majeſtatis culmen recurrant, & recurſus pro juſtitia habeatur. Qui autem contra fecerit, dixerit, tentaverit, aut venerit, medietatis ſuorum bonorum omnium publicatione damnetur, & aliâ graviori pœnâ, noſtro arbitrio reſervatâ mulctetur.

20 In Galliâ etiam Carolum VIII. repreſſaliarum conceſſionem ad jura majeſtatis revocaſſe, ſibique ſoli vindicaſſe, quam ante cum Præfectis Provinciarum & ſummæ curiæ regni communem habebat, teſtatur Choppin. *de Doman. Franciæ in pr.* Bodin. *de Republ. lib. 8. cap. ult.* Guid. Pap. *deciſ. 33. in fin.*

21 Idemque in Imperio Germanico obtinere teſtantur Reinking *de regimine ſeculari & Eccleſiaſtic. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. num. 126.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 12. num. 5.* Gail *de Pignor. cap. 1. num. 5. & cap. 2. num. 2. & 3.* Coler. *de Proceſſib. executiv. part. 1. cap. 2. num. 269. & num. 280.* De quo extat reſcriptum Frederici II. Imperatoris circa annum MCC. datum ſub titulo: *De non faciendis repreſſaliis, ſed allegando jure ſuo in Imperiali curia ſi quod habetur:* cujus tenor erat talis:

Lecta nuper in auditorio communis Tudertinorum noſtrorum fidelium ſupplex petitio continebat: Quod cum juvenis quidam nomine A. ad civitatem accederet, & ibidem aliquamdiu moraretur: quidam, quorum nomina ignorare ſe dicunt, principales ſe tuos nuncios aſſerentes præfatum A. propoſuerunt quandam ſummam pecuniæ, & res alias ſibi furtive ſurreptas, ſecum clandeſtine aſportaſſe, ſuper quo pro parte ſua juſtitiam ſibi fieri poſtularunt. Quod cum communi prædicto ex nunciorum ipſorum propoſitione noteſceret, cauſam ipſam volentes dare, diffugio in eorum nunciorum conſpectibus præſentato, quam Juris ordo depoſceret, eis pro parte tua facere juſtitiam obtulerunt: nec patientes quod per eorum incuriam, vel per ejuſdem malitiam negotium ipſum ulterius differatur, ſibi firmiter & expreſſe mandarunt, ut iiſdem tuis nunciis ſociatus, de terra prædicta diſcederet ad te cum rebus ablatis omnibus rediturus. Qui dum ad te ſub nunciorum tuorum cuſtodia rediens, ad caſtrum, quod Marſanum dicitur, deveniſſet, à præfatis nunciis tuis res omnes, quas ſecum ferebat, reſtituere violenter impulſus fuerit, mortiſque ſibi forte metuens imminere periculum, ab eorum oculis repentine aufugit, & Romam ſe dicitur contuliſſe. Propter quod licet frivolam occaſionem aſſumens, de bonis ipſorum Tudertinorum repreſſalias te velle facere comminaris, in eorum præjudicium manifeſtum. Nos autem ipſorum ſupplicationibus inclinati, fidelitati tuæ præcipimus, quatenus, ſi præmiſſa veritate nitantur, occaſione prædicta de bonis Tudertinorum ipſorum, ſine ſpeciali Celſitudinis noſtræ mandato, repreſſalias aliquas facere non præſumas, ſed ſi quid Juris te contra ipſos habere contendis, illud, (prout rationis & moris eſt in ſimilibus) per curiam noſtram obſervatum, recepto prius ſuper hoc oraculo Majeſtatis noſtræ, proſequaris.

Quo facit etiam receſſus Imper. *Zu Speir Annorum 1526. 1548. 1555. 1566. & 1570.*

Hinc illa inter DD. quæſtio agitatur, an, quum poteſtas repreſſaliarum ad ſolam majeſtatem ſupremam pertineat, & inter Regalia majora, quæ ſolus Imperator ſibi vindicat, connumerari
22 ſoleat, Imperii Principes, Archiduces, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quilibet ſtatus Imperii, in ſuo territorio vi juriſdictionis territorialis repreſſalias concedere queant? Quod quidam non infimi etiam nominis juriſconſulti Germani, inter quos Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part. 1. cap. 2. num. 269.* & Petr. Heig. *quæſt. jur. Civil. Saxon. part. 1. quæſt. 12. num. 17. & num. 52.* & poſt eos Benedict. Carpzov. *definit. forenſ. part. 4. Conſtit. 21. defin. 4.* negant: propterea quod quaſi belli indicti ſpecies ſit repreſſaliarum conceſſio, nec alio jure, aut modo ſit permiſſa quam ipſum bellum: Cujus argumenti vim nec fidem aſſequor, primo enim nihil minus verum aut neceſſarium eſt repreſſaliarum conceſſiones belli ſpeciem eſſe, aut ex iis bellum ſequi: ſed contra ut bellum vitetur, denegatæ juſtitiæ neceſſarium eſſe remedium, atque tutiſſimum refugium, quo nihil magis naturali rationi, (quæ bellum abhorret) & juſtitiæ, (quam vo-

cant) commutativæ æquitati, quæ ſuum cuique tribui præcipit, convenire poteſt. Hinc eſt, quod in ipſis ineundæ pacis, fœderiſque inſtrumentis, ut ne alter alteri aliquam injuriam aut damnum inferat, quod reſtitui, aut reparari negligat, concedendarum repreſſaliarum modus includatur. Quo pertinet *art.* 60. Tractatus Pacis inter Confœderatos Belgii Ordines, & Hiſpaniæ Regem, *Anni* 1648. quo cavetur hoc modo: **In kas van weygeringe van Juſtitie/ſal een yder toegelaten weſen by ſigh te voorſien van brieven van Marque/ofte Repreſſalien/ gelijk gebruykelijk is/ en ſal haar niet geoorloft weſen te komen tot de wapenen/ofte breken van Vrede/ter oorſaake van dien.** Hoc eſt: *In caſu denegata juſtitia concedentur violenta repetitionis, ſive repreſſaliarum litera, ſecundum modum ac formam ſolemnem, ut ne cui ſit permiſſum ad arma ſive fracta Pacis remedium confugere.* Deinde dato, quod ex iis belli inferendi occaſionem capiat, qui poſt denegatam juſtitiam, ulteriorem vim alteri inferre voluerit; vel ex eo illatæ injuriæ magis convincetur, quod poſt denegatæ juſtitiæ unicum atque ultimum potiundi juris remedium, ad arma convolaverit, adverſus eum, qui cum juſtam haberet cauſam, armorum vim, atque injuriam detrectaverit. Accedit quod ex eodem argumento, nec Imperator Romano-Germanicus repreſſalias concedendi jus haberet, quod bellum ſine conſenſu Electorum in Imperio movere non poſſit. per *Caput Imper.* §. 11. Conſequens igitur eſt, ut quamvis reſpectu imperii apud ſolum Imperatorem repreſſalias concedendi ſit poteſtas, non ideo minus Imperii Princeps, in ſuo territorio, cum cæteris regalibus, (in quibus eodem cum Imperatore jure utitur) vi jurisdictionis territorialis repreſſalias jure concedere poſſit. *arg. l.* 31. *ff. de V. S.* prout de jure defendit, atque uſu obtinere probat Godofrid. Peſchwitz *Tract. de Repreſſal. cap.* 5. *num.* 12. *& ſeq.* ubi *num.* 16. idem de Italiæ Principibus, uti ſunt Sabaudiæ, Mantuæ, Parmæ, & Mutinæ Duces, poſt *Anton. Fabr.* & *Alberic. Gentil.* obtinere affirmat.

Idem dicendum de liberis Civitatibus, & Rebuſpublicis, ut ſunt Venetiæ, Genua, Luca, 23
quæ ſupremam habent poteſtatem, neque ullius Imperio ſubſunt, *arg. l.* 7. §. 1. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

Reliquæ vero Civitates Municipales, quæ ſuperiorem agnoſcunt, in hiſce privatorum loco ſunt. *arg. l.* 16. *in fin. ff. de V. S.*

Requiritur de Repreſſaliis concedendis juſtitiam eſſe denegatam, neque ullum ejus conſe- 24
quendæ aliud ſupereſſe remedium. *arg. l.* 16. *ff. de Minorib.* & quum extraordinarium ſit remedium, ob rem modicam concedi non ſolere. *l.* 4. *ff. de injur. l.* 4. *ff. de integr. reſtitut. minor. l.* 9. §. *final. ff. de dolo malo.*

Neque irrequiſito eo, adverſus quem petuntur, concedi ſolent. *arg. l.* 13. *ff. de ſervit. urban. præd. verb. qua de re cum Hibero loquaris. & ibi DD.*

Sed ut plenius de læſione & juſtitiâ denegatâ conſtet, monere literis, vel legatione, læſi magiſtratus alterum de quo quæritur ſolent, ut is compellat, damnum læſo reſarciri, niſi velit adverſus ſe repreſſalias concedi *arg. d. l.* 13. *ff. de ſervit. urban. præd.* Cujuſmodi monitionibus, in privatis cauſis operam dabant Juriſconſulti, nec minus in eo poterant, quam ipſi judices. Ut latius vide apud Ciceronem in *Orat. pro Quinctio.* Duaren. *lib.* 2. *diſput. cap.* 2. Cujac. *lib.* 18. *obſ.* 38. *circa medium.*

Cujus hæc extat formula antiqua Frederici Barbaroſſæ Imperatoris Romani, contra Fran- 25
ciæ Regis ſubditos, Anno MCLXVI. pro Mercatorum pace publicâ, indulta, cujus hæc ſunt verba:

Glorioſo & magnifico LUDOVICO *Regi Francorum, N. Chriſti Dei gratiâ Imperialis Curia Cancellarius, & Legatus Italia ſalutem, & ſervitium ſuum. Ratio ſuggerit, & Principum conſuetudo depoſcit, ut quemadmodum Regni veſtri negociatores per Romanum Imperium, pace, & ſecuritate fruuntur; ita veſtrâ vice noſtri nullatenus ſub veſtrâ Juriſdictione lædantur. Quia igitur Maſconenſis Vice-Comes quoſdam noſtros Mercatores injuſte exſpoliavit, & unum ex eis in Civitate retinet compeditum: petimus & ex parte Auguſti Sereniſſimi veſtram excellentiam commonemus, ut hominem & res detentas reddi faciatis; alioqui ſi damna ejuſmodi per veſtros negociatores non fuerint reſarcita, aut ſi novum Telonium ad damnum reſarciendum ſuper veſtros Mercatores fuerit conſtitutum, veſtra diſcretio non gravetur.*

Quod inter Johannem Auſtriæ Ducem & Brabantiæ Civitates ab unâ, & Ludovicum 26
Flandriæ Comitem cum omnibus Civitatibus ejuſdem Comitatus, in mutui inter eos fœderis tractatu 3. *Decembr.* 1339. Gandavi inito convenit, ne inter Brabantiæ & Flandriæ civitates aliquæ pignorationes, ſive repreſſaliæ permittantur, niſi judice loci prius debite requiſito. *Art.* 7. his verbis:

Item/

Item/ hebben wy belooft/ ende beloven elkanderen in goede trouwe/ dat om ſake die geſchien/ off mag gevallen/ tuſſen ons ofte tuſſen eenig van ons lieden/ off tuſſen onſe naakomers/ ſullen doen ofte nemen ander wrake/ nog oorloge porren/ nog pandinge doen doen/ d'een op den andren/ ſonder de klagten doende/ ofte daar off regt heſchende aan die gene die daar toe gedeputeert weſen ſullen/ ende ne ſullen eenige ſaaken doen ofte gedoogen te doene/ daar koopmanſchepe by belet weſen mag/ vryelyke te gaan ende te keren van den eenen Landen in den andren.

27 Idemque inter Henricum VII. Angliæ Regem, & Philippum Archiducem Auſtriæ tractatu *Anni* 1495. cautum: ut quotieſcunque contigerit, Belgas in Angliâ, vel Anglos in Belgio quoquo modo lædi vel damnificari, propterea literæ repreſſaliarum, Marcæ, vel contra-marcæ, debitis admonitionibus & ſubmonitionibus non præcedentibus, concedi non debeant, eaſque ſi aliter concedantur, pro nullis haberi.

28 Eoque ſpectat induciarum Belgicarum tractatus 9. *April.* 1609. *Art.* 11. renovat. in ipſo Monaſterienſi inter Belgiæ Fœderatos, & Hiſpaniæ Regem pacis tractatu *Anni* 1648. quo cavetur: Dat geene brieven van Marque/ ende Repreſſalien geaccordeert ſullen werden/ ten zy met kennisſe van ſaaken. id eſt: *Ne literæ Marca ſive Repreſſaliarum concedantur niſi causâ cognitâ.*

29 Noviſſimeque inter Angliæ Protectorem & Belgii Ordines Confœderatos 15. *April.* 1654. convenit, ejuſdem tractatus *Art.* 24.

Dat indien eenig ongelyk off injurie waare gedaan/ by d'een Republycque aan d'ander/ off by het volk off de ingeſetenten van dien, nogtans geen brieven van Repreſſalie/ Marque/ off contra-marque/ by een van beyde de Republycquen ſullen werden verleent/ voor datter eerſt ſal verſogt ſyn Juſtitie/ volgens den ordinaris cours van regten: ende indien de Juſtitie wert geweygert/ off gedilaieert/ dat dan de Opperſte magt van de Republicque/ wiens volk ofte ingeſetenen ongelyk geleden hebben/ aan de Republycque daar de Juſtitie is geweygert/ ofte gedilaieert/ by miſſive ſal recommanderen/ ende verſoeken/ alſulke verſchillen vrundelyk/ off door een ordinaris cours van Regten/ gecomposeert te mogen werden. Maar indien dan nog gedilaieert/ ende geen Juſtitie ofte ſatisfactie gedaan wert in den tyd van drie maanden naar ſoodanig gedane verſoek/ dat dan brieven van Repreſſalien/ Marque/ ofte contra-marque ſullen werden verleent/ etc.

Id eſt: *Si qua injuria ab alterutra Republica ejuſve Populo, aut incolis, alterius populo, aut incolis illata ſit, uti nulla littera Repreſſalia, Marca, aut contra-marca, ab alterutra parte concedantur, donec juſtitia prius juxta leges Ordinarias poſtulata fuerit, ſin autem juſtitia fuerit denegata, vel in longum protracta, tum ejus Reipublica Magiſtratus ſive delegati, cujus populus & incola injuriâ affecti ſunt, ab illâ alterâ Republicâ in quo juſtitia denegatur, aut differtur, publice juſtitiam dari petent, & ut omnes hujuſmodi lites amice vel ordinario legum proceſſu componantur, finianturque commonebunt. Sin vero mora adhuc interpoſita fuerit, neque jus reddatur, neque ſatisfactio detur, intra tres menſes, quam hujuſmodi poſtulatio fuerit lata, tum demum litera Repreſſalia, Marca, vel contra-marca concedantur.*

30 Neque omnibus & adverſus omnes concedi debent, ſed ut is cui conceduntur, ſit ſubditus concedentis. *arg. l.* 1. *§.* 1. *ff. Quod cujuſque univerſit.* & adverſus exteros, non adverſus, aut inter plures ſubditos inter ſe concedantur. *arg. l.* 13. *§.* 3. *ff. de Uſufruct.* Hi enim, ſi ab inferiori judice male judicatum ſit, ad judicem proxime ſuperiorem, per appellationis ſive provocationis remedium, *tot. tit. ff. & Codicis de Appellat.* aut juſtitia denegata, aut ultra modum dilata, per evocationem, ad judicem ſuperiorem recurrere poſſunt, ad quem ſimul ipſa cauſa transfertur, *auth. ſtatuimus fin. ſubjecta. l.* 33. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. Novell.* 17. *cap.* 3. *cap. ex tranſmiſſa. cap. licet ex ſuſpecto. & cap. ex parte. extr. De foro competent. cap. cæterum. extr. de Judic.* Cujus praxin vide Ordinat. Camer. Imper. *part.* 2. *tit.* 26. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 28. *& obſerv.* 41. Imbert. *Juſtit. Forenſ. Juris Gall. lib.* 1. *cap.* 23. & quatenus in Hollandiæ Curia obtineat, formul. Wilhelmi van Alphen, vulgo *Papegay pag. mihi* 105.

31 De Repreſſaliarum materiâ, ejuſque praxi vide latius Card. Tuſc. *tom.* 6. *concluſ.* 194. *cum ſeq. litt.* R. Petr. Georg. Tholoſan. *Syntagm. Jur. lib.* 38. *cap.* 8. Bart. *tractat. de Repreſſal.* Chriſtin. *vol.* 5. *deciſ.* 183. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolanenſia part.* 2. *cap.* 438. *& ſeq.* Petr. Bellug. *Specul. princip. Rubric. de Juſtitia facienda per Principem, cap.* 6. *& ibi* Camill. Borell. & omnino Damhouder. *prax. Crimin. cap.* 100. *per tot.* Andr. Gail *de Pignor. cap.* 1. *&* 2.

Cap. XII.

De foro competenti, & ubi quiſque agere aut conveniri debeat.

Summaria.

1. *Actor ſequitur forum rei coram Judice ejus competente.*
2. *Ad incompetentem Judicem vocatus comparere & incompetentia cauſam allegare tenetur.*
3. *Forum competens quid, & quot modis dicatur? ubi de materia diſtributione.*
4. *Domicilii prima & præcipua competentia cauſa eſt.*
5. *Ubi quis domicilium habere intelligatur, & ſi duo aut plura domicilia in diverſis locis quis habeat, ubi converniri debeat?*
6. *An, & quando quis domicilio ſuo renuntiaſſe dicatur?*
7. *Interpretatio l. 31. ff. ad Municipalem.*
8. *Litiſpendentia quæ ſit.*

QUemadmodum extra territorium ſuum, aut ſupra juriſdictionem ſuam jus dicenti, impune
non paretur. *l. ult. ff. de Juriſdict.* Ita nec quiſquam coram judice non ſuo, aut eo, cujus
juriſdictioni ſubjectus non eſt, de jure ſuo reſpondere cogitur; ita nec actor reum in foro ſuo 1
competenti convenire debet, ſecundum regulam, *Actor ſequitur forum Rei*, ne ſi vocetur ad
judicem incompetentem, reus forum declinet. *l. 2. l. 5. Cod. de Juriſdict. omnium jud. l. ult.
Cod. ubi in rem actio.*

Ad incompetentem tamen judicem vocatus, juſſionem ejus ſpernere nequaquam debet, ſed 2
comparere, atque incompetentiæ ſuæ cauſam per exceptionis modum allegare tenetur. *l. 5. in fin.
ff de Judic.* Quod quomodo fiat, infra ubi de exceptionibus, docebitur. Ex quacunque enim
cauſâ ad Prætorem vel alios, qui juriſdictioni præſunt, in jus vocatus venire debet, ut hoc ipſum
ſciatur, an juriſdictio ejus ſit. *l. 2. ff. Si quis in Jus vocatus non ierit.* & vocati non eſt contemnere
auctoritatem Prætoris, cujus eſt cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio. *d. l. 5. ff. De Judic.*
Ita tamen ut nec rotulæ quicquam ſuo nomine inſeri patiatur, quo juriſdictionem judicis agnoſcat,
ſed præadvertendo tantum ſignificet, nullam in ea cauſa judicis adverſus eum eſſe juriſdictionem,
prout in praxi eſt receptum.

Forum competens eſt, judicium ſive locus, in quo coram judice, ad quem cauſæ cogni- 3
tio ſpectat, lis examinanda, & determinanda eſt. *l. 1. Cod. de Juriſdiction. & l. 2. Cod. Ubi
de Crimine.*

Spectat autem cauſæ cognitio ad judicem quemque ſuum, variis, & potiſſimum ex his cauſis,
vel ratione perſonæ, vel ratione rei, vel cauſæ in ſe, vel ratione exiſtentiæ perſonæ,
vel rei, vel ratione obligationis, vel ratione conſenſus, vel ratione privelegii
conceſſi.

Forum competens ratione perſonæ, iterum conſideratur, vel ex cauſâ domicilii, quæ prima 4
& præcipua competentiæ cauſa eſt, vel ex cauſa conditionis ejus, & privilegio.

Domicilium quis habet, ubi larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, 5
unde non ſit deſceſſurus, ſi nihil avocet. *l. 7. Cod. de Incol.*

Si duo aut plura domicilia in diverſis locis quis habuerit, iiſque ita ſit inſtructus, ut neque
hic quam illic minus frequenter moretur, deſtinati animi exiſtimatione dijudicandum eſt, ubi
domicilium habuerit. *l. 27. §. 2. ff. ad Municipal.* eoque caſu ſufficere in praxi receptum eſt,
ut ibi conveniatur, ubi tempore citationis cum uxore, liberis, aut familiâ degit. *arg. l. 4.
& l. 203. ff. de V. S.* Barr. *ad l. 1. §. permittitur. ff. de lib. agnoſcend. num. 7.* Vide Pecc. *De
Jure ſiſtendi. cap. 39. num. 4. & de Teſtam. conjug. lib. 4. cap. 35. num. 2.* Tiraquell. *de retract.
Municipal. §. 9. gloſſ. 3. num. 7.* Mynſinger. *Cent. 3. obſerv. 37. num. 9. 10.* Radelant
deciſ. Cur. Ultraject. 126. num. 4.

Quilibet tamen renunciare domicilio, ac ſimul foro ſuo, propria voluntate poteſt; cui re- 6
nunciaſſe intelligitur eo ipſo, quod bona ſua in alium locum tranſtulit; nihil enim impedimento
eſt, quo minus quis ubi velit, domicilium habeat, ſi quod ei interdictum non eſt. *l. 31. ff. ad
Municipalem.* quæ de deportatis intelligenda eſt, quibus certis locis quandoque interdicitur. 7
l. 5. ff. de interdict. & relegat. Secus in relegatis, qui eo loci unde arcentur, domicilium retinent,

l. 27.

l. 27. §. ult. ff. eod. quia & jura civitatis retinent, quæ deportatus amittit. Vide Emund. Merill. *lib. 1. obſ. 33.*

8 Quæ domicilii mutatio tamen inſtantiam, coram judice prioris domicilii cœptam, non perimit; nam ubi cœptum eſt ſemel judicium, ibi & finem accipere debet. *l. 7. l. 30. ff. de Iudic. l. 19. ff. de Iuriſdict. cap. propoſuiſti. extr. de foro competenti.* quam litiſpendentiam vocant Practici.

CAP. XIII.

De foro competenti ratione conditionis perſonæ, ubi de foro Senatorum, vel Clariſſimorum, Militum, Studioſorum, Viduarum & Pupillorum.

SUMMARIA.

1. *Senatores & Clariſſimi ubi conveniendi.*
2. *Clariſſimi qui dicantur, & quomodo ab Illuſtribus & Spectabilibus diſtinguendi.*
3. *Illuſtrium titulo qui decorentur?*
4. *Spectabilium numero qui cenſeantur?*
5. *In Hollandiâ viciniſque regionibus, Senatores, Advocati, Procuratores, & qui coram Hollandia Curiâ conveniendi.*
6. *Nobiles an & qui coram Hollandia Curiâ conveniendi.*
7. *Profeſſores Academiæ Lugduno-Bat. ubi conveniendi.*
8. *Milites ubi conveniantur, & in quibus cauſis fori privilegio utantur.*
9. *Studioſi ubi conveniendi, ubi de privilegio fori Studioſorum Academia Lugduno Batava.*
10. *Pupilli, Viduæ, Pauperes & reliquæ miſerabiles perſonæ quonam fori privilegio gaudeant.*
11. *Per præventionem coram ordinario judice conventi, exceptione uti poſſunt, & quid moribus.*
12. *An & poſt litem conteſtatam evocationi locus ſit.*
13. *Miſerabilibus qui annumerentur.*
14. *Viduarum nomine, etiam innuptæ & Virgines cœlibes intelliguntur, ſi pauperes & fortunæ quoque injuriâ miſerabiles ſunt, ſecus in ditioribus.*
15. *Quæ proprie loquendo Viduæ ſint.*
16. *In Viduis & Pupillis inter Divites, & Pauperes quoad fori privilegium nulla differentia eſt.*
17. *Pupilli, Viduæ, miſerabiles, an contra æque privilegiatum privilegio ſuo utantur. Neg.*
18. *Quomodo intelligendum quod in Hollandia Curiâ contrarium obtinere videatur.*
19. *Vidua contra Pupillos non obſtante regulâ æque privilegiatorum, fori privilegio gaudet & quare, ubi Ant. Perez. Chriſtinæum perperam reprehendiſſe demonſtratur.*
20. *Viduæ & Pupilli fori privilegio non utuntur in Jure vel actionibus ſibi ab alio conceſſis.*
21. *Uti nec in cauſis non excedentibus in Hollandia Civitatibus centum, & in pagis quinquaginta florenorum ſummam.*
22. *Itemque ſi de Ratiociniis eorum agatur.*

RAtione Conditionis perſonæ forum Privilegiatum habent, ſuperiores publicæ perſonæ; veluti Senatores & Clariſſimi, Milites, Studioſi, Viduæ, & reliquæ perſonæ miſerabiles.

1 Quomodo Senatores & reliqui in clariſſima dignitate conſtituti, ſi in urbe vel locis ſuburbanis degant, in civilibus, ſive pecuniariis cauſis, coram præfecto Prætorio, vel urbi, ſi in Provinciis degant, coram ordinario judice domicilii conveniantur, *l. 2. ubi Senat. vel Clariſſ.* Cod. III. XX v. *Ubi Senatores vel Clariſſimi conv.*

2 Per Clariſſimos, intellige Senatores in ſpecie ita dictos, alioſque infra illuſtres, & ſpectabiles, qui etiam quandoque Clariſſimorum nomine comprehenduntur.

3 Illuſtrium titulo decorabantur Præfecti prætorio, Præfecti urbi, Quæſtores, Magiſtri militum, Magiſtri officiorum, Comites rerum privatarum, Comites Domeſticorum, Principes agentium in rebus, de quibus in *l. ult. in pr. Cod. ubi Senator. l. 32. Cod. de appellat. l. 2. §. fin. antem. Cod. de tempor. appellat. l. 6. Cod. ubi. cauſ. Fiſcal. l. unic. Cod. ne rei milit. Comit. l. 11. Cod. de Aſſeſſorib. l. 8. Cod. de Defenſorib. Civitat. l. 1. Cod. de Advocat. diverſor. jud. l. ult. Cod. de Decurionib. l. ult. Cod. de Suſceptor.* Eratque illa dignitas omnibus aliis ſuperior, ut apparet ex *Novell. 23. in fin. l. ult. Cod. de Sportul. & l. 1. Cod. ubi Senator.*

4 Spectabiles, dignitate inferiores erant illuſtribus, eoque titulo ornabantur Præfectus Auguſtalis, Comes Orientis, Proconſules, & Vicarii, Duces, Tribuni, & Notarii, Magiſtri Scriniorum, Comites Domorum, Scholarum, Comites Militares, Tribunus Notariorum, & Silen-

Silentiarii, de quibus *in l. unic. Cod. de ratiocin. oper. publ. l. unic. Cod. ut omnes judices. d. l. 32. Cod. de appellat l. 18. ff. de munerib. l. 3. & ult. de cau. largit. tit. l. 36. Cod. de appellat. l. 3. Cod. de offic. milit. jud. l. ult. ff. de offic. præfect. Prætor. l. ult. Cod. ubi cauſ. Fiſcal. l. 57. §. 1. Cod. de appellat. l. ult. Cod. de decurion. l. 30. §. ult. Cod. de inoffi.ioſ. teſtament. l. 4. Cod. de Advocat. diverſ. judic.*

Ex ejus præſcripto etiam Hollandiæ vicinorumque moribus, non tantum Senatores eorum- 5
que miniſtri, Advocati, & Procuratores in Curiæ loco degentes, & commorantes, non niſi coram Hollandiæ Curiâ, tam in civili quam criminali cauſa conveniri poſſunt, ſed & indiſtincte No-
biles, & reliqui Hollandiæ Comitatus domeſtici, omnes eodem Privilegio gaudent, vid. *Inſtruct.* 6
Cur. Holland. art. 8. Caroli V. Privileg. 21. *Martii* 1516. ejuſque interpretat. 20. *April.* 1520. Merul. *Prax. civil. lib. 4. tit. 2. cap. 5. & ſeq.* Reliquos vero Muncipium Senatores, itemque Advocatos, in ſubalternis tribunalibus praxin exercentes, coram Ordinario judice domicilii ſui conveniri poſſe, ac debere nihil eſt quod vetat. *arg. l. 2. Cod. ubi Senat. vel Clariſſim.* Vid. Neoſtad. *deciſ. Cur. Holland.* 55. Et de aliorum moribus Sande *deciſ. Friſic. lib. 1. tit. 1. defin. 1.* Chriſtin. *vol. 2. deciſ.* 166. *num.* 8. Leonin. *conſil.* 80. Anton. Fab. *ad Cod. lib. 3. tit. 17. defin. 1.* Autumn. *confer. du droict de Franc. ad tit. ubi Senat.*

Ratione dignitatis & qualitatis perſonæ Rector & Profeſſores Academiæ Lugduno-Batavæ 7
non coram Ordinario ſuo, ſed coram Hollandiæ Curiâ conveniri debent, ipſi vero alios coram judice ſuo cujuſque competente in jus vocare tenentur. Statut. Academiæ Lugduno-Batav. *art.* 39.

Ita nec milites, niſi coram magiſteriâ poteſtate, vulgo **Den Krijghſraat**/ quæ ex duce & reli- 8
quis cohortis vel turmæ officialibus conſtat, *l. 6. Cod. de juriſd. omn. jud. junct. l. unic. Cod. in quib. cauſ. milit.* Sed quod mores noſtri reſtringunt ad cauſas proprie ad militiam pertinentes, in reliquis coram Hollandiæ Curiâ eos conveniri demonſtravimus, ſupra *cap.* 2. Sed & in criminalibus per fiſci præventionem, ut loquuntur, Hollandiæ Curiam competentem habent judicem, ſecundum *art. 19. Inſtruct. Cur. Holland.* Quod & in Friſia receptum eſſe teſtatur Joann. à Sande *deciſ. Friſic. lib. 1. tit. 1. defin.* 4.

Cod. III. xxv In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt.

Militibus hac in parte æquiparantur Studioſi, qui coram Senatu Academico loci, in quo de- 9
gunt, conveniri debent. *auth. habita Cod. ne filius pro patre.* Quibus in Academiâ Lugduno-Batavâ hoc inſuper Privilegium datum eſt, ut & urbis incolas & cives reos, ad ejuſdem Academiæ Senatum vocare poſſint. *Statut. Academ. Lugd. Bat. d. art.* 39. ejuſdemque noviſſima interpretatione 20. *Martii* 1662. ſupra *cap.* 2. inſerta.

Conditionis etiam Privilegio gaudent pupilli, viduæ, pauperes, & reliqui miſerabiles, qui alios 10
coram ſupremo tribunali in jus vocare, ab aliis vero non niſi coram ordinario domicilii judice conveniri poſſunt, ex Conſtantini conſtitutione, *in l. unic. Cod. quando Imperator inter pupillos.* vid. Robert. Marant. *Prax civil. part. 4. diſtinct. 9. num. 195. & ſeq.* Joann Pap. *deciſ.* 566. Sande *deciſ. Friſic. lib. 1. tit. 1. defin.* 2.

Coram inferioribus tribunalibus vocati, incompetentiæ exceptione uti poſſunt, qua ipſi liti- 11
gantes ad ſupremum tribunal, eorumque competens forum remittantur. *arg. l. 72. ff. de judic. & l. 6. §. 5. ff. de offic. præſid.*

Adeoque poſt litem conteſtatam per evocationem avocari poſſe quidam volunt, ita docet 12
Bernhard. Scotan in exam. jurid. *ad tit. Cod Quando Imperator inter pupillos*, contra *l. 30. ff. de judic.* ita poſt Matth. de Afflict. Neviſan. & Bellugam, alioſque tenet & deciſum refert Teſaur. *deciſ. Pedemont. 177. num. 6.*

Quod an in praxi ſit receptum moribus noſtris, quibus evocationi non tam facile locus datur, idemque Privilegium reſtringitur ad caſum, quo pupilli, viduæ, & perſonæ miſerabiles, per præventionem jus & juſtitiam deprecantur. *Cur. Holland. Inſtruct. art.* 8. in verbis, **Die aan den Raad eerſt klagtig komen / ende proviſie van Juſtitie begeren /** pro negativâ opinione deciſum memini.

Idemque illud Privilegium extendi vetatur ad cauſas ipſas, pupillis, viduis miſerabilibuſque perſonis aliunde ceſſas, nec proprio ſuo jure competentes. *Ampliat d. Inſtruct. anno.* 1579. quum Privilegiatus ſuccedens in locum non Privilegiati nec ſuo jure utatur. *arg. l. ult. Cod. de privileg. fiſc. l. 2. Cod. de fiſci uſuris. l. 4. Cod. hered. act. & ibi DD.* in cauſis tamen per hereditariam ſucceſſionem obvenientibus, licet ab his qui Privilegiati non ſunt, eodem fori Privilegio uti non prohibentur. *l. 6. ff. de jure fiſci.* Vid. Groeneweg. *ad. tit. Cod. Quando Imp. inter pupillos.*

Neque ob cauſam minimam quæ centum florenorum ſummam non excedet, eidem Privilegio locus

locus eſt, inter eidem ſubalternæ juriſdictioni ſubjectos. **Ordonn. op de vordernis van de Juſtitie voor den Hove van Hollandt in kleyne ſaaken** / *art.* 11.

13 His annumerantur decrepiti ſenes, & diuturno morbo enervati, item virgines famulæ, & generaliter omnes, qui naturali commiſeratione, ob fortunæ injuriam digni ſunt. *d. l. unic. Cod. Quand. Imperator. verb. aliuque fortuna injuriâ miſerabiles.* Vid. Bellug. *Spec. Princip. Rubric.* 23. *verſ. ſed pone*, *num.* 10. Rubuff. *de Sent. proviſion. art. art.* 3. *gloſſ. ult.* Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 161. *num.* 6. Andr. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 40. *in fin.*

Quia porro miſerabilis in jure ſit dicendus, judicis arbitrio relinquendum volunt DD. communiter, quos citat & ſequitur Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *cent.* 1. *caſ.* 66.

14 Inter quos quidam viduarum nomine etiam eas venire volunt, quæ nunquam nuptæ fuerunt. *arg. l.* 242. *§.* 3. *de V. S.* in Friſiâ in praxi receptum videtur, ex iis quæ refert Joann. à Sande *lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 2. Sed minus caute, meo quidem judicio, de omnibus indiſtincte illud affirmatur: quod in pauperibus & egenis, & his quæ fortunæ quoque injuriâ miſerabiles ſunt, aut alicujus potentiam perhorreſcunt, admitti ipſa quidem legis ratio expreſſa *in l. unic. Cod. quando Imperat. inter pupill.* ſuadet; veluti ſi quæ virgo ſe defloratam, aut impregnatam ab aliquo contendat, & ob id aut dotem, aut infantis alimenta, cauta, & rata adjudicari petat, aut ſi familia adverſus dominum ſuum jure experiatur, in iis dicto Privilegio locum dari in praxi eſt receptum. Ad ditiores vero fœminas vitæ cœlibis, aliaſve extra perſonas enumeratas, extendi nuſquam admittitur. Vide Merul. *Prax. civil. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 9. *num.* 7. Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. l. unic. Cod. quando Imperat.* licet alias in latiori ſignificatione viduam etiam dici eam mulierem voluerit Labeo *in d. l.* 242. *§.* 3. *de V. S.* quæ virum non habuit, ita dicta quaſi ſine duitate.

15 Quum proprie loquendo vidua ſit ea, cujus maritus obiit, à verbo *viduo* & *viduare*, quod nihil aliud ſignificat, quam dividere, privare, divellere, ſeparare, ſejungere, ad unitatem reducere, ab antiquo verbo *iduo*, quod *dividere*, *ſeparare* ſignificat, inde *Idus* quaſi *dies*, qui menſem dividit. Quæ Labeonis ſententia generalis ad ſpecialem caſum de quo agitur, in dicta conſtitutione Conſtantini referri non poteſt. Quum enim ibi actum fuerit de pupillia, tutorem non habentibus, quique ſe defendere non poterant, iiſque viduæ comparentur, conſequens eſt, Viduas ibi in propria ſignificatione ſumi, pro iis, quæ maritia orbatæ ſe ipſas defendere non poterant. Quo ſenſu Orphanis Viduiſque contra ſævos impetus placida præſtari ſolatia debere commendat Caſſiodor. *Varior. lib.* xi. Nec ad alias mulieres cœlibes, aut virgines pertinet, quas perpetuâ ſub tutelâ fuiſſe Ulpianus docet *tit. de tutelis* xi. Quicquid ſit, viduam à virgine cœlibe alio nomine diſtingui, nuſquam dignoſcitur, neque Belgico idiomati convenit, quo inter viduam (**Wedue**) & cælibem (**Vryſter**) perpetua eſt diſtinctio.

16 In ipſis viduis & pupillis, inter divites & pauperes, hac in parte, nulla eſt differentia, quum non divitiæ, ſed viduitatis & ætatis, tenuis & commiſeranda conditiô ſpectetur, *cap. Regum* 23. *quaſt.* 5. *& cap. adminiſtratores eod.* Quod de nunquam nuptis nemo dixerit. *lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 40. Jacob Cancer. *var. reſolut. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 565. *num.* 69. *& ſeqq.* Anton. Teſſaur. *deciſ. Pedem.* 177. *num.* 3. Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 9. Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. l. unic. Cod. quando Imperat.* contra Marant. *Prax. part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 195. *& ſeqq.* Wurmſer. *Prax. lib.* 1. *tit.* 50. *obſ.* 7. *num.* 3.

17 Utrum autem hæ perſonæ privilegiatæ, contra alias æque privilegiatas hoc ſuo privilegio utantur inter DD. non convenit; Communior quidem negantium eſt ſententia, propter regulam: quod privilegiatus contra æque privilegiatum non utatur jure ſuo; *arg. l.* 11. *§. fin. ff. de minorib. l.* 8. *ff. de excuſat. tutor.* ita tenet Covarruv. *pract. quaſt. cap.* 6. *num.* 7. *& ſeq.* Joann. del Caſtillo Soto Major. *part.* 4. *controv. cap.* 25. *num.* 27. Alexand. Tremacinq. *var. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 2. *num.* 11. Atque ita in Subaudiæ, & Friſiæ, & Pariſienſi Senatu deciſum referunt Joann. à Sande *deciſ. Friſic. lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 2. & Mornac. *ad l.* 11. *§. final. ff. de minorib.*

18 In Hollandiæ tamen Curiâ contrarium obtinere teſtatur Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. l. unic. Cod. Quando Imperat. num.* 7. & hoc jure utimur, non quaſi ex æquitatis ratione, aut judicis officio ab hac regula ſit receſſum, ut ibid Groenew. *num.* 7. ſed quod privilegium illud fori viduis, & pupillis conceſſum, ipſi etiam Curiæ aut Senatui in præeminentiam ſuæ juriſdictionis conceſſum ſit, ut ad inſtantiam viduarum & pupillorum competentes eſſe judices poſſint: adeoque licet pupillus contra pupillum æque privilegiatum intendat, hoc non perimat idem privilegium, quatenus ipſi Senatui conceſſum. Vid. *Inſtruct. Cur. Holland. art.* 8.

19 Neque huic regulæ locus eſt, quando vidua pro dote contra pupillum intendit: eo quod vidua hac in parte duplici utatur privilegio, perſonæ, & cauſæ, contra eum qui alterutro tantum gau-

det, ac propterea non ſint æque privilegiati, prout deciſum refert Anton. Fab. *ad Cod. lib. 3. tit. 13. defin. 1.* eoque referendus eſt locus Chriſtinæi *vol. 2. deciſ. Belgic. 161. num. 7.* Quem non intellexit Anton. Perez. *ad tit. Cod. Quando Imperator. num. 4.* ubi eum nullo fundamento haſce privilegiatas perſonas, contra æque privilegiatas ſuo privilegio uti affirmaſſe perperam inſimulat.

Neque viduæ, aut pupilli hoc privilegio utuntur in jure vel actionibus ſibi ab alio ceſſis, cujus 20 jure tantum utuntur, alieno enim nomine agens in eo perſonali privilegio ſibi conceſſo uti non poteſt, per ea quæ tradunt DD. *ad l. 2. Cod. de fiſcal. uſur.* Gloſſa & DD. *ad l. 8 in fin. ad verba etiamſi pupillus ſit. Cod. de non numerat. pecun. l. 4. Cod de hered. act. & l. ult. Cod. de privileg. fiſc.* Concordat *ampliat. Inſtruct. Cur. Holland. Anni* 1579. *art. 1.* niſi forte agant tanquam heredes defuncti, non privilegiati. *arg. l. 6. ff. de jure fiſci.*

Fallit etiam in cauſis exigui momenti, in urbibus centum, in pagis quinquaginta florenorum 21 ſummam non excedentibus, eo caſu quo actor aut reus, in eodem territorio degunt, **Ordonn. van de Juſtitie in kleyne ſaaken**/ *art. 2.* Sed quod poteſt *noviſſim. ampliat. Inſtruct. Cur. Holl. 24. Martii* 1644. *art. 6. & 7.* ad diverſi fori actores, & reos extenſum reperitur.

Itemque ſi de ratiociniis pupillorum agatur, quæ eo loci reddi debent, ubi negotia geſta ſunt, 22 de quibus infra ſuo loco, niſi ad hoc ut ſuo loco rationes reddere condemnetur, vid. Neoſtad. *Cur. Holland. deciſ.* 55. Merul. *Prax. civil. lib. 4. tit. 2. cap. 9. num. 2.* Zyp. *notit. Jur. Belg. tit. de Juriſdict. verſ. Sed &.*

Cæterum hæc Conſtantini conſtitutio, qua pupillis, viduis, & valetudinariis hoc privilegium datum eſſe diximus, ut adverſarios ſuos ex foro competente, ad aulam ſive Comitatum Principis evocare poſſint, in Imperiali Camerâ non eſt recepta, ubi ipſi Principes & Imperii Status in cauſis viduarum & pupillorum cognoſcunt, teſte Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 1. num* 40. Et Gelriæ moribus generaliter huic conſtitutioni derogatum eſſe teſtatur Frideric. à Sande *ad conſuetud. feud. Gelriæ tract. 3. de judic. feudalib. cap. 1. §. 1. num. 16.*

Cap. XIV.

De Foro competenti ratione cauſæ, ubi de Evictionibus cauſæ, Continentiâ, Tutorum Ratiociniis, & cauſa Fiſcali.

Summaria.

1. *Ratione cauſæ, ſive litis motæ venditor evictionis nomine emptorem coram judice emptoris competente defendere tenetur.*
2. *Ad quod tamen non niſi à ſuo aut ſuperiori judice cogi poteſt moribus noſtris.*
3. *Coram inferiori judice vocatus, ſi de evictione ſe teneri neget, ad judicem competentem ſuum per exceptionem appellare poteſt.*
4. *In Galliâ indiſtincte emptoris forum ſequi debet.*
5. *Ex continentiâ cauſæ, reconventio eundem etiam judicem utrumque facit competentem.*
6. *Eadem ratione, ſi inter plures familiæ erciſcundæ, de communi dividundo, aut finium regundorum, omnes coram eodem judice conveniri poſſunt.*
7. *Et ſi ex pluribus Tutoribus unus conveniatur poſtulante eo omnes ad eundem judicem mittuntur.*
8. *Et plures rei debendi in diverſis civitatibus degentes ad ſuperiorem Hollandiæ Curiam in primâ inſtantiâ conveniri poſſunt.*
9. *Idem in actionibus realibus circa diverſa bona diverſis juriſdictionibus ſubjecta obtinet, aut ſi plures perſonæ unâ reali actione teneantur.*
10. *Qui aliena negotia geſſit, ex tutela ſive alio quovis titulo ubi geſſit rationem reddere debet, an & quatenus noſtris & Gallorum moribus procedat.*
11. *An actori liberum ſit hoc nomine tutorem ſive adminiſtratorem, vel in loco rei geſtæ vel in loco domicilii convenire, neque in exceptionem incompetentiæ cauſæ coram judice domicilii ſui opponere poſſit? neg. contra Chriſtin. & Groeneweg.*
12. *Ratione cauſæ etiam cauſæ Fiſcales pecuniariæ ad Procuratorem Cæſaris, criminales ad Præſidem Provinciæ ejuſque vicarium pertinent, & quid moribus hac in parte eſt receptum.*
13. *Cauſæ Eccleſiaſticæ pertinent ad forum Eccleſiaſticum, ſive Spirituale. Quod quatenus moribus ſervetur.*
14. *In Galliâ, Germaniâ & Belgii locis Pontificiæ religioni addictis.*
15. *In Helvetiâ.*
16. *In Angliâ.*
17. *In Belgio reformato, an & quis ſit Eccleſiaſticus ordo.*

18. *Quæ*

18. *Qua & qualis ſit cenſura Eccleſiaſtica.*
19. *Res mere feudales ſpectant ad judicium feudale.*
20. *Quomodo procedatur in cauſis feudalibus in Hollandiâ.*
21. *Gelriâ.*
22. *Galliâ.*
23. *Et Provinciis Electoratus Saxonici.*
24. *Judicium militare remiſſive.*
25. *Quid & quale ſit forum ſeptemvirale rei maritima, vulgo* **Het Collegie van de Admiraliteyt.**

RAtione rei, ſive cauſæ, de qua agitur, forum dicitur competens, & judicis *juriſdictio* fundata eſt variis modis.

1 Primo ratione cauſæ, ſive litis motæ, venditor emptorem evictionis nomine coram judice emptoris competente vocatus defendere cogitur, neque ab eo tanquam judice incompetente declinare poteſt, *l. 1. Cod. ubi in rem actio.* Etiamſi ſit privilegiatus. *l. 49. ff. de judic.* Mynſinger, *centur. 1. obſerv. 22. num. 7.* & Boër. *deciſ. Burdigal. 69. num. 27.* Vid. Andr. Gail *lib. 1. obſ. 37. num. 7.* Anton. Fab. *Cod. lib. 3. tit. 12. defin. 1.* Si ſcilicet defendere eum teneatur, defenſionemque ſuſcipere ſit paratus, aliàs non niſi a judice ſuo ad id cogi poteſt. *arg. l. ult. Cod.*
2 *ubi in rem actio, & l. 2. Cod. de juriſd.* Quod tamen cum hac diſtinctione apud nos receptum eſt, ut quidem coram ſuperiori judice venditor, evictionis motæ nomine, ab emptore protegi poſſit, ſecundum Hollandiæ Curiæ inſtructionem *art. 115. & 117.*

3 Si vero coram judice inferiori ſive ſubalterno, ut vocant, evictionis nomine lis mota ſit, iſque de evictione ſe teneri neget, litemque motam in ſe ſuſcipere emptoris nomine inficietur: exceptione propoſitâ ad judicem competentem ſuum appellare poteſt. *arg. d. l. ult. Cod. ubi in rem actio l. 2. Cod. de juriſd.* per ea quæ tradit Groeneweg. *De legib. abrogat. ad d. l. unic Cod ubi in rem actio.* Joann. à Sande *lib. 1. tit. 1. defin. 5.*

4 In Galliâ tamen venditorem, etiamſi ſe non teneri ad auctoritatem alleget, ac proinde defenſionem ſuſcipere renuat, emptoris forum ſequi, teſtantur Imbert. *Inſtit. forenſ. lib. 1. cap. 21. in verb. captum.* Coſtal. *ad d. l. 49. ff. de jud.* Joann. Baquet. *tract. des droicts de juſtice, cap. 8. num. 44. & ſeqq.*

5 Secundo continentiæ, & connexitatis cauſæ, in uno eodemque judicio tractandæ, ratione competentem facit judicem, ſi una cauſa ſit conſequens alterius, & ad eandem determinationem tendat, ita ut dividi non poſſit; Quo caſu utraque coram eodem judice determinari debet, & qui ratione unius cauſæ, aut perſonæ incompetens eſſet judex, ex connexitate alterius competens ſit, ne continentia cauſæ dividatur *l. 10. Cod. de judic.* Quomodo reconventio cauſæ eundem judicem facit competentem *l. 1. Cod. rer. amotar. l. 38. ff. mandat. l. 1. in fin. ff. de extraordin. Cognit. l. 22. & l. 30. ff. de judic.* ut qui antea de cauſa ſuit inſtructus, & ne in quo unus judex condemnat, alter abſolvat, & contrariæ ſententiæ ferantur, in unâ eademque cauſâ. *l. 14. Cod. de ſentent.* Et qui in cauſâ poſſeſſoriâ judicat, etiam in petitoriâ judex eſſe debet. *d. l. 16. Cod. de judic.* Quod tamen fallit moribus noſtris, quibus omiſſo judice in principali cauſâ competente in ſupremâ Hollandiæ Curiâ cauſam poſſeſſoriam ventilare licet. *Inſtruct. ejus Cur. art. 19.* manente petitorio judicio ejuſdem cauſæ coram ordinario judice ventilando.

6 Sed & reſpectu plurium ejuſdem litis reorum ſub diverſis territoriis, & juriſdictionibus habitantium fundatur juriſdictio. Quomodo ſi inter plures familiæ erciſcundæ, de communi dividundo, aut finium regundorum agatur, omnes coram eodem judice conveniri poſſunt; *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur.*

7 Et ſi ex pluribus tutoribus unus, quod cæteri non ſint idonei, conveniatur, poſtulante eo, omnes ad eundem judicem mittuntur. *l. 2. ff. eod.* D. tit. *De quibus reb. ad eund. judicem eatur.*

8 Atque generaliter plures rei debendi, qui in diverſis civitatibus degunt, ne cauſæ continentia dividatur, in primâ inſtantiâ, ad ſuperiorem Provinciæ curiam, cui immediate ſubſunt, omnes ſimul vocati in praxi eſt receptum, *arg. d. l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. l. 10. Cod. de judic. l. 11. ff. de juriſdict. cap. fin. extra de Reſcriptis.* vid. Mynſinger. *centur. 1. obſerv. 4.* Zyp. *Not. Jur. Belg. tit. de judic. §. quibus de rebus.* Merul. *Prax. civil. lib. 40. tit. 40. cap. 3. num. 6.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 32.* Menoch. *de arbitr. judic. caſ. 371.* Berlich. *part. 2. deciſ. 220.* Parlador. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. 6.*

9 Idemque obtinet in actionibus realibus, quæ, ſi diverſa bona, diverſis juriſdictionibus ſunt ſubjecta, ad judicem ſuperiorem pertineant, aut, ſi plures perſonæ quæ in diverſis locis degunt, una eademque reali actione teneantur, omnes actione in rem, coram judice rei ſitæ conveniri poſſunt, *d. l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem jud. l. 2. & tot. tit Cod. ubi in rem actio.* Cod. tit. 1. 2. *Ubi in rem Actio exerceri debeat.*

Cod. iii. xxi. Ubi de Ratiocinus tam publicis quam privatis agi oporteat.

Atque eo pertinet, quod is qui aliena negotia ſive ex tutela, ſive ex quocunque alio titulo ad- 10
miniſtravit, ubi hæc geſſit, ibi rationes adminſtrationis ſuæ reddere debeat, *l. 1. & tot. tit. Cod. ubi de Ratiocin. agi oport. l. 54. ff. de Procurat. l. 45. ff. de judic. l. 36. §. 1. l. 19. §. 1. ff. eod.* Quod quidem noſtris & Gallorum moribus, non ad rei, ſive adminiſtrationis geſtæ locum, ſed ad judicem domus mortuariæ, ut vocant, reſtringitur. Sic ut Tutor rationes reddere teneatur apud eum judicem, qui tutorem dedit, aut confirmavit, quamvis alio loco res ſita aut adminiſtratio geſta ſit. *arg. d. l. 45. ff de judic. in fin. pr.* vid. Mornac. *obſerv. ad d. l. 1. Cod. ubi de ratiocin.* Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 166. num.* 8. Zyp. *Notit. Jur. Belgic. tit. de Juriſdict. verſ. ſed & tutela.*

Utrum vero Actori liberum ſit hoc nomine tutorem, ſive adminiſtratorem, vel in loco rei ge- 11
ſtæ vel in loco domicilii convenire? Affirmant Vultejus, & Weſenbec *ad d. l. 1. Cod. ubi de Ratiocinii.* Quos ſequitur Chriſtin. *d. loco*, & poſt eum Groeneweg. *de legib. abrog.* Sed quorum opinio & ratione & lege diſtinguitur. Ut quod forum ſpecialiter rationibus reddendis ſit præfixum, quia in eo loco ubi conſtituta, aut geſta eſt tutela ſive adminiſtratio ſufficiens eſt inſtructio, & nota ſunt teſtimonia, & veriſſima poſſunt documenta præſtari, *l. 2. in fin. Cod. ubi de ratiocinii.* Neque movet adductum argumentum ex *l. 19. §. ult. ff. de judic.* cujus à tutela, aut ſimili adminiſtratione manifeſta eſt diſtinctio, niſi quod, ad hoc ut eo loco rationes reddere condemnetur, coram ordinario judice ſuo conveniri poſſit, & ubi reus negat ſe de rationibus reddendis teneri, ad judicem competentem ſuum remitti, exceptione petere poſſit, *arg. l. ult. Cod. ubi in rem act. l. 2. Cod. de Juriſd.*

Cod. iii. xxvi. Ubi cauſæ fiſcales vel divinæ domus hominumque ejus agantur.

Ratione cauſæ, etiam de cauſis fiſcalibus pecuniariis, ſive ex contractu, ſive ex delatione ad 12
fiſcum pertineant, apud Procuratorem Cæſaris ejuſque rationalem diſceptatur. *l. 1. 2. & tot. tit. Cod. ubi cauſa fiſcal.* in criminalibus apud Præſidem Provinciæ, ejuſve Vicarium. *l. 3. Cod. eod.* In cauſis divinæ domus, hominumque ejus, quæ ad privatum Principis patrimonium pertinent, apud Comitem rerum privatarum, vel rationalem, lis, & judicium agitur. *l. 7. & l. penult. Cod eod.* In Criminalibus, etiam ad Provinciæ Præſidem, ejuſque adhibito Procuratore, vel rationali, privatæ rei cauſæ cognitio ſpectat. *l. 8. 9. 10. Cod. ubi cauſ. fiſcal.* Et coloni, inquilini, ſervi dominici, tam in Civilibus, quam criminalibus Præpoſitum ſacro cubiculo, & domorum Comitem, tam in agendo, quam in defendendo ordinarium habent judicem, *l. fin. Cod. eod.* Sed quod ad mores noſtros non pertinet.

In Hollandia cauſæ fiſcales, tam Criminales, quam Civiles & pecuniariæ indiſtincte ad Curiam Provincialem ſpectant ex præſcripto *Cur. Holl. Inſtruct. art.* 8. Vid. Merul. *Prax. lib. 4. tit. 2. cap. 2.* easque in Germaniâ ad Cameram Imperialem ordinarie pertinere teſtatur Andr. Gail *lib. 1. obſ. 1. num. 25. & obſerv. 20. per tot.*

Ea verò quæ ad ærarium publicum pertinent, veluti ſunt vectigalium, & tributorum cauſæ, & quæ circa ea controverſiæ oriuntur, ad judices commiſſarios cujuſque civitatis, vulgo, **Schepenen Commiſſariſſen/** in primâ inſtantiâ pertinent. Qui inter partes in urbe, & extra urbem in cujuſque diſtrictu ſuo, iis in rebus à Senatu deputatorum Hollandiæ, ordinum ſibi commiſſam, & demandatam exercent juriſdictionem. Ut latius ſupra *cap. 2.* Quibus adde, quæ ad ordinarium & competens juſtitiæ adminiſtrandæ forum pertinent.

Uyt de generale Ordonnantie des Gemeene-Lands Middelen, in de Landen van Holland ende West-Vrieſland.

Art. 17.

Ende indien eenige differenten ter ſaake van de voorſz verpachte Middelen/ 't zy tuſſchen den Ontfangers ende de Pachters/ hare Regters/ Medeſtanders oft Borgen/ ofte tuſſchen den Pachters/ Medeſtanders/ Borgen ofte Collecteurs onderling/ ofte tuſſchen de Pachters ende d'Officieren/ ofte eenige particulieren/ op de boeten/ breucken ofte in eenig ander geſchil/ ter ſaake vande gemeene Middelen/ ende deſe/ ende de particuliere Ordonnantie dependerende/ van de betalinge der beloofde Pagte quamen t'ontſtaan/ werden de Gecommitteerde gaande op de verpachtinge gelaſt ende geauthoriſeert/ 't geheele Collegie van Schepenen/ of eenige der ſelver te committeren ter deciſie van de voorſz. differenten/ ter plaatſe daar de ſelde ſullen vallen/ voor den welken de voorſz. differenten eerſt ſul-

Ex generali communium ærarii Hollandiæ tributorum Ordinat.

Art. 17.

Et ſi quæ prædictorum tributorum, ſive inter Quæſtores & Publicanos, eorundemque adſociatos, aut datos fidejuſſores, ſive inter Publicanos adſociatos & fidejuſſores inter ſe, aut Publicanorum cum Baljuis & Officiariis, aut eorundem cum privatis hominibus, quæſtio oriatur ſuper pœnis, aut aliis cauſis ad ærarium publicum, & haſce generales aut particulares ordinationes circa tributorum ſolutiones pertinentibus, commiſſarii ad elocanda tributa deputati mandantur & conſtituuntur, ut integrum Scabinorum collegium, aut aliquos ex iis deciſioni cauſæ committant, coram quibus eædem cauſæ in prima inſtantia peragantur, qui ad id certo & determinato cujuſque ſeptimanæ die, inter

ſen dienen / die gehouden ſullen zijn op ſekeren dag ter Weeke daer toe te præfigeren / partyen ſommaire ende de plano regt te doen / 't zy by abſolutie ofte condemnatie / ſonder de ſelve voor goeden Mannen te renvoyeren / ten ware daer toe merkkelyke redenen mogten dienen: Ook ſullen Schepenen geen langer uytſtel mogen geven / dan van drie dagen tot drie dagen / ofte eenige andere extraordinaris dilayen of uytſtel accorderen / ſoder voegen dat de ſaaken ten principalen ſullen weſen geoordeelt binnen den tyd van een Maant. Ende in gevalle yemant by Sententie van Schepenen magten verſtaan deſwaart / ofte langer dan den voorſz tyd uytgeſtelt te zyn / ſal de ſaake by provocatie ofte evocatie mogen betrekken voor de reſpective Collegien van de Gecommitteerde Raden / binnen den tyd van twee Maanden: Ende ſal de gecondemneerde in gangbaren gelde namptiſeren moeten / ſoo veel als tot voldoenige van de Sententie noodig is.

inter partes ſummarie & de plano ſive abſolvendo, ſive condemnando jus dicent, abſque remiſſione ad bonos viros, niſi urgente maxima ratione, neque longiores quam trium dierum dilationes partibus concedent, ita ut ipſa cauſa intra unius menſis terminum definitive terminetur. Et ſi quis eorundem Scabinorum deputatorum ſententiis ſe gravatum, aut ultra terminum cauſam indebite prolatam putaverit, illi ad Hollandiæ Ordinum Deputatos provocare, aut evocare intra duorum menſium terminum permittitur, ita tamen ut condemnatus paratâ pecuniâ conſignet, in quantum fuerit condemnatus.

Art. 18.

Die gene die erreur ſullen willen proponeren tegens Sententien by arreſte gegeven ter Vergaderinge van de Gecommitteerde Raden in den reſpective Quartieren / ſullen gehouden zyn binnen drie maanden van de pronunciatie / hare Requeſte over te geven ter Vergaderinge van de voornoemde Gecommitteerde Raden / ende daar beneffens te conſigneren de ſomme van hondert guldens / neemende over weder zyden pertinente concluſie in materie van propoſitie van erreur / ſal d'Impetrant gehouden zyn binnen drie Maanden / te rekenen van den dage der voorſz acte aen ons te verſoeken hem Adjuncten verleent te werden / om hare voorſz Proces te herſien / ende wederom te viſiteren / tot vyf in getale.

Art. 18.

Qui contra ſententias Hollandiæ Ordin, Deputatorum, per arreſtum, ut vocant, latas, errorem opponere voluerint, gravamina ſua per ſupplicationis modum intra trium menſium ſpacium tradere tenentur, eo ipſo conſignando centum florenos pro pœna ſi ſuccumbant, factâ utrimque concluſione in materia propoſitionis erroris uſitata, à qua impetrans intra trium ab inde menſium terminum, judicum adſeſſores requiret quinque, ut qui una eundem proceſſum reſumant & revideant.

13 Eadem ratione ad forum Eccleſiaſticum pertinent cauſæ Eccleſiaſticæ ſive ſpirituales. Quæ aliæ ſunt mere ſpirituales, ut ſunt, quæ fidei Chriſtianæ veritatem, ceremonias ſacras, & cultum divinum reſpiciunt, vel etiam eæ quæ ſunt ordinis, ut ſunt vocationes & ordinationes ſacræ miniſtrorum. Aliæ quæ dicuntur ſpirituales, ratione dependentiæ, & conſequentiæ, vel quæ reſpiciunt diſciplinam Eccleſiaſticam, vel controverſiaa de perſonis, & bonis Eccleſiaſticis. Aliæ quæ ſunt cauſâ mixtæ, quæ aliquando ad forum ſeculare pertinent, aliquando ad forum Eccleſiaſticum, Ut ſunt crimen adulterii, quod ad Eccleſiaſticorum cognitionem ſpectat, quoad ad thori ſeparationem, *cap. tua 5. extr. de procurat.* Item cauſæ matrimoniales, ſi quando de ipſa matrimonii ſubſtantiâ, vinculo, jure, & viribus agitur; *cap. lator. extr. de judic* juramentorum quæſtiones quatenus abſolutionem à peccato, ſeu remiſſionem ſpiritualem ſpectant, *cap. licet. de jurejur. in 6.*

Harum omnes cauſæ contra clericos, quæ ad ipſorum officium, & bona ſua mere Eccleſiaſtica ſpectant, ad forum pertinent Eccleſiaſticum. *cap. 1. cap. cum contingat. extr. de foro competenti.* ſive civiliter ſive criminaliter intenrentur. *cap conquerente extr. de offic. ord.* reſpectu vero rerum temporalium, clerici omnes juriſdictioni temporali ſubſunt. *cap. quo jure. diſtinct. 8. cap. nos ſi 7. quæſt. 2.* Et quoties de rebus, jure patrimonii privati ad ipſos pertinentibus, aut alias extra officium, vitam, & doctrinam, ac miniſterium ſuum lis movetur, vel ex contractu, aut alia cauſa mere civili conveniuntur, ordinarium judicem ſequi debent. Vid. Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 37. num. 3.* Georg. Tholoſan. *Syntagm. jur lib. 47. cap. 21. num. 28.*

Quæ quatenus moribus etiamnum ſerventur videndum eſt.

14 In Gallia & Belgii locis Pontificiæ religioni addictis, jus Canonicum hac in parte ſervari dubium nullum eſt. Et totius Germaniæ conſuetudine Principes & Status Auguſtanę confeſſionis, non tamen ea, quæ ordinis ſunt, per miniſtros Eccleſiæ obſervari curant, ſed & omnia quæ ſunt juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & legia Diœceſanæ per Epiſcopos conſiſtoriales, Diaconos, & Seniores Eccleſiaſticos exerceri curant, quæ peculiaria ibi ſunt judicia Conſiſtoria dicta, quibus Theologi pariter, & Politici præſunt. vid. Carpzov. *defin. conſiſt. tit. 1.*

15 In Helvetia ſingulę civitates peculiare conſiſtorium, in quo cauſę patrimoniales, cenſuræ morum, & ſimiles cauſæ agitantur, conſtitutum habent ex certo numero Adſeſſorum, adjunctis aliquibus de Theologorum aut miniſtrorum Eccleſiæ numero teſte Joann. Simler. *in Republ. Helvet. lib. 2. & 3.*

In Angliâ judicium, in quo cauſæ ad forum conſcientiæ pertinentes ventilantur, appellatur, 16
Curia Chriſtianitatis, quam hodie nemini præterquam Regi ſubeſſe ſcribit Thomas Siml. *de Repub. Anglor. lib. 11. cap. 11.*

In Belgio reformato, ab ipſa Chriſtianæ religionis reformatione Eccleſiaſtici, amiſſis eorum 17
privilegiis, quoad judiciale forum, in omnibus & per omnia Laicorum inſtar habiti ſunt, neque alia penes Eccleſiaſticos cura aut poteſtas remanſit, quam quæ eſt ordinis divini, ut ſunt vocationes, & ordinationes ſacræ miniſtrorum, prædicatio publici verbi divini, Ceremoniarum cultus, & reliqua, Sacramentorum adminiſtratio, poteſtas ligandi, & abſolvendi, cenſura Eccleſiaſtica, & excommunicatio à Sacrâ Synaxi, & ſi quæ plura ipſum miniſterium reſpiciant. Nec ipſi Eccleſiaſtici privative huic muneri præſunt, ſed his Adſeſſores Politici adjunguntur, qui cum illis, & cum Diaconis, & Senioribus ſuis collegium conſiſtoriale conſtituunt, ideo forte de jure Paſtoris aliquid remittatur, nec Paſtoribus negotiis ſecularibus ſe implicare permittatur. In pagis vero ipſi Paſtores cum Diaconis & Senioribus ſuis collegium, nullo accedente Adſeſſore Politico conſtituunt.

Hi ſingulis fere ſeptimanis conveniunt, & ſi quæ res ſit quæ communem Eccleſiarum ſpectat ſocietatem, aut ſi ab aliquo, eo provocetur ad claſſem, id eſt, plurium Eccleſiarum ſub eo diſtrictu pertinentium, ſingulis menſibus, collationem, differtur, à quo iterum ad Synodum Provincialem, quæ quotannis per vices, in hac aut illa civitate haberi ſolet ulterior provocatio admittitur. Sic ut apud nos, non penes unum Eccleſiæ Epiſcopum, ſive Paſtorem juriſdictio Eccleſiaſtica reſideat, ſed & penes Præsbyteros & Diaconos, qui una cum Eccleſiæ Paſtoribus Senatum quaſi Eccleſiaſticum conſtituunt: Quocirca anno 1591. ab Hollandiæ ordinibus ita cautum eſt.

Art. 28.

Dat van nu voortaan in den Lande van Holland ende Weſt-Vrieſland / driederhande kerkelijke t'ſamenkomſten ſullen werden onderhouden: te weten / de Kerkenraad van elke plaats / de Claſſicale Vergadering van elk Quartier / ende de Provinciale Synode van den voornoemden Lande / ende dat in de voorſeyde t'ſamenkomſte geen andere dan Kerkkelijke ſaaken / op kerkkelijke wijſe gehandelt ſullen werden / mits dat in meerder vergaderinge niet gehandelt en ſal werden / dan het geene in minder niet heeft konnen affgedaan werden / off dat tot de Kerkken der meerder vergaderinge in 't gemeen behoort / etc.

Art. 28.

Ut in poſterum in Hollandiæ Weſt-Friſiæque territorio, trinus exerceatur Eccleſiaſticorum conventus, concilium ſcilicet Eccleſiaſticum cujuſque loci, Claſſicalis conventus cujuſque ſtationis, & Provincialis Synodus totius diſtrictus. Neque in prædicto cœtu aliæ quam mere Eccleſiaſticæ cauſæ ventilentur, & tales quæ in minori cœtu definiri non potuerint, aut ad communem majoris cœtus cauſam immediate pertinent.

Art. 29.

Dat den voorſeyden Kerkken-raad alle weeken gehouden ſal werden by den Dienaar off Dienaars des Woords / met de Ouderlingen van yders Kerk / mits dat ter plaats / daar 't getal der Ouderlingen kleyn is / de Diakonen daar by gevoegt ſullen werden. Dat ook de Magiſtraat / ofte Regeerders van Steden off Dorpen vry ſal ſtaan / om yemant van haar daar by te voegen / om op alles opſigt te hebben / ende te helpen adviſeren / is 't nood.

Art. 29.

Ut prædictum concilium Eccleſiaſticum ſingulis ſeptimanis exerceatur, à verbi Miniſtro adjunctis Senioribus cujuſque ſuis, ita ubi minor Seniorum numerus ſit, Diaconi conjungantur. Utque Civitatum, Oppidorumque Magiſtratui politico liberum ſit, aliquem eo deputare, qui peragenda ſcrutetur, & ſi quando opus ſit, eis, quid ſit agendum, voto ſuo conſulat.

Art. 30.

Dat in elk Quartier ſulx die tegenwoordig verdeelt zijn / ter bequamer plaatſe viermaal 's Jaars een Claſſicale vergaderinge gehouden ſal werden / die van de Magiſtraten van de Steden / daar de ſelve gehouden werden / daar mede over geroepen zynde / daar in vergaderen ſullen ten minſten een Dienaar met een Ouderling uyt elke Kerkke van de Steden / met de Dienaars van de Dorpen van 't Quartier.

Art. 30.

Ut cujuſque territorii, prout nunc diſtincta ſunt, trimeſtris ſit conventus Claſſicalis, idoneo loco, ad rogato loci Magiſtratu, indicendus. Ubi compareat ad minimum unus, ex verbi divini Miniſtris Civitatis, cum Seniori ſuo, una cum verbi Miniſtris Oppidorum ejuſdem ſtationis.

Art. 31.

Dat voorts alle Jaar opten tweeden Woonſdag naar Pinxtren / een Provinciale Synode van alle Kerkken van Holland ende Weſt-Vrieſland gehouden ſal werden / daar in vergaderen ende ſtemmen ſullen Doctors Theologie van de Univerſiteyt van

Art. 31.

Ut protenus quotannis ſecundo Mercuriali, poſt Pentecoſtes feſtum, Provincionalis omnium Hollandiæ Weſt Friſiæque Eccleſiarum habeatur Synodus, ubi compareant, & vota conferant Theologiæ Doctores Univerſitatis Leydenſis urbis, una cum duobus

cujuſ-

Leyden / met twee Dienaars ende een Ouderling by elke Claſſe daar toe te committeeren / etc.

cujuſque Claſſis, verbi Miniſtris, adjuncto uno Seniore, eo ex ſingulis Claſſibus deputato.

Art. 33.

Soo yemant ſuſtineeren wil door de aanſpraake der mindere vergaderinge verongelijkt te zijn / de ſelve ſal tot meerder beroepen / ende 't gene by den voorſeyden Provincialen Synode de kerkkelijke ſaaken aangaande beſloten werdt / ſal voor vaſt ende bondig gehouden werden.

Art. 33.

Si quis à minori cœtu ſe gravatum putet, ad proxime ſuperiorem provocare poterit, & quod à Provinciali Synodo fuerit concluſum, ratum, ac firmum habebitur.

Quod ad cenſuram Eccleſiaſticam pertinet, in quibus & quomodo illa exerceri debeat, iidem Hollandiæ Ordd. dicta ordinatione inter cætera decreverunt.

Art. 34.

Ende ten eynde de kerkkelijken Cenſuren (daar door men nogtans niet en verſtoot yemant van de ſtraffe der Politijque Regten te bevryden) in den Lande van Holland ende Weſt-Vrieſland met goede ordre gebruykt mogen werden; ſoo werdt geſtatueert / ſoo wanneer yemant tegens de ſuyverheyt der Leere / ofte vroomigheyt des wandels geſondigt ſal hebben / ende de ſonde heymelijk is / ende geen openbaare ergerniſſe gegeven heeft: ſal als dan den regel onderhouden werden door Chriſtum / Matth. 18. voorgeſchreven: Soo dat indien den ſondaar by een in 't byſonder / ofte door twee off drie getuygen vermaant zijnde / berouw heeft / 't ſelve voor den Kerkken-raad niet gebragt en ſal werden / maar ſoo hy van twee off drie vermaant zijnde geen gehoor en geeft / ofte anderſints een openbare ergerniſſe ofte ſonde heeft bedreven / ſulx ſal van den Kerkken-raad aangegeven werden; ende ſoo deze hy de vermaningen vanden Kerkken-raad hardnekkelijken verwerpt / ende geen verklaringe van leedweſen voor den Kerkken-raad wil doen / ſoo ſal hy van den Avondmaal gehouden werden: Ende indien hy affgehouden zijnde / naar verſcheyde vermaningen geen verklaringe van boetveerdigheyt wil doen / ſoo ſullen die van den Kerkken-raad / 't ſelve den Magiſtraat / dat is Burgermeeſteren ende Schepenen in de Steden / ofte Hooft-officier met ſijn Mannen ofte Regters ten plotten Lande aangeven / ende by henluyder conſent tot de uytterſte remedie / te weten openbaare ende naamkundige affsnijdinge komen; maar ſoo deze die van de Magiſtraat ſwarigheyt maken / om in de voorſeyde affsnijdinge te conſenteeren / ende die van de Kerkken-raad nogtans dunkt der Kerkke noodig te zijn / ſoo ſal de ſaak gebragt werden in den eerſten Provinciale Synode alſdan te houden / etc.

Art. 34.

Ut autem Eccleſiaſtica Cenſura (qua tamen nihil civilibus pœnis ac coërcitionibus derogatum volumus) in Hollandiæ Weſt Friſiæque Provincia debito exerceatur ordine, ſtatuendo cavetur: Ut ſi quis contra religionis normam, aut vitæ probitatem commiſerit, & peccatum fuerit privatum, ut nulli publicam dederit offenſionem, ſervetur regula à Chriſto, Matth. 18. præſcripta. Ita ut peccans ab uno, duobus, aut tribus teſtibus admonitus, pœnituerit peccati ſui, ad Eccleſiaſticum tribunal non ſit remittendus, ſi vero à duobus aut tribus admonitus, pœnitere noluerit, aut alias publicum coram omnibus ſcandalum & offenſionem dederit, tribunali Eccleſiaſtico innoteſcet, & ſi forte admonitioni ejuſdem non paruerit, & pertinaciter perſeveret, neque pœnitentiæ confeſſionem aliquam fecerit, à Sacræ Synaxis communione ſuſpendetur, à qua ſuſpenſus, ſi renuerit interim admonitionibus parere, & pœnitentiæ palinodiam omnium detrectaverit, id ipſum ab eodem tribunali Eccleſiaſtico cum Magiſtratu Politico, id eſt Civitatum Conſulibus ac Scabinis, & Oppidorum Officiali & Judicibus Ordinariis communicabitur, ut eorundem conſenſu ad ultimum publicæ ſcilicet excommunicationis remedium procedatur, ſi vero Magiſtratus Politicus id ipſum ex cauſa differat, aut declinet, perſiſtente Eccleſiaſtico tribunali, cauſa ad proximam Provincionalem Synodum ventilanda remittitur, ſi [illegible] ita videatur.

19 Ratione cauſæ ad forum ſive judicium feudale ſpectant res mere feudales. Quomodo jure ſcripto in feudis Regalibus, & iis quæ ad ea pertinent ſolus cognoſcit Imperator. *cap. unic. apud quem vel quos controv. feud. defin.* In feudis non Regalibus, inter Dominum & Vaſallum, Pares Curiæ judices ſunt legitimi, *cap. unic. De alienat. feud. & cap. unic. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Qui ad id fidelitatis onere ſunt adſtricti. *cap. ult. Quo temp. milit. inveſtit. pet. deb.* Si inter Vaſallos lis ſuper feudo oriatur, ipſe Dominus competens erit judex. *cap. 1. §. præterea De prohib. feud. alienat.*

Dixi, *in rebus mere feudalibus*] Quia eædem res pro circumſtantiarum ratione diverſo jure cenſeri poſſunt, ſoletque feudalis quæſtio reſtringi ad ea, quæ proprie ad ipſum feudum pertinent, veluti ſi inter Dominum & Vaſallum quæſtio ſit, aut inter Vaſallos de jure feudali, & ad feudi proprietatem pertinente contendatur. Alias ſi de communi jure rei feudalis quæſtio ſit, veluti ſi ſervitus vindicetur, ſi de mutuo, depoſito, pignore, vel damnis, ex quibus tandem diſtrahi poſſet res feudalis, agatur, prædium feudale, non ut feudum, ſed ut res quælibet debitoris conſideratur cujus juriſdictio ad ordinarium ſpectat judicem, ut poſt Bald. Socinum, Imolam, Hoſtienſem, Anchoranum, Jaſonem, Menochium, & Grammaticum notat Frideric. à Sande *ad conſuetud. feud. Gelr.*

Gelr. tract. 3. *cap.* 1. §. 2. Vide etiam Gudelin. *de jure feudali*, *part.* 6. *cap.* 1. Chriſtin. *vol.* 6. *deciſ.* 80.

In Hollandiâ indiſtincte omnes rerum feudalium cauſæ, ad dominium Hollandiæ Comitatus 20 immediate pertinentium ex conſtitutione feudali Anni 1519. ad duodecim Curiæ Pares ad id electos in primâ inſtantiâ pertinebant.

Sub infeudationum quæſtiones, ſi inter Dominum & Valvaſorem quæſtio eſſet, ad eoſdem Curiæ Pares ſpectabant. Aliæ vero omnes cauſæ in primâ inſtantiâ coram ipſo domino ſubalterno ejuſque paribus diſceptatę per provocationem ad eos devolvebant. **Inſtruct. van den Leen-Hove** / *art.* 2. *junct. noviſſ. ampliat. art.* 5. Sed quæ ingruente tumultu Bellico inter Confœderatos Ordines, & Hiſpaniæ Regem paulatim ad Hollandiæ Curiam ſpectare cœperant, vid. Grot. *Introd. Juriſpr. Batav. lib.* 2. *cap.* 41. *circa fin.* ubique idem eum cæteris procedendi ordo, ac modus ſervabatur, Quod demum ab Hollandiæ Ordinibus per noviſſimam Curiæ feudalis inſtructionem 7. *Aprilis* 1661. mutatum eſt. Secundum quam renovata iterum Caroli V. Curiæ feudalis inſtructione, anni 1519. quibuſdam additis, quibuſdam detractis, novum iterum rerum feudalium collegium, ex rerum feudalium Vice Comite, & Curiæ Hollandiæ Præſide ac Senatoribus Vaſallis erectum eſt, coram quo indiſtincte omnes rerum feudalium ad Hollandiæ Comitatus dominium immediate pertinentium, cauſæ in primâ inſtantiâ, reliquarum quæ inter Dominum & Valvaſorem agitantur, ibidem primo, aliæ vero inter Valvaſores inter ſe ortæ quæſtiones, coram cujuſque Curiæ paribus primo intentatæ, per provocationem ſecundo diſceptarentur: exceptis ſolum ſervitutibus prædiorum Urbanorum, aut ruſticorum, quæ coram judice ordinario competenti, in primâ inſtantiâ ventilabuntur, *d. Inſtruct. noviſſim. art.* 2. 3. 5. *&* 7. Quæ cum fori ſive juriſdictionis ſummam contineant hiſce inſerere voluimus.

Art. 1.

Eerſtelijk / dat het voornoemde Leen hoff ſal zijn ende blijven geconſtitueert uyt den Stadthouder van onſe Leenen / ende de Hollandſche Preſident ende Raden van onſen Hove inder tijd weſende / die daer inne recht ende Juſtitie ſullen hebben te adminiſtreren op den Eedt bij henluyden in 't aanvangen van de voornoemde haare reſpective bedieningen gedaan werdende; Des dat de gemelte Stadthouder / Preſident ende Raaden / nu ter tijd weſende / ende naermaals te eligeren / ſullen moeten weſen effective Leen-mannen.

Art. 1.

Primo, ut prædictum feudale forum conſtituatur ex rerum feudalium Vicario & Curiæ Hollandiæ Præſide & Conſiliariis Hollandiæ, qui earundem cauſarum jus & juſtitiam adminiſtrabunt, ſub juramento in auſpiciis ſuæ commiſſionis præſtito. Ita tamen ut dictus Vicarius, Præſes ac Conſiliarii electi, aut poſtmodo eligendi etiam ſint veri Vaſalli.

Art. 2.

Dat dienvolgende de voorſz. Stadthouder / Preſident ende Raaden van onſen Leen-hove / voor ſoo veel het ſtuk van de Leenen betreft / met het gene daar aan dependeert / onſe Hoogheyt / Domainen / Regten ende geregtigheden ſullen hebben gade te ſlaan / ende de ſelve getrouwelijk te helpen bewaren naar behooren; ende voorts privativelijk ende alleen hebben de kenniſſe / judicature ende deciſie ten petitoire van alle ſaaken Leen-goederen van den voornoemden onſen Landen concernerende / (behoudelijk dat de ſelve geen ſaaken onſe Regten / Hoogheyt / Heerlijkheyt / ende Domainen raakende ſullen termineren / ſonder daar op alvoorens gehoort te hebben de Raaden ende Meeſters van de Rekeningen der voorſz. onſe Domainen.)

Art. 2.

Ut prædicti Vicarius, Præſes, ac Senatores feudalis fori, quoad jura feudalia cum appertinentiis ſuis, præexcellentiam, Domanium & competentia jura noſtra fideliter ſervent ac decore tueantur, ac privative cognoſcant, ac judicent in petitoriis omnium feudalium cauſarum territorii noſtri (ita tamen ut nullam cauſam, præexcellentiam, Domanium, aut jura noſtra concernentem determinent, niſi requiſito prius judicio Magiſtrorum ac Rationalium Domanii noſtri.)

Art. 3.

Te weten eauwelijks / ende ter eerſter inſtantie van alle Leenen / die van ons immediatelijk werden gehouden ende verheven / 't zy aangaande den Eygendom / Schulden / Capitalen / Renten / ofte andere laſten ofte verbinteniſſen / hoedanig de ſelve ook genaamt ſouden mogen werden daar op gehypotheceert ofte geconſtitueert (mids dat de queſtie die over ſervituten prædiorum urbanorum aut ruſticorum op Leen-goederen ſouden mogen voorvallen ter eerſter inſtantie getermineert ſullen werden by den ordinaris competenten Regter / daar de

Art. 3.

In prima nimirum inſtantia omnium feudorum immediate à nobis collatorum, tam ſuper proprietate, debitorum, redituum, quam aliorum eorundem obligationum, nullo excepto, iis impoſitorum, (ita tamen ut quæſtiones prædiorum tam urbanorum quam ruſticorum ſervitutibus, iiſdem rebus feudalibus impoſitorum in prima inſtantia coram judice loci competente terminentur) uti & quæſtiones finium regundorum nomine inſtitutæ, aut ſimiles, quam-

ſelve tot nog toe gebragt zijn/) insgelijks over Li-mit-ſcheydingen van Leenen onderlinge/ ende dergelijke/ mitſgaders over Juriſdictien/ aanwaſſen/ prerogativen/ ende alle andere Regten ofte geregtigheden/ die men uyt kragten van eenige Leenen ſoude mogen ende willen pretenderen; als ook rakende de dienſten die men ter ſake van Leenen aan ons ſchuldig is/ met het gene verder daer aan dependeert.

quemadmodum & juriſdictionis & juris accreſcendi alteriusve prærogativarum, & jurium cauſæ, quæ ratione juris feudalis moveri poſſent, etiam ratione ſervitiorum nobis debitorum, cum appertinentiis ſuis.

Art. 5.

Dat voorts die van den voorſz. Leen-hove van Sententien gewesen in materie van Leenen gehouden werdende van onſe Vaſallen/ mitſgaders van Vonniſſen gewesen by Meeſter-knapen van onſe Houtveſterye/ ſoo over de qualiteyt ende conditie van de Perſoonen/ als anderſints/ de kenniſſe ſullen hebben by Appel ofte Reformatie/ mits alvoorens geconſigneert zijnde de boeten in conformité van de naerdere Ampliatie der Inſtructie van onſen Hove/ de Anno 1644.

Art. 5.

Ut porro prædicti noſtri judices feudales ſuper ſententiis in materia feudali à noſtris Vaſallis latis, uti & rerum ſaltualium à ſaltuario & adſeſſoribus latis, per modum appellationis, aut reformationis cognoſcant, conſignata prius frivolæ appellationis pœna, ſecundum noviſſimam Curiæ Hollandiæ inſtructionis ampliationem, anni 1644.

Art. 7.

Gelijk mede 't voorſz. Leen-hof ter eerſter inſtantie kenniſſe ſal nemen van ſaaken Agter-leenen raakende/ ſoo wanneer dienthalven queſtie ofte geſchil ſal weſen ontſtaan tuſſchen de Vaſal-heeren/ ende haare onder-Leen-mannen/ ofte dat partyen by prorogatie van Juriſdictie haar de kenniſſe van den voorſz. Leen-hove dier aangaande ter eerſter inſtantie ſullen hebben onderworpen.

Art. 7.

Inſuper prædicta Curia feudalis in prima inſtantia cognoſcet ſuper cauſis Valvaſorum, ſi modo quæſtio ſit inter Vaſallos noſtros, & eorundem Valvaſores, aut ſi partes per prorogationem ſe ejuſdem Curiæ juriſdictioni in prima inſtantia ſubjecerint.

21 In Gelriâ etiam feudi contentiones ad feudale ſpectant judicium, in quo dominus ejuſve vicarius imperio præeſt, & quæ imperii ſunt imperat, permittit, prohibet, ſive Vaſalli Pares Curiæ litigantium cauſas ſoli cognoſcunt, ac judicant; quod etiam reſtringitur ad actiones mere feudales, in cæteris, ut ſi de prædii feudalis ſervitute, de jure Alluvionis, de aggerum onere, de annuis reditibus, de cenſibus &c. agatur, ordinarius judex, ad quem res ea pertinuit, competens eſt, per ea quæ tradit Sande *ad conſuetud. feudal. Gelriæ tract. 3. cap. 1. §. 1. num. 1. & num. 6. & §. 2. num. 2. 3. 4. & ſeq.* Quibus adde, quod & per Curiæ provincialis inſtructionem anni 1574. *art.* 16. generaliter atque indiſtincte, omnes feudorum poſſeſſoriæ conventiones, ad ſolum Supremum Senatum ſpectare cautum ſit. Vid. eund. Sand. *d. §. 2. num. 12. circa fin.* Et de procedendi modo in cauſis feudalibus exſtat *Statut. Tranſiſulan. part. 2. tit.* 24.

22 In Galliâ in cauſis feudalibus coram domino & Curiæ Paribus, eodem fere modo proceditur, ut ſi quæratur de illis, non in quantum ſunt feuda, ſed in quantum ſunt fundi, res patrimoniales, & bona in genere, eo caſu regantur, ut reliquum patrimonium. Si vero de illis quæratur, in quantum ſunt feuda, ut quoad jura dominicalia reſpectu dominii directi, ſucceſſiones reſpectu Vaſalli, vel de aliâ feudi qualitate, eo dominus & Pares Curiæ judices fiant legitimi, cum hac diſtinctione, ut primo loco attendi debeant pacta, & conventiones inveſtituræ, ſecundo conſuetudines cujuſque præfecturæ, tertio jus commune & generale regni, & conſuetudines vicinæ. Quibus deficientibus demum jus commune Romanum locum habet, per ea quæ tradit Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ. lib. 1. tit. des fiefs num.* 105. *&* 111.

23 In Provinciis electoratus Saxonici in feudis ſingularis procedendi modus olim pro eſſentiali erat ſolemnitate, & ſubſtantiali formâ: cujus uno omiſſo totus proceſſus erat nullus, de quo late Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 7. 8. 9. 10. Matth. Berlich. *pract. concluſ. part. 1. concluſ.* 61. Quem etiamnum in Marchiâ, Sileſiâ, aliiſque inferioribus Saxoniæ Provinciis ſervari teſtatur Carpzov. *definit. forenſ. part. 1. conſtit. 27. defin. 1. in fin.* In cæteris vero electoratus provinciis, abrogatis iis, coram Curiæ Paribus, ad id alternatim electis, & convocatis, ſecundum jus feudale commune proceditur. Ita ut ſi dominus unum elegerit, Vaſallus eligat ſecundum, ſi dominus tertium, Vaſallus quartum, & ſic deinceps uſque ad numerum parem, à domino comprobatum, viciſſim eligant. Referente eod. Carpzov. *defin. forenſ. d. part. 1. conſtit. 27. defin. 2. & ſeq.*

24 Huc etiam referri poſſunt, quæ de judicio militari, & Saltuenſi ſupra *cap.* 2. dicta ſunt. Quo lectorem remiſiſſe ſuffecerit.

25 Itemque ea quæ de collegio ſeptemvirali ad rei maritimæ cauſas conſtituto, vulgo het Collegie

Digitized by Google

gie van de Admiraliteyt/ eodem capite tractantur. Quibus adde quæ circa ejuſdem collegii judiciariam inſtructionem tractat & producit Matth. vander Houv. Chronici ſui *lib.* 1. *cap.* 7.

CAP. XV.

De ſoro competenti ratione exiſtentiæ perſonæ vel rei, ubi de Arreſtis.

SUMMARIA.

1. *Arreſtum unde dictum ejuſque definitio.*
2. *Aliud eſt quod ob ſecuritatem debiti ex neceſſitate & rationabili cauſa conceditur, veluti propter dilapidationis, aut ſuga ſuſpicionem, eſtque velut prætorium pignus.*
3. *Aliud quod in ſola conveniendi facilitate conſiſtit, ut alium juriſdictioni noſtra ſubjiciamus.*
4. *Quod contra jus Romanum, ac proinde ex ſtatutis ſive moribus & jure non ſcripto dijudicandum.*
5. *Qui arreſtare poſſunt, vel non, remiſſive.*
6. *An Procurator ad lites abſque ſpeciali mandato arreſtare poſſit? Affirm.*
7. *An conſortes ejuſdem litis, conjuncta perſona, & ſocii ratione ſocietatis poſſint? Affirm. dummodo de rato caverint.*
8. *Qui arreſtari poſſunt vel non, & pro quibus debitis.*
9. *An etiam arreſtum fieri poſſit pro debito quod in diem aut ſub conditione debetur? Affirm.*
10. *An & quatenus fidejuſſores, & reliqui qui fidem ſuam pro aliis interpoſuerint arreſtari poſſint.*
11. *An & heres pro defuncti debito arreſtari poſſit.*
12. *Debitoris debitor an & quando arreſtari poſſit.*
13. *An & quatenus, Procuratores, Mandatarii, Negotiorum geſtores, Factores, Inſtitores.*
14. *An & quatenus Tutores, & Curatores minorum arreſtari poſſint.*
15. *Ab arreſto quod ſolum utilitatis & juriſdictionis conſtituenda cauſâ intenditur, immunitatem habent Senatores, Conſiliarii, Advocati, Procuratores, qui intra numerum ſunt.*
16. *Civis Concivem multis in locis extra territorium ſuum arreſtare prohibetur.*
17. *Eo privilegio gaudent Brabanti: quod pluribus probatur.*
18. *Idem cautum jure Lubecenſi, & ſtatuto Hamburgenſi.*
19. *In Hollandiâ ubique fore expreſſa conſtitutione obtinet.*
20. *In Provincia Ultrajectina, & Gelria Ducatu.*
21. *Majorum Hollandia Civitatum incola à paganis ruri pro perſonali actione arreſtari non poſſe probatur.*
22. *Quibuſdam etiam locis duo exteri ejuſdem domicilii ſe invicem coram judice non ſuo arreſtantes à judicio repelluntur.*
23. *An qua de Civibus dicta ſunt, etiam ad incolas, qui ordinarii Cives non ſunt, poſſit extendi? Affirm.*
24. *An minorum Civitatum Cives & incola eodem cum majoribus gaudeant privilegio? Affirm.*
25. *Quæ res, & quæ bona arreſtari poſſint, vel non.*
26. *Ab arreſtis eximuntur libri Studioſorum.*
27. *Inſtrumenta ruſtica.*
28. *Ea quæ ad victum & alimenta deſtinata ſunt.*
29. *Quibus annumerantur, Advocatorum, Profeſſorum, & Eccleſia Miniſtrorum ſtipendia.*
30. *Cadaver, & mortui debitoris corpus arreſtari non poteſt.*
31. *Res neque bona eorum qui in magnis Hollandia Civitatibus degunt pro perſonalibus debitis extra Civitatem arreſtari non poſſunt.*
32. *Res aliena arreſtari non poteſt.*
33. *An res noſtra quæ & quatenus aliis obligata eſt arreſtari poſſit? Affirm.*
34. *An res alibi ſita in perſona alibi reperta arreſtari poteſt, ad hoc ut præſtetur id, pro quo res illa obligata eſt.*
35. *An & quæ loca ab arreſtis ſint immunia, ubi de Aſylis templorum, Monaſteriorum, aliorumque locorum ſacrorum, remiſſive, & de Toparcharum quorundam immunitatibus, quæ obæratis & fugitivis debitoribus impartiri ſolent.*
36. *An in nundinis & emporiis omnis arreſta fieri poſſint, & quouſque earundem immunitas extendi poſſit.*
37. *An in feriis, & diebus feſtis arreſtum fieri poſſit.*
38. *In quibus immunitas in arreſtando non attendatur.*
39. *Per quas perſonas arreſtum fieri debeat.*
40. *Arreſtandi modus ac forma in Hollandia Curiâ, ac Civitatibus remiſſive.*
41. *Relaxatio arreſti ſub cautione.*

FUndatur etiam judicis competentia ſive juris exequendi poteſtas, per apprehenſionem perſonæ, vel rei, in ejus territorio exiſtentis, vulgo, *Arreſtum*, ita dictum à Gallica voce *Arreſt*, de- 1

detentio, retentio, mora, *Arreſter*, ſiſtere, retinere. Eſtque legitima retentio, qua perſona vel res alicujus, ex aliqua cauſâ, publicâ auctoritate detinetur, ita ut nobis invitis, aut ſine expreſſa judicis licentia, ex illo loco, negotio nondum ſopito, auferri non poſſit. Vid. Pecc. *de jure ſiſtendi cap. 1. num.* 4. Quintilian. Mandoz. *tract. de Monitor. quæſt.* 8. *num.* 1.

2 Alia eſt quæ ob ſecuritatem debiti ex neceſſitate, & rationabili cauſa intenditur, veluti propter dilapidationis, vel fugæ ſuſpicionem, quo caſu juri communi eſt conformis, & eum miſſione in poſſeſſionem comparatur, præſertim in iis locis, ubi pignus prætorium conſtituit, & exigendi privilegium creditori præſtat. *arg. l. 7. §. 1. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* facit etiam *l. 10. §. 12. ff. Quæ in fraud. credit.*

3 Alia quæ in ſolâ utilitate agentis conſiſtit, veluti, ſi civem Amſtelodamenſem, potentem ac divitem, qui in ſuo foro tam facile conveniri non poſſet, ut mei judicis juriſdictoni ſubjiciatur, utque ſumptus: & itineris incommodum evitem, hic Lugduni in perſona aut bonis ſuis arreſtari curem, quo arreſtandi modo, hodie nihil uſitatius eſt, ſed qui Romanis incognitus, & contra jus civile eſt, ſecundum quod omnium actionum principium, ab ea parte edicti proficiſcitur, qua Prætor de in jus vocando edicit, *§. fin. Inſtit. de pœn. tem. litigant.* omneſque rei, coram alio judice quam
4 cui ſubjecti ſunt conventi, domum revocandi jus habent, *l. 2. ff. de jud.* ideoque non ex civili jure, ſed ex ſpeciali ſtatuto, aut jure non ſcripto, ſive moribus & conſuetudine dijudicari debet. Hanc etiam diſtinctionem facit Quintilian. Mandoz. *d. tract. de Monitor. cap.* 8. *num.* 5. eumque ſecutus Pecc. *de jure ſiſtend. cap. 2. num.* 4. & poſt eum David Mævius, *de Arreſtis cap. 3. num.* 30.

5 Arreſtare poſſunt omnes qui pro ſe aut pro aliis, in jus vocare poſſunt, & legitimam perſonam ſtandi in judicio habent. De quibus ſupra *cap. 5. 6. & 10.* Unde etiam ſatis liquet de his, qui perſonas vel res alterius ſiſtere, vel arreſtare non poſſunt. Sed quum moribus noſtris cuilibet fere ſuo periculo arreſtum intentare permittitur, etiam minoribus, prodigis, mulieribus nuptis, aliiſque, præſertim ubi periculum eſt in morâ, arreſtum inſtituere, haud denegari poſſe putem: modo de raro tutorum, curatorum aut maritorum ſuorum, quorum in poteſtate ſunt, cavere ſint parati, *arg. l. 35. ff. de procurat. & §. 3. Inſtit de Satiſdat.* Sed magis dubitatur de his qui alieno nomine arreſtum petunt: veluti de Procuratore cum mandato generali, de conſortibus litis, & conjunctis perſonis, an hi eodem jure gaudeant?

6 De procuratore ad lites conſtituto, licet ſpeciale arreſtandi mandatum non habeat, eum arreſti ac prehenſionis jure uti poſſe non ambigitur. Quia conceſſo uno, omnia videntur conceſſa, per quæ ad illud quoquo modo perveniatur. *arg. l. 2. ff. de Juriſdict.* Et procuratori habenti mandatum ad cauſas, omnia neceſſaria antecedentia videntur mandata, *l. 56. l. 61. ff. de procur.* eique omnia licent, quæ non inveniuntur prohibita. Vide Nicol. Everhard. *in locis legalib. à conceſſione conſequentis.* Quod ex Rebuff. *ad conſtit. Regias tom. 1. art. 6. gloſſ. 5. num.* 59. expreſſe de arreſto affirmanti, & Roderic. Suarez. *ad l. poſt rem. 56. ff. de re judic.* Alexand. *conſil. 133. vol.* 6. Joannes Caccialupi, *tract. de debitore ſuſpecto 2. quæſt. arg. l. 1. §. 2. ff. de procur.* aliiſque multis probat Pecc. *de jure ſiſtend. cap. 3. num.* 4. Neque alio ſenſu accipi debere putem, quod à Carpzov. *Juriſprud. forenſ. part. 1. conſtit. 29. defin.* 14. & Berlich. *pract. concluſ. part. 1. concluſ.* 74. *num. 7. & ſeq.* aliiſque ibidem citatis ſtatuitur, alterius nomine abſque ſpeciali mandato, à nemine arreſtum impetrari, eatenus ſcilicet ſpeciali mandato, ut ad lites, vel cauſas ſpecialiter ſit conſtitutus is, qui alterius nomine arreſtum intendit. Diſſentit David Mævius *de arreſtis cap. 7. & ſeqq.*

7 Eodemque fundamento de conſortibus ejuſdem litis, qui cauſam & litem pro conſortibus tam agendo, quam defendendo ſuſcipere *l. 2. Cod. de conſortib.* & conjunctis perſonis, quæ etiam ſine mandato pro conjuncta perſona agere. *per l. 3. ff. ſolut. matrimon. l. 22. §. fin. ff. de furt. junct. l. 5. §. 1. Cod. de advocat. diverſor. judic.* diximus ſupra *cap.* 6. idem ſtatuendum eſt: modo de ratihabitione caverint, *§. 3. Inſtit. de Satiſdat. junct. l. 35. ff. de Procurat.* vid. eund. Pecc. *d. tract. de jure ſiſtendi cap. 3. num. 8. & 10. & num* 9. ubi idem de ſociis, & his cum quibus aliquid nobis commune eſt affirmat *arg. l. 68. ff. pro ſocio. junct. l. 5. §. 11. ff. ut in poſſeſſ. legator.* Adde David. Mæv. *De arreſt. cap. 7. num. 33. & ſeq.* Alexand. Trentacinq. *part. 2. var. reſolut.* 7. 8.

8 Arreſtari poſſunt generaliter omnes debitores, vel bona eorum ubicumque ſita, quos aliqua ex cauſa convenire licet, ut quid aut ſolvant, aut faciant, ſi ex neceſſitate adverſus eos arreſtum intendatur, veluti ſi dilapidationis, defraudationis, aut fugæ ſuſpecti ſunt, *arg. l. 10. §. 16. l. 6. §. 7. ff. Quæ in fraud. Credit. l. 24. ff. eod.* Vid. Pecc. *de arreſt. cap.* 4. eumque ſecutum Mævium *de arreſtis cap.* 8.

Nec ſolum pro debito puro, ſed pro debito quod in diem, aut ſub conditione debetur, quis 9
arreſtari poteſt, *per l.* 14. *ff. de pignorib. & ibi* Bart. Bald. Coſtal. *l.* 21. *l.* 41. *ff. de judic. l.* 2. 3. *ff. de condict. cauſ. dat. l.* 15. *ff. de privileg. Credit.* Caccialup. *tract. de debit. ſuſpect.* Moſſ. *de contract. Rubric. de pignorib. §. qua actio. num.* 12. Menoch. *de Arbitr. jud. caſu* 87. Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 4. *num.* 6.

Itemque pro debito non tantum ſuo, ſed & pro debito alieno arreſtari quis poteſt, veluti ſunt 10
fidejuſſores, non tantum illi qui fidejuſſorio beneficio renunciarunt, aut principaliter ſubſcripſerunt, qui non ut fidejuſſores, ſed ut principales debitores abſque ulla diſcuſſione conveniri poſſunt. *l.* 2. *§.* 1. *ff. de pignor. l.* 5. *ff. de uſur. l.* 109. *ff. de legat.* 1. ſed etiam quilibet alii, qui ſimpliciter fidem ſuam pro aliis interpoſuerunt, ſi ante diem, aut principalis debitoris executionem fugitivi, de fuga ſuſpecti ſunt. *arg. l.* 91. *§.* 4. *ff. de V. O. l.* 49. *§.* 6. *ff. de legat.* 1. *junct. l.* 10. *§.* 16. *ff. Qua in fraud.* Vid. Pecc. *de jur. ſiſtendi cap.* 4. *num.* 9. Mæv. *de arreſt. cap.* 8. *num.* 37.

Ita etiam pro defuncti debito arreſtari poteſt heres, qui ejus perſonam repræſentat, & ad id 11
ad quod defunctus poterat, compelli poteſt. *l.* 44. *ff. ad Senat. Trebell. l.* 24. *ff. de Verb. Signif. l.* 8. *ff. de acquir. hered. l.* 2. *Cod. de hered. vel act. vendit.* Quod extendit, & quibuſdam caſibus limitat Pecc. *d. tract. cap.* 4. *num.* 10. eumque ſecutus Mævius *d. cap.* 8. *num.* 42. *& ſeq.*

Neque ipſe tantum debitor, ſed & debitoris debitor, pro eo quod creditori ſuo debet, arreſtari 12
poteſt à primo creditore, ut ex eo quod ſecundus debitor ſuo creditori, ejuſque debitori primo, debet, ſuum conſequatur *l.* 21. *ff. ad Senat. Trebell.* Quo facto ipſi etiam principali debitori dies dici ſolet, ut compareat, & ſe defendat, aut arreſtanti pro rata rei petitæ arreſtatum debitum adjudicari ſinat. Vide Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 4. *num.* 11. Mæv. *de arreſt. cap.* 9. *num.* 35. *& num.* 44. Coler. *de proceſſib. executiv. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 495. Joann. à Sande *deciſ. Friſicar. lib.* 1. *tit.* 17. *defin.* 1.

Pro aliis etiam arreſtari poſſunt Procuratores, Mandatarii, negotiorum geſtores, qui ſe ſuo 13
nomine obligaverunt. *l.* 67. *ff. de procurat.* vel ipſi ſe obtulerunt, ſic ut fidem eorum ſecuti ſint, qui cum iis contraxerunt. *l.* 61. *ff. eod. l.* 4. *ff. de re judic.* Quod quomodo procedat, & quatenus Procuratores pro Dominis ſuis conveniri poſſint, vid. Berlich. *Practicab. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 75. *num.* 38. *& deciſ. aur. deciſ.* 119. *num.* 2. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 32. *defin.* 14. Jacob Coren *Rer. judic. obſerv.* 3. *num.* 16. *& ſeq.*

Idemque juris eſt in factoribus, & inſtitoribus mercatorum, qui ut ex contractibus à ſe etiam nomine dominorum initis, conveniri, ita quoque arreſtari poſſe videntur ex *l.* 1. *l.* 7. *ff. de inſtitoria act. l.* 1. *§.* 17. *ff. de exercitor. act.* Prout etiam indiſtincte tractat Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 4. *num.* 12. eumque ſecutus Mævius *de Arreſtis cap.* 8. *num.* 75. Quod tamen verius, eodem modo, quo Procuratores ac negotiorum geſtores obſtrictos eſſe diximus, diſtinguunt, ac reſtringunt mores noſtri ad caſum quo ſuo nomine ſe obligaverint, ipſi ſe obtulerint, eorumque fidem ſecuti ſint illi, qui cum iis contraxerint; ſecus ſi inſtitorio nomine contraxerint. Qui enim ſcientes cum inſtitore contrahunt, fidem domini ſequi videntur, *§.* 2. *Inſtit. Quod cum eo qui in alien. poteſtat.* Eoque caſu inſtitores ipſi haud ulterius tenentur, quam ut præſtent ſeſe tales, per ea quæ notant Alciat. & DD. *ad l.* 21. *ff. Si cert. petat.* ſolumque dominum habent obligatum, qui cum iis, ejus nomine contraxerunt, niſi ipſe dominus eos ſuos eſſe inſtitores neget. Quum in talibus contractibus ſemper inſpiciatur cujus fides ſit ſecuta, & quid actum fuerit. *l.* 6. *§.* 1. *ff. de negot. geſt.* vid. Coſtal. *ad l.* 61. *ff. de procurat. ad l. ult. ff. de inſtitor. act. & l.* 1. *§.* 17. *ff. de exercit. act.* Chriſtin. *volum.* 3. *deciſ.* 33. *num.* 9. Coren *obſerv. rer. in ſuprem. Hall. Cur. judicat.* 28. *num.* 47. *& ſeqq.*

Sed quid dicendum ſit de curatoribus, & tutoribus minorum, dubitari poſſet, utrum & hi Pupillorum & minorum nomine arreſtari in perſonis, aut rebus ſuis poſſint? Qui licet contractua in 14
rem, & nomine pupillorum, & minorum inierint, quemadmodum nec conveniri ſuo nomine, ita nec arreſtari poſſunt, neque alia quæ vis executio, in eorum perſonas, aut bona, pupillorum aut minorum nomine fieri poteſt. *l.* 1. *Cod. quando ex facto tutor. l.* 13. *Cod. Si cert. pet. l.* 13. *Cod. de adminiſt. tut. l.* 63. *ff. de Re judic.* Quia hi non voluntate ſua, ſed ex neceſſitate muneris pro iis contrahunt. *l.* 22. *ff. de inoffic. teſtam. l.* 22. *ff. de his qua ut indignis.* Quod iis ſatis oneroſum eſt, ac propterea damnoſum fieri non debet, *l.* 7. *ff. teſtam. quemadmod. aper. l.* 61. *§.* 5. *ff. de furt.* Vid. Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 5. *tit.* 23. *defin.* 5. Coler. *de proceſſ. executiv. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 256. Berlich. *deciſ. aur. deciſ.* 119. *num.* 2. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſt.* 32. *defin.* 14. Jacob. Coren *rer. judicat. obſ.* 3. *num.* 18. Conveniunt Statut. Amſtelodam. *cap.* 19. *art.* 34. Antverp. *cap.* 27. *num.* 13.

Adeo;

Adeoque adverſus pupillos & minores, quum ipſi perſonam ſtandi in judicio non habeant, neque tutores, aut curatores eorum ſuo nomine teneantur, arreſtum perſonale locum non habet, *arg. l. 22. ff. de in jus vocando. l. 22. ff. in quib. cauſ. major. l. 54. ff. de re judic. junct. l. fin. Cod. Qui legitim. perſon. ſtandi in judicio habent.* ſed in rebus, & bonis tantum ſuis intentari poteſt, ut & illa detineantur, donec ſatisfiat, quæ defendere eorundem tutores & curatores debent. Vid. Pecc. *de Jure ſiſtendi cap. 4. num.* 10. Mæv. *de arreſt. cap.* 8. *num.* 14. *& ſeqq.*

15 Ab arreſto, quod ſolum utilitatis & juriſdictionis conſtituendæ causâ inſtituitur, immunitatem habent omnes, qui ſuperioris fori privilegio gaudent, veluti ſunt Senatores, Conſiliarii Advocati, & Procuratores in Hollandiæ Curia praxin exercentes, Rector, Profeſſores, Milites, & reliqui privilegiati, de quibus *ſupra cap.* 13. Qui ſicuti nec alibi conveniti, ita nec arreſtari poſſunt, ut alterius, quam cui ſubjecti ſunt, juriſdictioni ſubmittantur, atque eorundem privilegium illudatur. Vid. Pecc. *de jure ſiſtendi, cap.* 5. *num.* 1. 6. 10. 13. Mæv. *de arreſtis cap.* 6. *num.* 95. 103. 104. 123.

16 Itemque generali fere conſuetudine & quorundam privilegio, aliis expreſſo: ſtatuto cautum eſt ut civis concivem ſuum nullibi tam intra, quam extra territorium ſuum arreſtare poſſit, quod ubi non exprimitur, benigna tamen interpretatione ſubintelligitur. Quia lex, ſtatutum, & privilegium, indefinite loquens territorio ſtatuentium non arctatur, ſed ſubditi inter ſe etiam extra illud obſervare debent, *l. fin. ff. de decret. ab ordin. fac. l. 7. §. 10. ff. de interdict. & relegat. l. 10. Cod. de Epiſcop. & cleric. l. 2. Cod. de Commerc. l. 2. Cod. de vectigal.*

17 Hoc privilegio gaudent Brabantini, ut unus alterum extra Brabantiam arreſtare non poſſit, ſpeciali jure à Carolo IV. Imperatore aliiſque Principibus indulto, teſte Peccio, *De jure ſiſtendi cap.* 8. *num.* 1. Quod confirmatur læti introitus *Philip. II. Hiſp. Regis. Anni* 1549. his verbis, **Item / dat wy niet ſullen gedoogen / dat yemant van onſen voorſz. Lande den anderen buyten 's Landts ſal mogen arreſteren / kommeren nog dagen / hy en ware voor-vlugtig / ſonder argeliſt / van eenigen ſaaken / hoedanig die ook waaren**; cui adde *art.* 32. ejuſdem læti introitus, quo illud extenditur, ut neque per ſe neque per alios qui jure ceſſo gaudent, id quoquam modo fieri permittatur, his verbis, **ofte yemant ook binnē onſen voorſz. Landen geſeten / die ſaaken overgaven an yemant anders / om ſyne wederman buyten 's Landts te trekkene ofte te moyene.** Quæ conveniunt cum Aurea Bulla Caroli V. Anno 1530. in favorem Ducatuum Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, dominorum *de Roden* ac *de Kerpen*, nec non civitatis Trajectenſis citra Moſam promulgata, circa *med verſ. citari, in jus vocari &c.* quæ quum promulgata ſit per conſenſum Provincialium omnium conſiliariorum imperii ſuæ majeſtatis tempore, quo ipſe D. Carolus eſſet Cæſar in Alemannia, in ſuperiori Germaniâ vi ac poteſtate ejus ſervari debere volunt: quibus adde Brabantiæ Curiæ reſcriptum, pro Archiepiſcopo Mechlinienſi publicatum 12. *Martii* 1553. his verbis, **Dat kennelyk ende notoir is / dat de ingeſetenen van deſen Neerlanden / van wat ſtaat ofte conditie deſelve ſoude mogen ſyn / niet en ſyn dagbaar / ofte te regte betrekbaar / buyten 's Landts / nog by perſoon / nog by Procureur / ſelver ook niet voor het Hoff van Roomen: Dat mede etc.**

18 De jure Lubecenſi, & Statuto Hamburgenſi, idem teſtatur Mævius *de arreſtis cap.* 8. *num.* 79.

19 In Hollandiâ ubique fere idem expreſſa conſtitutione cautum eſt. De quibus vid. Conſtitutiones, ſive conſuetudines Rhenolandiæ *art.* 44. Zuyd-Hollandiæ conſuetud. *pag.* 490. Statut. civit. Leydenſ. *art.* 182.

20 Et in Provinciâ atque civitate Ultrajectina idem obtinere teſtantur ejuſdem Statut. ſive conſuetud. *Rubric.* 19. *art.* 1. idemque in Gelriâ conſtitutum. *Statut. Zutphan. tit.* 9. *Tranſiſulania tit.* 5. *art.* 2. *Arnhemia art.* 3. 5.

21 Atque inſuper majorum Hollandiæ civitatum incolæ ex inveteratâ conſuetudine pro perſonali actione à paganis ruri in perſonis aut bonis eorum arreſtari non poſſunt. vid. *Papegay noviſſim. edit. pag.* 319. 320. Quod & Amſtelodamenſes *Anno* 1570. ex privilegio Alberti Ducis, 20. *Junii* 1410. ad Hollandiæ Curiam reſcripſerunt, his verbis: **Dat men geen Poorter van Amſteldam nog ſyn goeden mag arreſteren / in eenige Dorpen benoorden de Maſe / uytgeſeyt in beſloten ſteden.** Similique privilegio gaudent Delphenſes, à Maximiliano & Maria Auſtriæ Ducibus conceſſo in *Auguſt. Ann.* 1577. his verbis: **Dat de inwonende Poorters van Delft / in geen Dorpen nog Ambagts-Heerlykheden / te regte ſtaan ſullen van eenigerhande actien perſonelen / daar off dat ſy alleen te regte ende Juſtitie ſtaan ſullen in onſen voorſz. ſteden.** Quo pertinet Wilhelmi III. privilgium 1. *Maji* 1306. Leydenſibus conceſſum: **Dat over Poorters van Leyden niemant hebben mag van Schepenen vonniſſe.**

Sed

Sed & quorundam locorum conſtitutionibus duo exteri ejuſdem domicilii coram judice 22
non ſuo arreſtantes, indiſtincte à judicio repelluntur, adque ordinarium judicem iis competentem
cauſa defertur. Prout conſtitutum *Amſtelodam. Statut. cap.* 19. *art.* 20. Idemque Dordrechtos
ex inveterata conſuetudine, Mariæ Burgundiæ Duci olim reſcripſiſſe refert Joan. Beverovic. *de-
ſcript. urbu Dordrecht. pag. mihi* 298.

Utrum autem quæ de Civibus dicta ſunt, etiam ad incolas, qui originarii Cives non ſunt, 23
extendi debeat, quæritur. Quod quidem quorundam conſtitutionibus hac in parte, ad incolas
in voce (**Poorters**) qui incolarum nomine veniunt, extenditur. Cæterum, quum hæc com-
munia ſint, neque in iis conſiſtant, quibus Cives ab Incolis diſtingui ſolent, veluti ſunt,
munera publica, honores, dignitates, à quibus exteri fere excluduntur, in cæteris vero pares
ſunt, cum ipſis originariis Civibus; conſequens eſt, eadem etiam jura quæ nudam tantum
juriſdictionem ſpectant, magiſque intuitu juriſdictionis judicum, quam ſubditorum cauſa in-
troducta videntur, ad eos quoque, & indiſtincte omnes juriſdictioni ſubjectos pertinere.
Quum hi non minus ordinariæ juriſdictioni ſubſint, quam ipſi Cives, & quotiens de juriſ-
dictione agitur, eos ſpectare ſolemus, qui in eadem Civitate domicilium habent, non eos, qui
ex Civitate oriundi ſunt, per text. in hanc rem ſingularem *in l.* 190. *ff. de V. S.* & ibi Goed.
num. 2. neque ſemper Cives ab Incolis diſtinguuntur, *arg. l.* 1. *§.* 1. *ff. ad Municipalem.*

Minorum vero Oppidorum Civibus & Incolis, an eadem prærogativa competat, majoris 24
videtur difficultatis. Quod tamen ſi fundamentum atque originem dictæ conſuetudinis inſpicia-
mus, generale quid eſſe videbimus, quod omnibus ac ſingulis competat. Adeo ut quod majo-
res Civitates, ex eodem fundamento ſibi jus arrogarunt, minoribus idem quod ſibi competit
auferri non debeat. Provenit etiam ex magno & univerſali privilegio à Maria Burgundiæ Duce
14. *Martii* 1474. conceſſo *Art.* 9. in his verbis: **Ende ſullen de Ingeſetenen van eener
Stede malkander ter eerſter inſtantie/om wat waarlijke ſaake dat het ſy/betrekken
voor de Geregte der ſelver Stede / ende niet verder / nog ook tot geen anderen Ge-
regten nog plekken**/&c. Id eſt: *Ut neque unius ejuſdemque loci Incola ſe invicem in prima inſtantia
ex quavis ſeculari cauſa, coram alio, quam competenti Civitatis ſua judice, in jus vocent.* Prout fortiori-
bus etiam terminis confirmat Caroli V. *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 220. **Dat geen van de On-
derſaten deſer Landen malkanderen ſullen mogen betrekken in de eerſte inſtantie /
dan voor ſyn ordinaris/ende dagelijkſen Regter**/&c. A quo jure in tantum eſſe receſſum,
ut & pagani quo Civitates inter ſe, eodem jure adverſus Civitatum, licet minorum, Incolas & Ci-
ves gaudeant, nemo dixerit.

Cæterum arreſtari poſſunt omnes res, omniaque bona tam corporalia, quam incorporalia, 25
mobilia, quam immobilia, jura & actiones, ne vel res controverſas, vel aliquid ex iis, debitor,
aut is qui ea poſſidet, alienet, antequam ſatisfiat. *arg. l.* 5. *in pr. & §. final. ff. de petit. heredit.
l.* 6. *in fin. ff. de pollicit.*

A quibus tamen excipiuntur, primo libri Studioſorum, ſive Scholarium. *auth. habita. Cod.* 26
ne filius pro patre, & ſtipendia, & arma militum. *l.* 4. *Cod. de execut. rei judic. junct. l.* 6. *Cod.
de Juriſdict. omn. Judic.*

Itemque inſtrumenta ruſtica, uti ſunt boves, & equi aratorum, ligna, aratra, aliaque ad 27
agriculturam pertinentia. *l.* 7. *l.* 8. *junct. auth. Agricultores. Cod. qua res pignori obligari.* Quia
in iis nec tacita hypotheca, neque executio fieri ſolet. *l.* 40. *ff. de re Judicat. junct. auth. habita.
& l.* 7. 8. *cum auth. ſeq. Cod. qua res pignori.* niſi forte nulla alia bona ſuperſint, quo caſu ea etiam
arreſtari, atque executioni mandari, conſtans eſt doctrina DD. *ad d. l.* 40. *ff. de re judic. &
l.* 4. *Cod. de execut. rei judicat:* Vide Pece. *de Iure ſiſtendi, cap.* 5. *num.* 1. 6. *&* 22*:* Mæv. *de
arreſt. cap.* 9. *num.* 53. *& ſeq.* Coler. *de Proceſsib. executiv. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 135. *& ſeq.
num.* 187. *& ſeq.*

Ab arreſtis immunia ſunt ea bona, quæ ad victum, & ad alimenta deſtinata ſunt, ut ſunt 28
veſtes vulgares, ad quotidianum, & neceſſarium uſum ſervientes, itemque legata, & penſiones
annuæ ad victum relictæ. *l.* 6. *l. final. ff. de aliment. & cibar. relict. junct. l.* 15. *§. in venditione
ff. de re judic.* Vide Matth. Coler. *de Proceſsib. executiv. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 186. *& de alimentis
lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 20. Mæv. *de Arreſt. cap.* 9. *num.* 52. *& ſeqq.*

Hiſce annumerantur, Advocatorum, Profeſſorum, & Eccleſiæ Miniſtrorum ſtipendia, pro- 29
pter ſimilitudinem, quam habent cum militibus. *d. l.* 4. *Cod. de execut. rei judicat. & ibi DD.*
Ut qui non minus provideant humano generi, quam ſi præliis, atque vulneribus patriam; pa-
renteſque ſalvarent. Quod de Advocatis dixit Juſtinianus *in l.* 14. *Cod. de Advocat. diverſor.*

Iudicior.

Judicior. & præterea, quod eorundem ſtipendia alimentia æquiparari ſoleant, adeoque in ipſa executione rerum ſuarum, non totum id, quod habent, extorquendum ſit; ſed ipſorum ratio habenda, ne egeant. *l. 173. ff. de R. J.* Vide Matth. Coler. *de Proceſſ. executiv. part. 1. cap. 3. num. 119. & ſeq.* Quod maxime in Eccleſiæ Miniſtris nobis uſu venit, quorum ſtipendia, ad victum, ſecundum decorum ſuppeditandum, via ſufficiunt.

30 Neque ſiſti, ſive arreſtari poteſt cadaver, id eſt mortui debitoris corpus. *l. 6. Cod. de ſepulchro violato.* quod ſine ullo obſtaculo, in memoriam humanæ conditionis, ſepeliendum eſt. *l. 27. ff. de condit. inſtit.* ne quidem in his, qui ſibi violatas manus intulerunt, mortemque ſibi ipſis conſciverunt, per ea quæ *ſupr. part. 1. lib. 5. cap. 11. num. 14.* Adeo ut fidejuſſio, pro liberando, vel relaxando cadavere, à creditore arreſtato, ipſo jure nulla ſit, per ea quæ Bald. *ad l. 6. Cod. de ſepulchro violato.* Vide Pecc. *de Jure ſiſtendi cap. 5. num. 23.* Boër. *deciſ. Burdigal.* 287. Thom. Grammat. *deciſ. Neapolitan.* 82. Menoch. *de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 4. caſ. 387. num. 16.* Bium. *de ceßione bonor. 3. quæſt. princip. num.* 8.

31 Et quemadmodum perſonæ, ita nec res aut bona eorum, qui in majoribus Civitatibus degunt, à pagania ruri, pro perſonali actione arreſtari poſſunt, ut ex iis quæ de perſonis ſupra diximus, ſatis liquet; ſecus, ſi reali actione alicui ſunt obſtricti, quo caſu arreſtari bona eorum poſſe ubicunque ſita ſunt, in praxi eſt receptum; quod quibus modis procedat, ſuo loco videbimus.

32 Res aliena, id eſt quæ debitoris propria non eſt, quemadmodum pignori, aut hypothecæ obligari non poteſt, nec creditor plus juris conſequi poteſt, quam in eam rem habet ipſe debitor. *l. 1. & tot. tit. Cod. Si res aliena pignori. l. 20. l. 41. ff. de pignorat. l. 54. ff. de R. J.* Ita nec arreſtari poteſt, ne arreſtum extendatur ad jus aliquod in re debitoris alienum. *l. 15. §. 4. ff. de re judicata.* Vide Pecc. *de Jure ſiſtendi, cap. 5. num. 19. & cap. 16. num. 5.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitan.* 369.

Ita nec res propria arreſtari poteſt. *arg. l. 45. ff. de R. J. l. 29. ff. de pignor. act.* niſi ad hoc ut poſſeſſionem ejus amiſſam, & ab alio detentam, recipiamus. *l. fin. Cod. Ubi in rem actio. & ibid.* Sichard. poſt Azonem, Salicetum & Albericum de Roſate. Vide Pecc. *de Jure ſiſtend. cap. 4. num. 25.*

Poteſt tamen arreſtari res aliena apud nos conſtituta quatenus nobis illa obligata eſt. *arg. l. 11. §. 5. ff. de pignor. act.* haud aliâ ratione, quam in prædium locatoris invecta, & illata, ſecundi conductoris, pro quantitate ſecundæ mercedis, eidem primo locatori pignori eſſe diximus, *part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 4.*

33 Et res noſtras, quatenus illæ aliis obligatæ ſunt, aut alius quilibet à nobis ſibi quicquam deberi prætendit, ad hoc ut is juriſdictioni noſtræ ſe ſubmittat, in manu noſtrâ à nobis ipſi arreſtari poſſe, in praxi eſt receptum. Ne ſcilicet, id, quod alii, ſuper eo quod debitor ſuus à me prætendit, permittitur, nobis ipſis adverſus eundem, pro liberatione ejus, quod à nobis prætendit, denegetur: ſed quod in ipſum, alterius gratiâ, conſtitutum eſt, ipſe eodem jure utatur, ubi enim eadem ratio eſt, idem jus, & eadem juris diſpoſitio eſſe debet. *arg. l. 32. ff. ad leg. Aquil. l. 108. de V. O. & ibi DD.* Vide Nicol. Everhard. *in loc. legalib. in loco A ſimili.*

34 Poteſt etiam arreſtari res alibi ſita, in perſona alibi reperta, ad hoc ut præſtet id, pro quo res alibi ſita, obligata eſt, quum in arbitrio creditoris eſſe videatur, ut vel hypothecaria actione, ſuper bonis hypothecatis agat, vel ut actionem perſonalem contra promiſſorem intendat: quia hypothecariam habere actionem, & perſonalem habere meram, nihil pugnat, per ea quæ poſt Bald. *in l. 3. Cod. de edendo. & l. 10. Cod. de oblig. & act.* notat Pecc. *de jur. ſiſtendi cap. 9. num. 34.* Præſertim moribus noſtris, quibus mera perſonalis actio hypothecariam fere concomitari ſolet.

35 Sunt tamen quædam loca, ab arreſtis immunia, veluti ſunt templa, monaſteria, aliaque loca ſacra, de quibus Pecc. *de jure ſiſtendi cap. 6.* Sed quæ ad Reformatorum mores minime pertinere, nulliuſque uſus eſſe diximus *part. 1. lib. 5. cap. 33. num. 10.* Adeo ut nullius loci per ſe ab arreſto ſit immunitas, niſi quod quidam Toparchæ, in certis quæ poſſident municipiis, in fœderato Belgio, ex prærogativa quadam, ut volunt juriſdictionis à communi, quibus adjacent, juriſdictione, ſeparatâ, & diſtinctâ, obæratis, iiſque, qui creditoribus ſuis ſe ſubducunt, hunc favorem pro certa recognitione (ut vocant) impertiantur, ut eos in patrocinium ſuum recipiant, & contra quoſvis perſecutores defendant. Quod potiſſimum exercetur Culenburgi, Vianæ, Buræ, Leerdami, Iſelſtadii, & in Amelandiæ Inſulâ.

Quod quidem ratione magnorum mercatorum, quos ſubitus fortunæ caſus, unâ ſæpe nocte ad paupertatem ſummam adigit, introductum videtur, ut hi cum nullâ ſæpe ſuâ culpâ fortunis excutiantur, tutæ manſionis, & profugii commoditatem ibi nanciſcantur, qua deſpiciant, quomodo

cum

cum creditoribus ſuis, à quibus alias in carcerem fuiſſent conjecti, tranſigant; Sed interim fraus aliorum avaritiæ ſerviens, quam plurimos eo adigit, qui adſumpto ingenti acervo, ſub uſuris depoſito, aut coëmptis in diem, iterumque parata pecunia divenditis mercibus, cum grandi pecuniæ ſummâ, eo clandeſtine commigrant, ut fortuitos caſus, aut quid aliud fingendo, per doloſam tranſactionem, mediam partem creditoribus ſuis ſubducant, quibus alias, quod debebatur, ſolvere potuiſſent, quos ut quibuſcunque furibus nequiores, non tantum omni præſidio deſtitui, ſed & inſuper laqueo ſuſpendi, jure meritoque præcepit Carol. V. *Edict.* 4. *Octob.* 1540. *art.* 2.

D. l. 11. Cod. 1v. In *De Nundinis & Mercatoribus.*

Generaliter ſive de rebus, ſive de perſonis agitur, arreſtum fieri nequit in ipſis nundinis, & cur- 36
rente nundinarum tempore. *l.* 1. *Cod. de nundinis*, quod & ad ea loca, per quæ ad nundinas venire, ac redire debent mercatores, quidam extendunt: inter quos Nicol. Everhard. *conſil.* 21. & poſt eum Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 10. *num.* 4 Sed ad ipſa tantum loca, & tempora nundinarum verius reſtringunt Daniel Moller. *ad conſtit. Saxon. part.* 1. *conſtit.* 30. *ſemeſtr. lib.* 1. *cap.* 12. & Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 77. *num.* 9. propterea quod argumentum à legatis, quo utitur Pecc. *dict. loco* extendi non poſſit; illudque privilegium quo utuntur legati, in eundo ac redeundo, *l.* 2. *§.* 3. 4. & 5. *l.* 25. *ff. de jud.* perſonale ſit: hoc vero locale, ut habent verba *d. l. unic. Cod. de nundin.* (*ibidem concurrentibus*) quod ad alia loca extendi non poteſt. *arg. l.* 17. & *ſeq. Cod. de decurionibus*, itemque temporale ſit, de momento in momentum tantum procedens. *arg. l.* 13. *§.* 1. *ff. de excuſat. tutor.* ac propterea per campanæ ſignum incipere, ac terminari ſoleat, præſertim moribus noſtris, quibus tanta eſt nundinarum, pro ſingularum Civitatum vicibus inſtitutarum, frequentia, vulgò (**vrye Jaer-marcten**/) ut ſi mercatores in omnibus locis ad eas eundo, ac redeundo, iiſque temporibus in itinere conveniri non poſſent, eo prætextu nuſquam & nunquam ſiſti atque arreſtari poſſent. Adde Carpzov. *juriſprud. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 30. *defin.* 23. Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 99. Gudelin. *de jure noviſſimo lib.* 5. *cap.* 5. *verſ. pen.*

His addunt quidam, in ipſis feriis, aut diebus feſtis, neminem detineri, atque arreſtari poſſe 37
arg. l. 11. *Cod de feriis.* Sed quum omnia quæ neceſſitatem quandam habent, neque dilationem, niſi cum damno ferunt, atque ipſa etiam executio ſententiæ feriato die, fieri permittuntur, ſi quando res poſtulat. *arg. l.* 3. *Cod. de feriis. cap. ſignificaverunt* 21. *§. verum extr. de Judiciis.* & ibi DD. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 53. *num.* 13. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 158. & *ad leg. Mechlin. tit.* 3. *art.* 4. *num.* 3. Zyp. *Notit. Jur. Belg. tit. de feriis.* omniaque decreta publica, noſtris aliorumque moribus diebus dominicis fieri ſoleant, *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 181. **Ordonn. op't ſtuk van de Juſtitie inde Steden ende ten platte Lande**/ *art.* 24. Quod idem de Gallorum moribus teſtatur Autumn. *confer. du droict ad l. ult. Cod. de fer.* Conſequens eſt, ut nec feriatus dies arreſtare impediat, quod fere ſemper ex neceſſitate, & cauſâ nullam dilationem ferente fit. *d. l.* 3. *Cod. de feriis*, niſi ad ſola arreſta, quæ extra neceſſitatem ſolius juriſdictionis fundandæ gratia inſtituta, reſtringatur. Vid. Rebuff. *ad conſtit. regias tit. de liter. oblig. art.* 6. *Gloſſ* 3. *num* 59. Chriſtin. *d. deciſ.* 158. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 29. *defin.* 16. Mollet. *lib.* 3. *ſemeſtr.* 44. *num.* 1.

Eademque ratione, non tantum de die, ſed etiam poſt ſolis occaſum, & de nocte arreſtum fieri permittitur, ſi forte periculum ſit in morâ, quia tantum valet factum de nocte, quantum de die. *l.* 20. *Cod. de tranſact.* & *ibid.* Bart. Bald. & DD. Et propter neceſſitatem, quando res tempore eſt peritura, poteſt ſententia de nocte ferri, per ea quæ tradunt Bald. *ad l.* 8. *Cod. de teſtam.* Bart. *in l.* 8. *ff. de feriis.* Et ubi periculum evidens eſt in morâ, neque loci, neque temporis ratio haberi poteſt. Vid. Nicol. Everhard. *in loco à tempore ad locum*, & ibi DD. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 29. *defin.* 16. Daniel. Moller. *d. cap.* 44. *num.* 4. Berlich. *pract. concluſ. part.* 1. *cap.* 74. *num.* 100.

Notandum tamen quaſcunque res aut perſonas ſingulari aliquo jure ab arreſtis exemptas, ob 38
fugæ, dilapidationis, aut rerum amovendarum celandarumve ſuſpicionem, arreſtari nihilominus poſſe, quia fugitivi, & bona ſua, fraudandorum creditorum cauſâ celantes, nullo privilegio juvantur. *arg. l.* 2. *l.* 7. *ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l.* 10. *§.* 16. *ff. de his quæ in fraud. credit.* Vid. Pecc. *de Jur. ſiſtendi cap.* 8. *num.* 7. Hieronym. Cævall. *Spec. Commun. opinion. quæſt.* 268. Andr. Gail *lib.* 2. *obſ.* 44. Berlich. *practicab. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 77. *num.* 10.

Sequitur ut per quos & quomodo arreſta fieri debeant videamus.

Hi quidem, per quos arreſtari perſonæ aut bona debent, ſunt Apparitores, & Nuncii, ſive 39
Viatores cujuſque territorii ſui, ſub quo perſona, aut res arreſtanda exiſtit, de quorum officio ſupra egimus; quemadmodum enim nemini ſine judice ſe vindicare. *l.* 1. *Cod. ut nemini liceat ſine Judice*, aut in propriâ cauſâ jus dicere. *l. unic. Cod. ne quis in ſua cauſa*, adeoque nec teſtimonium

in

in ſuâ cauſâ exhibere permittitur. *l.* 10. *ff. de teſtibus.* & publica privatorum teſtimoniis præferuntur. *l.* 11. *Cod. qui potior. in pig. l.* 37. *§. ſi autem apparitor. Cod. de Epiſcop. & cleric.* ita nec quis per ſe, aut per privatam quamque perſonam alium in jus vocare, multo minus arreſtare poteſt. *l.* 176. *ff. de R. J. l.* 13. *verſ. æquiſſimum. ff. de uſufruct.*

40 In Provinciali quidem Hollandiæ Curiâ, quam per totam Hollandiam, ſuam juriſdictionem extendere diximus, apparitores ubique locorum arreſtandi poteſtatem habent. vid. Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.* Suprema vero Hollandiæ Curia, ut cujus magis Appellationis & poſſeſſorii juriſdictio eſt, hanc poteſtatem non exercere ſolet.

Ut tamen arreſtum procedat, mandatum Curiæ præcedere debet, quod creditor per libellum ſupplicem adhibitâ ſummariæ cauſæ cognitione impetrat: nec concedi ſolet, niſi conſtet, quod perſona arreſtanda non ſit ſolvendo, vel de fugâ ſit ſuſpecta; vel quod certum domicilium non habeat, in loco ſuo arreſti, aut ejus propinquo, ſic ut facile conveniri nequeat. Quod de debito ex Chirographo debitoris, vel publico inſtrumento aut teſtibus fide dignis appareat, vel quod ſit perſona vagabunda, extranea, quod totum judicis diſcretioni committitur, *arg. l.* 13. *§.* 3. *ff. de damno infecto.* Vid. Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 3. *num.* 5. Andr. Gail *de arreſt. Imperii cap.* 1. *num.* 11. Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 25. *num.* 2. Damhoud. *prax. civil. cap.* 64. *num.* 18. Prout in Germaniâ conſuetudinis eſſe teſtatur idem Gail *lib.* 2. *obſerv.* 44. *num.* 5. *& ſeq.* Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 32. Berlich. *pract. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 74. *num.* 83. Vid. etiam Joann. Baptiſt. Caccialupi *de debitore ſuſpect. quæſt.* 6. *num.* 13. Quod tamen in civitatibus, juxta ſtatutorum formam vix obſervatur. Ut quibus in materia arreſti quilibet creditor, debitorem ſuum extraneum, per nuntium publicum, ſuo periculo arreſtandum mandare poteſt, ne antequam judicem requirat, interim debitore ſuo excidat. Qui Nuntius ad id requiſitus, operam ſuam denegare, aut deferre, ſub certa pœna, damni dati reſtitutione, non poteſt. Vid. Pecc. *de jure ſiſtendi cap.* 24. *num.* 4. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 150. *num.* 6.

41 Ne tamen debitor in perſona ſua diu remoretur, ſub idoneâ cautione de judicio ſiſti ilico relaxari debet. Qui ſi omiſſa cautione diſcedat, aut aliter arreſto non obſequatur, præter litem adverſus eum ex contumaciâ intentandam (cujus modum ac formam vide apud Aodr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 57. *& ſeq.* Marant. *prax. aur.* 6. *part. princip. verſ. de citatione num.* 82.) in pœnam & mulctam incidit, prout fere ſonant locorum ſtatuta, parum aut nihil, circa hanc materiam, inter ſe diſcrepantia: aut ubi pœna non eſt expreſſa, arbitrarie punitur. *arg. l.* 1. *ff. de effract. & expilat.* Vide Pecc. *de Jure ſiſtendi, cap.* 28. *per tot.* Quod antiquitus quidem gravius, quandoque corporali coërcitione, puniri ſolebat, teſtibus Menoch. *de arbitr. jud. caſ.* 301. *num.* 11. Boër. *quæſt.* 215. *num.* 12. Guidon. Papæ. *quæſt.* 231. Verum quum moribus noſtris arreſta plerumque fundandæ juriſdictionis cauſâ intententur, neque creditori aliam prærogativam, quoad perſonam arreſtatam tribuant, ita ut tantum communium citationum vim habeant, quarum contumaciæ pœna ad corporalem coërcitionem extendi non poteſt. Ut notat Matth. Coler. *de proceſſib. execut. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. *& ſeq.* vix ultra pecuniariam mulctam extendi poſſe conſequens eſt. Statuta, quæ in hanc rem circa formam & modum arreſtandi exſtant, ſunt Rhenolandiæ *Statut. art.* 42. *& ſeq.* Lugdunenſ. *art.* 181. Amſtelodam. *cap.* 19. Zuid-Hollandiæ *conſuetud. pag.* 489. Friſiæ *Statut. lib.* 3. *tit.* 9. Provinciæ Ultrajectinæ *Rubrica.* 19. *art.* 4. *& ſeq.* Conſuetud. Antverp. *tit.* 27. 28. Mechlinien. *tit.* 1. Bruxellenſ. *tit.* 1. *art.* 4. 5. Velavienſ. *cap.* 10. *art.* 8. 10. Zutphan. *tit.* 9. Tranſyſulan. *tit.* 5. *art.* 6. 13.

Cap. XVI.

De Foro competenti ratione obligationis, ubi de prorogatione juriſdictionis.

Summaria.

1. *Prorogatio Juriſdictionis quid & quotuplex.*
2. *Expreſſa qua.*
3. *An ad heredes tranſeat, aut in uxorem.*
4. *Tacita prorogatio, quando & quibus caſibus facta cenſeatur.*
5. *Non niſi à ſciente & conſentiente quatenus procedat.*
6. *Sententia ab incompetente judice lata num ipſo jure nulla ſit citra appellationem, & quid moribus.*
7. *Si quis certo loco quid dare promiſit, ubi conveniendus.*
8. *Prorogatio Juriſdictionis per reconventionem an & quomodo procedat.*

9. *Prorogatio juriſdictionis à privilegiato judice ad alium non admittitur.* | 10. *Ob cauſam minimam coram Hollandia Curiâ non admittitur.*

QUum quilibet favori pro ſe introducto renunciare poſſit, *l. pen. Cod. de pact. Novell.* 136. 1
cap. 1. poſthabito primæ inſtantiæ privilegio, quis ſuperioris judicis juriſdictionem prorogare poteſt. Quod fit vel tacite vel expreſſe *l.* 1, *l.* 2. *ff. de judic.* Marant. *prax. aur. diſtinct.* 12. *num.* 110. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 19. *num.* 4.

Expreſſa prorogatio eſt, quum quis expreſſis verbis ſe alterius juriſdictioni ſubmittit, *d. l.* 1. 2
ff. de judic. l. 1. *ff. Si quis in Jus vocat. non ierit. l.* 7. *ff. qui ſatiſd. cog. l.* 4. §. 4. *ff. Si quis caution. l.* 18. *ff. de Juriſdict. l.* 1. *& l.* 3. *Cod. eod. cap. ſignificaſti extr. de foro competenti.* Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 29. *& obſerv.* 6. *num.* 7. *in fin.* Cujus praxin vide apud Marant. *prax. aur. part.* 4. *diſtinct.* 12. *per tot.* Qua nihil frequentius apud nos, quibus in obligationibus conſcribendis prorogationis clauſula vix omitti ſolet, plerumque ſub hac generali clauſula, **Een bedwang ende executie van allen 's Heeren Regten ende Regteren**/ id eſt ſubjicientes ſe juriſdictioni omnium judicum, ac judiciorum, ſub qua tamen Curiæ Hollandiæ juriſdictionem non contineri cautum eſt, *Noviſſim. Ampliat. Inſtruct. Cur. Holland. Anno* 1644. *art.* 6. niſi præterea ſpecialem Curiæ prorogationem contineat. Idem in Friſiâ obtinere videtur, ex iis quæ ex Friſiæ ſtatutis *l.* 3. *tit.* 8. refert Joann. à Sande *lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 3. Ubi etiam diſtinguit inter incolas qui indiſtincte ex ſubmiſſione ſuâ, & forenſes, ſive extraneos, qui non aliter quam in Friſiâ inventi, ac citatione ipſis coram inſinuata, ad Curiam vocantur.

Extenditur etiam hæc prorogatio, ſive ſubmiſſio ad ſubmittentis heredes, qui ejus vi recte ad 3
Curiam vocantur, licet eorum mentio facta non ſit. *arg. l.* 59. *ff. de R. J. junct. l.* 44. *ff. ad Senat. Trebell.* omnis enim obligatio ad heredem tranſit ipſo jure, & active, & paſſive. §. 2. *Inſtit. de fidejuſſor. l.* 24. *Cod. eod. l.* 49. *ff. de obligat. & act. l.* 143. *ff. de R. J. junct. l. unic. Cod. ut act. ab hered.* & contra heredem, ita ut heredum obligatio ſemper inſtrumento virtualiter contineatur. Vide Alexandr. *ad d. l.* 44. *ff. ad Senat. Trebell.* Matth. Coler. *de Proceſſib. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 311. Argentr. *ad Conſuetud. Brittan. art.* 11. *in verb. eſt fait, & cenſé.* Pecc. *de Jure ſiſtendi, cap.* 4. *num.* 10. Chriſtin. *ad leg. Mechlinienſ. tit.* 6. *art.* 7. *num.* 3. Joann. à Sande *dict. lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 3. ubi non tantum heredem, ſed etiam uxorem ejus, qui ſe Curiæ ſubjecit, ad Curiam vocari poſſe putat.

Juriſdictio tacite prorogatur, quum quis ad judicem incompetentem vocatus prætermiſſa ex- 4
ceptione litem conteſtatus fuerit, quo ipſum judicem recognoſcere intelligitur, *arg. l.* 30. *l.* 52. *ff. de judic.* DD. *ad. d. l.* 18. *ff. de juriſdict.* Bart. *ad l.* 33. *ff. de judic.* Quem etiam ante litis conteſtationem agnoviſſe communiter volunt, ſi omiſſa declinatoria, dilatoriam exceptionem oppoſuerit. Prout late Marant. *prax. aur. part.* 4. *diſtinct.* 12. *num.* 11. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 19. *num.* 5. Quam in dubio non opponere ſatius eſt, niſi ſub proteſtatione & reſervato declinatoriæ exceptionis medio, ſecundum formulam in praxi uſitatam: **alvoorens te antwoorden / excipieren / off eenig ander verſouk te doen.**

Quæ tamen prorogatio non niſi à ſciente & conſentiente commiſſa intelligi poteſt per *d. l.* 2. 5
ff. de judic. Secus in eo qui putaverit, ejus judicis eſſe juriſdictionem, cujus reverâ non erat. Error enim litigatorum non habet conſenſum. *d. l.* 2. *ff. eod. in pr. junct. l.* 15. *ff. de juriſdict.*

Cod. VII. XLVIII. *Si à non competenti judice judicatum eſſe dicatur.*

Et ſententia ab incompetente judice lata ipſo jure nulla eſt citra appellationem *l. ult. Cod. Si* 6
à non competenti judice: noſtris vero & Gallorum moribus, ex juris forte ignorantia invaluit, ſententiarum nullitates ipſo jure vix admitti, ſed ſemper eſſe appellandum à ſententia à non competente judice lata, ſi modo ab eo judice judicatum ſit, à quo appellare licet. Secus jus ſcriptum obtinere nullus dubito. Vide Autumn. & poſt eum Groeneweg. *de legib. abrogat. ad dict. tit. Si à non compet. jud.*

D. XIV. IV. *De eo quod certo loco.*

Cod. III. XVIII. *Ubi conven. qui certo loco.*

Si quis certo loco quid dare promiſit, ejus loci forum tacite ſortitur, ſi modo ad eum locum 7
accedat, alias quocunque alio loco propterea conveniri poteſt. *tot. tit. ff. de eo quod certo loco. & Cod. ubi conven. qui certo loco.* ubi Mornac. vide Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 164. Andr. Gail *lib.* 2. *obſ.* 36. Ant. Fab. *lib.* 3. *tit.* 35. *defin.* 4.

Tacita etiam prorogatio inducitur per reconventionem, tam ex parte conventi, quam ex par- 8
te reconventi, veluti ſi coram incompetenti judice conventus omiſſâ declinatione, contra petitorem convenientem, reconventionem coram eodem judice inſtituas, hoc ipſo in eundem judicem videris conſentire, neque ipſum in primâ conventionis inſtantiâ declinare potes, rurſumque, ſi tu coram judice non competenti tuo, alium cujus forum ſequeris convenias, is reconventionem

tionem adverſus te coram eodem judice inſtituere poteſt, quia in conventione declinare non potes eum judicem quem ipſe in reconventione elegeris, rurſumque nec eum in reconventione ſpernere potes quem io conventione elegeris, facit *l.* 11. *§.* 8. *ff. de juriſdict.* Vide Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitan.* 27. Robert. Marant. *prax. aur. dict. diſtinct.* 12. *num.* 17. *& diſtinct.* 7. *princ.* & poſt eum Merul. *prax. Civil. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *& ſeqq.* Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 37. Plura de reconventione vide infra *cap.* 27.

9 Non tamen admittitur prorogatio juriſdictionis principaliter indultæ in favorem, & præeminentiam ipſius judicis aut ſuo jure competentis, quum quilibet ſuo non alterius favori renunciare poſſit. *l.* 74. *ff. de R. J.* Quomodo Vaſallus alterius quam Domini juriſdictionem prorogando oihil egit. *§ præterea ſi inter duos final. De prohibit. feudi alienat. cap. ſignificaſti. extr. de foro competenti.* ubi DD. Quæ ſi facta ſit, talis judex revocare eam poteſt, ſubditumque ad ſe trahere *cap. cum tempore extr. de arbitris*, ubi Paoormitan. *num.* 2. Prout in ſimili Academiæ Lugduno-Batavæ Senatum, cujus juriſdictioni omnia ejuſdem Academiæ membra ea ſpeciali Academiæ privilegio ſubjecta ſunt, ejuſmodi prorogationem ab Academiæ membro, tanquam io ejuſdem privilegii præjudicium factam revocaſſe vidi. Io quam rem ſcil. an & quatenus Studioſus alterius judicis juriſdictionem prorogare poſſit vide Scip. Gentil. 2. *de juriſdict.* 17. Bocer. *de juriſdict. cap.* 7. *num.* 14. Salicet. *ad auth. habita. Cod. ne filius pro patre. num.* 22. latius ſupra hanc materiam Robert. Marant. *dict. diſtinct.* 12. *per tot.* & latiſſime Ilicon. Ummii *Proceſſ. judiciar. diſput.* 4. *de foro competenti* 93. *& ſeq.*

10 Ulterius admonendi ſumus in provinciali Hollandiæ Curiâ nullam prorogationem juriſdictionis partium unius ejuſdemque fori admitti, quæ non excedit ſummam in majoribus Civitatibus trecentorum, io minoribus centum & quinquaginta, in pagis quinquaginta florenorum. Ordonn. **Van de kleyne ſaaken**/ *Anni* 1579. *art.* 2. junct. *noviſſ. ampliat. Inſtruct. Anni* 1644. *art.* 5.

Cap. XVII.

De foro competenti ratione conſenſus; ubi de Arbitris.

Sommaria.

1. *Quomodo dicitur forum competens ratione conſenſus.*
2. *Arbiter quis & unde dictus.*
3. *Quomodo differat à judice delegato.*
4. *Alii arbitri, alii arbitratores, & quomodo diſtinguendi.*
5. *Clauſula illa,* **naar ſcherpheyt** / *&* **naar regt / reden ende billijkheyt** / *an & in quibus differant in compromittendi modo.*
6. *Arbitri aut amicabiles compoſitores, vulgo* **Goede Mannen** / *qui dicantur.*
7. *Arbitri qui & quales eſſe, & qui ut ſuſpecti removeri poſſint.*
8. *Quid juris inter plures conſtitutos ſi quis eorum abfuerit.*
9. *Quid inter plures diſſentientes & an aut quatenus majoris partis ſententia ſtandum.*
10. *Quid in duobus inter ſe diſſentientibus an tertium ab iis elegi poſſit.*
11. *De qua re compromitti poſſit, de unâ, pluribus aut omnibus.*
12. *Quomodo conſtituantur arbitri, ſcripto aut ſine ſcripto.*
13. *Quomodo ſcripta inſerta ſtipulatione, jurejurando, pœna.*
14. *Quando finiatur compromiſſum, & ad quid arbitri poſtquam arbitrium receperunt, ſint conſtringendi, & intra quod tempus finiri debeat arbitrium.*
15. *Quænam datur actio ex arbitri ſententiâ.*
16. *An & per quem executioni mandari poteſt.*
17. *An & quatenus ab arbitrorum ſententiâ appellari poſſit noſtris & aliorum moribus.*
18. *An & quomodo ab appellatione valide ſit renunciandum.*

1 Dicitur forum competens ratione conſenſus, quum alicui ex utriuſque partis conſenſu totius cauſæ aut litis deciſio committitur.

2 Hic dicitur Arbiter ea compromiſſo, de quo *tot. tit. ff. & Cod. de recept. qui arbitrium recep.* ita dictus ab arbitrando, ſecundum Feſtum, quod quaſi totius rei habeat facultatem, & arbitrium. Et definiuntur diſceptatores, communi & libero partium conſenſu ad negotium aliquod determinandum electi, *l.* 1. *l.* 3. *§.* 1. *ff. de recept. qui arbitr.* quorum arbitrio partes parere compromiſerunt, unde partium conventio, compromiſſum, in *l.* 1. 2. & compromiſſarii dicti *l.* 41. *ff. eod.* D. IV. XVIII. Cod. II. LVI. *De receptis qui arbitrium receperunt.*

Differunt à judicibus delegatis, quos Commiſſarios vulgo vocant, quod hi ex collegio judicum 3
deputentur, quales ſunt arbitri familiæ erciſcundæ, communi dividundo. *l. 15. 16. Cod. famil. erciſ. l. 3. Cod. commun. divid.* & arbitri pro ſocio *l. 38. ff. pro Socio.* Unde Arbiter judicem datum, addictumque à prætore ſignificat in *l. 24. ff. depoſiti. l. 7. ff. de negot. geſt. l. 1. ff. de pact. dot. l. 6. Cod. de reb. credit.* Differunt etiam à bonæ fidei actionum judicibus, qui etiam arbitri dicuntur, quod eorundem ſententia ad arbitrium boni viri redigatur. *l. 76. ff. pro Socio.*

Hi iterum ſunt vel arbitri in ſpecie ita dicti, in quos abſolute eſt compromiſſum, quorum ſen- 4
tentiis, ſive æquum, ſive iniquum dixerint, omnino ſtandum eſt *d. l. 76. ff. pro Socio. l. 27. §. ff. de recept. qui arbitr.* vel arbitratores; qui judices non ſunt, ſed æſtimatores, & amicabiles compoſitores, in quos non abſolute eſt compromiſſum. Quorum mentio fit in *auth. Si vero contigerit. Cod. de judic.* Utrum vero quis ut arbiter, an ut arbitrator conſtitutus ſit, non ex vocabulo, ſed ex compromiſſi formâ & veroſimili contrahentium intentione dijudicari debet *arg. l. 1. l. 13. ff. de recept.* Veluti ſi in aliquem compromiſſum ſit, ut juris ordinem ſequatur, libellum, reſponſiones, & productiones recipiat, is licet arbitrator nominetur, procul dubio juris arbiter eſt conſtitutus, ut in quo maximè inter eos conſiſtat differentia *d. l. 1. ff. junct. l. pen. Cod. de recept. arbitr.* Et rurſum ſi in aliquem compromittatur, ut controverſiam de plano, ſine ullo procedendi modo ac figura, ſecundum bonum & æquum decidat, & inter partes componat, licet is forte arbiter nominetur, nihilominus eſt & manet arbitrator, ejuſque vice fungitur. Verba enim rebus, non res verbis ſervire debent, ut recte notat Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 150. num. 6.*

Contra eos, qui in eo differentiæ cardinem conſiſtere putant, utrum ad rigorem juris, vulgò 5
naar ſcherpheyt van regten/ an ad æquitatem, **naar regt reden ende billicheyt**/ ſe referant. Quæ tamen verba, nullam in ſe, quoad compromittendi modum, continent differentiam: quum non ſit æquum, quod non ſimul ſit juſtum, neque aliud important illa verba, quam ut tam bonæ fidei, quam ſtricti juris actiones incluſæ intelligantur. Adeoque quum vix unquam ſcripto compromittatur niſi intentione ut ſecundum juris formam ſuum cuique tribuatur, conſequens eſt, omnia compromiſſa de juris arbitris intelligenda eſſe, non de arbitratoribus, niſi nominatim
de his agatur, ſub nomine amicabilium compoſitorum, vulgo, **als goeden mannen**/ qui tantum 6
ſunt proxenetæ, & adjutores tranſactionum, & in id adſumuntur, ut rei pretium vel uſus, aut operæ mercedem, aut ſimile quid definiant *l. ult. Cod. de contrah. empt. l. 24. ff. locati. l. 76. & ſeqq ff. pro Socio.*

Arbitri poſſunt eſſe omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem ſervi, *l. 7. §. 1. l. 8. ff.* 7
de recept. arbitr. Mulieres *l. ult. Cod. eod.* Pupilli, furioſi, muti, ſurdi, *l. 9. §. 1. ff. eod.* minores viginti annis. *l. 41. ff eod.* Illi de quorum re agitur. *l. pen. ff. eod.* nec judices in eâ cauſâ, qua judices ſunt. *l. 9. §. 2. ff. eod. de recept. arbitr.* In ipſos tamen judices jure Canonico valide compromittitur. *cap. 7. 10. extr. de arbitr. cap. 21. extr. de præbend.* Quod & mores ſequuntur, quibus nihil frequentius eſt moribus noſtris. Quod & de Galliæ & Germaniæ moribus affirmant Anton. Fab. *ad Cod. lib. 2. tit. 35. defin. 2.* Mornac. & Paulus Buſius *ad d. l. 9. §. 2. ff. de recept. arbitr.* Argentr. *ad conſuetud. Burgund. art. 18. num. 4.* Carpzov. *defin. forenſ. part. 1. conſtit. 1. defin. 15.*

Ante omnia vero videndum ut in eum compromittatur cujus arbitrii libera ſententia ſit futura. *l. 17. §. 3. ff. de recept. arbitr.* alias ſi inimicus, aut alterius partis amicus in arbitrum electus ſit, ut ſuſpectus removeri poteſt *l. 32. §. 14. ff. eod.* Adeo, ut ſi quis ante, animi ſui motum detexerit, juſte recuſari poſſit, per ea quæ tradit Menoch. *de arbitr. jud. caſ. 458. num. 14.* multo magis is, qui parti conſilium dedit, aut patrocinium præſtitit in eadem cauſâ. *arg. d. l. 17. §. 3. ff. de recept.* Quin et quidem partibus conſentientibus, valide admittatur prout à Cathaloniæ Senatu judicatum refert Jacob. Cancer. *variar reſolut. part. 1. cap. 21. num. 42.* moribus tamen invaluit, in utriuſque partis Advocatos, & Procuratores partibus hinc inde conſentientibus, valide compromitti. Quæ ſint juſtæ ſuſpicionum ſive recuſationum cauſæ tradit Franciſcus Milanenſis *Curia regni Sicilia deciſ. 15.* Borguin. Cavolcan. *deciſ. Fivizanenſ. part. 2. deciſ. 28. num. 114.* Menoch *d. caſ. 458.* & Anton. Fab. *ad Cod. lib. 3. tit. 4.*

Compromitti tamen poteſt tam in unum, quam in plures, tam æquali, aut inæquali nu- 8
mero: convenientius tamen eſt, ut impar ejus ſit numerus, *arg. l. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.*

Si plures ſimpliciter accepti ſunt arbitri, abſente eorum aliquo, reliqui præſentes licet inter ſe 9
conſentiant, arbitrari non poſſunt, quia in plures eſt compromiſſum, & præſentia ejus abſentis, eos potuiſſet trahere in ſuam ſententiam *l. 1. & 2. & ult. l. 18. ff. de recept. arbitr. l. 39. ff. de re judic.*

niſi

niſi aliter convenerit. *l. 8. ff. eod.* Vid. Anton. Fab. *ad Cod. lib. 2. tit. 38. defin. 3.* Carpzov. *defin. forenſ. part. 1. conſtit. 1. defin. 14.*

Sed jure Canonico, major arbitrorum pars, alterâ parte abſente, negocium examinare, libere definire, & ſententiam ferre poteſt, cui ſtandum eſt, dummodo omnes legitime fuerint citati *cap. 1. & ult. de arbitr. in 6.* Vid. Vivium *decſ. 380. num. 13.* Marc. Anton. Blanc. *de compromiſſ. quæſt. 9. num. 53.* Quo jure nos uti teſtantur. Coſtal, Buſius, & Groeneweg. *de legib. abrog. ad l. 17. §. ult. & l. 18. ff. de recept.* Kinſchot *Reſponſ. juris §. 8. num. 47.*

Si omnes adfuerint, & plures conſenſerint, majoris partis ſententiæ ſtandum eſt, *l. 17. §. 6. ff. eod.* Si ex tribus arbitris unus in quindecim, alter in decem, tertius in quinque condemnet, Julianus ſcribit quinque deberi, quod in hanc ſummam omnes conſenſerint. *l. 27. §. 3. ff. de recept. arbitr.* propterea qood majori ſummæ minor inſit. *l. 9. §. 3. ff. de hered. inſtit. l. 110. ff. de R. J.* Alexand. *vol. 2. conſil. 64. num. 9.* Damhoud. *prax. civil. cap. 212. num. 2.* Quæ ratio, quum tum demum vera ſit, quum utriuſque partis intentio in eadem ſumma vere, atque eadem utrinque qualitate, ac modo concurrit: ſecus, ſi in modo aut qualitate diſſentiant. Quod aperte probat *l. 52. ff. locati, l. 120. ff. de verb. oblig.* atque in arbitros non compromittantur, niſi negotia controverſa, in quibus plerumque compromittentes de toto debito diſſentiunt, & prætendens majorem ſummam minori non contentetur: ſed ab ea diſſentiat, & arbitrorum æque ac judicum ordinariorum ſententiæ ad partium concluſionem referri debeant: illud indiſtincte verum non eſt, vid. Covarruv. *lib. 1. var. reſolut. cap. 2. num. 6.* neque moribus convenit, quibus ſententia ab invicem diſſentientibus arbitris lata, ipſo jure nulla eſt. Quomodo in Galliâ obſervari tradit Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 47.* Gloſſ. *3. num. 21. & ſeqq.* quem ſequuntur Mornac & Autumn. ad dict. *l. 27. §. 3. ff. de recept. arbitr.* *Zyp. notit. Jur. Belg. tit. de arbitris.* Sed Hollandiæ moribus expediendarum litium cauſâ mediæ fere ſententiæ ſtatur, ut in qua omnes minus diſſentiunt, magis conveniunt, teſte Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. l. 27. §. 3. de recept. arbitr. circa fin.* Vid. etiam Anton. Fab. *Rational. eod.*

10 Si in duos tantum ſit compromiſſum, & hi inter ſe diſſentiant, tacite id actum videtur, ut tertius ab his eligatur, cujus auctoritati pareatur, niſi ante de certo adſumendo inter partes convenerit. *d. l. 27. §. 5. 6. ff de recept. arbitr.* cujus ſententiæ ſtabitur, quia in eo adſumendo diſſentire non poſſunt, ea pretſe autem ita in duos diſſentiant ut ipſi tertium adſumant, quia in adſumendo poſſunt diſſentire, putat Ulpian. *d. l. 27. §. 5. ff. eod.* Quæ tamen juris civilis ſubtilitas, ad mores non ſpectat, quibus uſitatius eſt in duos compromittere, cum poteſtate tertium adſumendi, quem ſuperarbitrum vocant. Vid. Specolat. *in tit. de arbitr. §. ſequitur.* Mornac. & Groeneweg. *ad d. l. 27. §. 5. ff. eod.* Rebuff. *ad conſt. Reg. tom. 3. de arbitr. art. 1.* Gloſſ. *2. num. 77.* Damhoud. *prax. civ. cap. 212. num. 1.* Merul. *prax. civil. lib. 1. tit. 7. cap. 1. num. 3.* Convenit cum jure Canonico *cap. cum ſpecialis 61. extr. de appellat.* & ſuo modo de jure civili procedere exiſtimat Anton. Fab. *Rational. eod.*

11 De qualibet re controverſâ indiſtincte compromitti poteſt, de unâ, de pluribus vel de omnibus *l. 13. §. 1. l. 19. §. 1. l. 21. §. 6. l. 43. ff. de recept. arbitr.* non tamen de cauſa famoſi edicti, judicii publici, vel popularis *l. 32. §. 6.* neque de cauſa liberali aut ingenuitatis *d. l. 32. §. 7.* nec ut quis à tutela minoris viginti quinque annis abſolvatur, *l. 3. ff. eod.* aut in integrum reſtituatur *l. fin. Cod. ubi & apud quem cognit. in integr. reſtit.*

12 Conſtituentur arbitri ſtipulatione facto compromiſſo interpoſitâ; officium enim arbitri ex ipſo compromiſſo ſumendum eſt, nec aliud illi licebit, quam quod inibi ut efficere poſſit, cautum eſt, nec quidlibet ſtatuere arbiter poteſt, nec in re qualibet, niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt *l. 32. §. 15. ff. de recept.* Sententiæ tamen arbitri, quam litigatores ratam habuerunt, ſtandum eſt, ſive tacitus, ſive expreſſus intervenerit conſenſus, valetque in vim pacti nullo compromiſſo præcedente *arg. l. 2. Cod. de commun. utriuſque judic.* Nihil enim refert an verbo an facto ratum quis habuerit. *l. 5. ff. rem ratam haberi.* Vid. Anton. Fab. *ad tit. Cod. de arbitris defin. 1.* Wurmſer. *practic. tit. 22. de ſentent. obſ. 6.* nihilque refert an ſcripto aut ſine ſcripto, niſi ad faciliorem rei geſtæ approbationem compromittatur, nec plus tribuitur publicæ, quam privatæ compromiſſi ſcripturæ. *arg. l. 17. Cod. pact. l. 1. l. 3. l. 9. & ſeq. Cod. de fid. inſtrumentor. l. 19. Cod. de rei vindicat. l. ult. Cod. de recept. arbitr.*

13 Compromiſſa vel ſimpliter concipiuntur vel ſub pœnâ ei inſertâ, certa, vel incerta, alia re præſtanda, ab eo qui definitioni ipſius arbitri non ſteterit, *l. 11. §. 2. l. 12. l. 13. l. 28. ff. de recept. arbitr. l. 1. Cod. eod.* Novel. 82. *cap. 11.*

Simpliciter concipiuntur iterum vel interpoſita ſtipulatione. *l. 21. §. ult. ff. de receptis.* vel ſimpli-

plici conventione l. 1. §. 3. l. 27. §. ult. ff. eod. vel præſtito jurejurando. l. 4. Cod. eod. ſed quod
poſtea correctum Novell. 82. cap. 11. & auth. decernit. Cod. eod. Vid. Wicland. prax. civ.
tit. 8. cap. 24. & cap. 14. cum ſeqq. ubi integram compromiſſorum materiam ſecundum praxin
recenſet.

Pœna iterum inſeritur vel ſimpliciter, quo nihil frequentius eſt moribus noſtris in æſtimendis
emptionum pretiis, in arbitrium tertii collatis, quo perſoluta libere ab arbitrio receditur, vel ad-
dita clauſula, manente compromiſſo, qua is qui ſententiæ ſtare non vult incidit in pœnam, &
compromiſſo nihilominus ſtare debet, per gloſſ. in l. 2. verb. exceptionem ff. de arbitru. Vid. ea quæ
tradit Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 150. num. 14.

Finitur compromiſſum ſententiâ latâ, ad quam ferendam conſtringi poteſt arbiter poſtquam ar- 14
bitrium receperit. l. 3. §. 1. l. 13. §. 2. l. 21. §. 5. indictione mulctæ l. 32. §. 12. & tit. ff. & Cod. de
recept. qui arbitr. recep. ut ſent. dicant. intra certum tempus, ſi aliquod compromiſſo ſit adjectum
l. penult. Cod. de recept. qui arbitr. l. 13. §. 3. l. 21. §. 8. ff. eod. Alias non cogitur his diebus, quibus
judex non cogetur ſententiam ferre, & ſi de cauſâ ipſi nondum liqueat, ſpacium ad pronuncian-
dum ei concedi debet d. l. 13. §. 3. 4. eod.

Si certum tempus compromiſſo conſtitutum ſit, illud ab arbitris, niſi conſentientibus partibus,
prorogari non poſſe, ſed per lapſum temporis omnem compromiſſi poteſtatem expirare, ita ut
quicquid ab eo poſtea actum eſt, ipſo jure nullum ſit communiter volunt arg. l. 32. §. ult. ff. de
recept. junct. l. 211. §. 8. ff. eod. vid. Card. Tuſc. Practicab. concluſ. 459. Alexand. conſil. 8a.
Sed quod moribus non convenit, quibus certo tempore compromiſſa ita circumſcribi non ſolent,
quin ex cauſâ illud ab arbitris prorogari ſoleat.

Finitur præterea compromiſſum ſolutione, acceptilatione, judicio, ac pacto, ſive mutuo diſ-
ſenſu l. 32. §. 3. ff. de recept. junct. l. 35. ff. de R. J. denique morte alterutrius partium, l. 27.
§. 1. ff. eod. vel ipſius arbitri. l. 40 ff. de Recept. arbitr.

Ex arbitri ſententia datur efficax actio ſive pœna compromiſſa ſit ſive non. Si pœna adjecta ſit 15
ad pœnam l. 2. ff. de recept. arbitr. Si ſimpliciter compromiſſum ſit ad intereſſe, ſive id quod in-
tereſt, actio dabitur. l. 27. §. 3. ff. de recept. l. 11. §. 3. ff. eod. quia ſubeſt conventioni cauſa,
ſcilicet, ut ſtetur ſententiæ arbitri, & recedatur ab ipſa lite. l. 65. §. 1. ff. de condict. indebit. Si
modo ſententia fuerit approbata, vel expreſſe, quum quis profeſſus eſt ſeſe acquieſcere, vel tacite
per lapſum decem dierum. l. 4. 5. Cod. de recept. arbitr. ſi pœna adjecta ſit additâ clauſulâ (rato
manente compromiſſo) nihilominus ſtabitur. l. pen. Cod. de recept. & ibi Bart. Wurmſer. pract.
tit. 22. obſerv. 8. Andr. Gail lib. 1. obſerv. 150. num. 14.

Executioni tamen mandari non poteſt, niſi per ordinarium condemnati judicem l. 15. ff. de 16
Re judicat. à quo peti, & parte auditâ, condemnatio decerni ſolet, moribus noſtris. Vid.
Andr. Gail lib. 1. obſerv. 1. num. 53. Wurmſer. pract. tit. 2. obſerv. 2. num. 2. & tit. 3.
obſerv. 8.

In Galliâ tamen arbitrorum lauda, eandem quam judicum, ſententiæ authoritatem obtinere
videntur: per ea quæ refert Autumn. ad d. l. pen. Cod. de recept. arbitr. Bugnon. de legib. abro-
gat. lib. 5. cent. 19. Gotbofred. ad d. l. 15. in pr. ff. de re judicat. Quod tamen in arbitris ne-
gat Mornac. ad d. l. 32. §. 6 ff. de recept. De hac actione, & exceptione vide Boër. deciſ. 284.
num. 26.

Appellari ab arbitrorum ſententia non poteſt, jure civili. l. 1. Cod. de recept. arbitr. l. 27. §. 2. 17
ff. eod. Sed ſi iniqua fuerit ſententia, vel erit ipſo jure nulla, veluti ſi quid turpe contineat. l. 21.
§. 7. §. 11. ff. eod. vel arbiter juſſerit aliud, quod ad rem non pertinet. l. 39. ff. de recept. arbitr.
vel ab ea inter decem dies receditur, exſoluta pœna, eoque quod intereſt, ſecundum ea quæ di-
ximus. Cæterum in arbitratoribus, ſive amicabilibus compoſitoribus, reducitur ab arbitri ſen-
tentia ad boni viri arbitratum. Quæ reductio intra decem dies peti debet, coram ordinario judi-
ce ejus, adverſus quem poſtuletur. arg. l. pen. Cod. de recept. junct. l. 76. in fin. ff. pro Socio. Vid.
Fachin. lib. 8. controv. cap. 4. Matth. de Afflictis deciſ. 51. Sed hæc ita procedunt, niſi quis
ſordes, vel gratiam arbitrorum probare voluerit, qui doli exceptione adverſus agentem uti po-
teſt, quæ inſtar appellationis eſt. l. 32. §. 14. ff. recept. & in perpetuum competit l. 28. in fin.
ff. de dolo malo, cujus argumento ſi arbitri ſententia enormiſſimam læſionem vel manifeſtam, &
evidentem læſionem contineat, ab eâ valide appellari poſſe DD. communiter ſtatuunt. Vid.
Andr. Gail lib. 2. obſerv. 150. num. 9. Anton. Fab. ad Cod. lib. 2. tit. 38. defin. 6.

Sed moribus receptum eſt, ut indiſtincte ab arbitri ſententia, ad arbitrium boni viri redu- 18
catur. arg. l. 76. & ſeqq. ff. pro Socio. aut coram ordinario, aut omiſſo ordinario, coram ſupe-
riori

riore judice, coram quo appellationis judicium eſſet peragendum, ut quæ appellandi quædam ſpecies ſit, *l. 32. §. 14. in fin. ff. de recept.* reductio inſtituatur. In Hollandiâ Provincialis Hollandiæ Curia, Merul. *Prax. Civil. lib.* 4. *tit.* 5. *cap.* 1. In Friſiâ ſuprema Friſiæ Curiâ, de laudo judicat. Sande *lib.* 1. *tit.* 14. *defin.* 2. Sed in Gallia conſtitutione Regia ſervatur, ut prius coram eo ventiletur, qui fuiſſet judex cauſæ ſi actor voluiſſet in judicio litigare, teſte Rebuff. *ad Conſtit. Reg. tom.* 3. *de arbitris. art.* 1. *Gloſſ.* 10. *num.* 9. Idem in ſuprema Mechlinienſi Curiâ obſervari tradit Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 142. *num.* 4. *& deciſ.* 143. *num.* 8. Idem Zelandis ſpeciali conventione indultum eſt, prout continetur *Art.* 10. proviſionalis conventionis inter Hollandiæ Zelandiæque Ordines iniri 7. *Mart.* 1607. Idemque in Germaniâ obtinere referunt Andr. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 149. & Myoſinger. *Centur.* 2. *aſſert.* 61. Quæ reductio, ſi intra decem dies interponatur, appellationis vice fungitur apud nos, quæ ſententiæ executionem ſuſpendit: poſtea intra annum impetrata, reformationis tantum loco eſt, quæ ſententiæ executionem ſiſtere non poteſt, niſi adverſus fatalium lapſum reſtitutionis auxilio impetrato. Vide Merul. *Prax. Civil. lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 3. *& ſeqq.* Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 142. *in fin.* Neque poſt annum datur, niſi eadem, adverſus temporis lapſum, impetrata reſtitutione. Merul. *d. loco.* quam adhuc intra triginta annos peti poſſe DD. volunt, quos citat & ſequitur Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 15. *num.* 2. *& ſeqq.*

Atque is, qui adjecta compromiſſi pœna arbitri ſententiæ ſtare promiſit, & reductioni diſerte renunciavit, adverſus eandem ſuam renunciationem, eodem reſtitutionis remedio ad reductionem admittitur: neque pœna committitur, antequam arbitri ſententia extrema reductionis ſententia confirmetur. *arg. l.* 30. *ff. de oper. libert.* Prout ab utraque Hollandiæ Curiâ judicatum refert Jacob. Coren *obſerv.* 13. Vide etiam Papegay *pag. mihi* 234. *verſ.* **Voer een.** Sed caſu quo reductioni diſerte renunciatum eſt, interim pendente reductionis & reſtitutionis cauſâ, ſententia ſub cautione de reſtituendo, executioni mandari poteſt, adeoque reformationis tantum jure utimur, ſecundum *Noviſſim. Holland. Cur. Inſtruct. Anni* 1644. *art.* 20. In Galliâ tamen à laudo, ſive arbitrio, ordinarii judicis ſententia ſemel confirmata, ulterior appellatio non admittitur, niſi pœna compromiſſo adjecta prius perſoluta. Vid. Argentr. *ad Conſuetud. Britann. art.* 19. *not.* 2. *num.* 2. Papon. *lib.* 6. *tit.* 3. *arreſt.* 2. 4. 5. Quod idem in Mechlinienſi Curiâ ſervatur, teſte Chriſtinæo *dict. vol.* 2. *deciſ.* 142. *num.* 6.

Ut reductionis valida ſit renunciatio, nec quis alium reſtitutionis beneficio tam facile illudat, moribus noſtris ut plurimum compromiſſis inſeritur clauſula voluntariæ condemnationis, vulgo **Willige condemnatie** / qua partes utrimque per Procuratores hinc inde ſuos ad id ſpecialiter atque irrevocabiliter pari poteſtate, ſic ut eorum unus petat, alter conſentiat, conſtitutos, à ſupremâ Hollandiæ Curiâ in anteceſſum, primo in ipſum compromiſſi tenorem, ne ſcilicet, interim ante latam ſententiam ab ipſo compromiſſi contractu, aliquo modo recedatur, deinde in ipſum arbitrorum laudum, ſive ſententiam latam condemnandos ſe invicem obligant, quæ propterea ſententia ipſi ſupremæ Curiæ, ne interim alicui partium pateſiat, clauſa tranſmittitur.

Quæ tum condemnatio paratæ executionis vice fungitur, ejuſque efficaciæ eſt, ut per eam nullo amplius remedio à tali laudo recedi, aut ulterius provocari poſſit, ne quidem per formam reviſionis, ſive propoſitionis erroris, propterea quod error nullus allegari poteſt ejus, in quod conſenſibus ipſi, neque novæ productioni locus ſit, in reviſionibus, ſed ex iiſdem actis an bene vel male judicatum ſit examinari debeat, ut recte notat Bender. *de Reviſion. concluſ.* 16. *pag.* 230.

Cap. XVIII.

De Foro competenti ratione privilegii, ubi de foro privilegiato.

Summaria.

1. *Forum privilegiatum.*
2. *Quale forum privilegiatum habet dominus feudi, & qui ſint feudorum judices legitimi, noſtris & aliorum moribus remiſſive.*
3. *Forum privilegiatum ſtudioſorum, quid aut quale.*
4. *An & quatenus ab eo renunciari poſſit, & quid de foro Senatus Academici Lugdun-Batav.*
5. *Quid & quale fori privilegium habeant Provincialis & ſuprema Hollandiæ Curiâ, remiſſive.*
6. *Quid & quale pleraque Geldria Civitates.*

1 FOrum privilegiatum proprie dicitur quod ipſi judici privativè indultum eſt, ut à certis perſonis, aut in certis cauſis, coram ſe, nec coram alio judice litigetur. Cujus privilegium in eo

potiſſi-

potiſſimum conſiſtit, ut partes coram eo judice, nec coram alio litigare poſſint, neque ab ejus juriſdictione declinare, aut alterius juriſdictionem prorogare poſſint: quum quilibet ſuo non alterius juri renunciare poſſit, *l.* 1. *ff. de ſerv. export. l.* 20 *ff. de officio Præſidu. l.* 18. *ff. de Juriſdict. l.* 7. *ff. de Poſtulando.*

2 Tale privilegium habet forum feudale, in rebus feudalibus, in quibus ſub hac prærogativa competens judex eſt Dominus feudi, ſi inter ipſos Vaſallos ſuper feudo non Regali lis oriatur. *cap. unic. §. præterea. De prohibit. feud. alienat. per Frid.* Si inter Dominum & Vaſallum contentio ſit, Pares Curiæ, id eſt, Convaſalli, ab utraque parte pari numero eligendi ſunt, ut ſi Dominus eligat unum, Vaſallus ſecundum. Si Dominus tertium eligat, Vaſallus quartum ei opponat, & ſic deinceps eligendi ſunt judices legitimi. *cap.* 1. *§. præterea. De prohibita feudi alienat. per Frederic. cap.* 1. *verſ. Si inter. & §. final. de alienat. patern. feud.* De feudo vero legali, ut puta Ducatu, Marchionatu, Comitatu, &c. ſolus Imperator cognoſcit. *cap. unic. apud quem vel quos controv. feud. defin.* Vide late Roſenthal. *de Feudis cap.* 12. *concluſ.* 1. Georg. Tholoſan. *Syntagm. Jur. lib.* 1. *cap.* 22.

Sed moribus fere, plerіſque in locis peculiare rerum feudalium forum ac judicium conſtitutum eſt, coram quo indiſtincte omnes res, & controverſiæ feudales ſive inter Dominum & Vaſallum, ſive inter Convaſallos quæſtio ſit, dijudicari debent: Cujus quidem in Hollandia Weſt-Friſiaque origo à Carolo IV. inſtituta 19. *Octob.* 1469. proceſſit, à quo edicti perpetui nomine ordinatum ac ſtatutum fuit, ut quicunque cauſam, ſeu actionem aliquam ſuper proprietate alicujus feudi Hollandiæ vel Friſiæ intentare vel movere voluerit, id facere omni tempore poſſit, ac debeat coram locum-tenente ſuo, & hominibus ſuis feudalibus, in vice Curiâ, per eundem locum-tenentem debite congregandis. Cui poſtea Carolus V. circa qualitatem & numerum, atque ulteriorem procedendi modum 20. *Martii* 1519. ſua addidit. Quæ à tumultibus bellicis paulatim in diſſuetudinem redacta (adeo ut feudali Curiæ Provincialis Hollandiæ Curiæ ſucceſſerit) tandem ab Hollandiæ Ordinibus renovata, & in uſum revocata ſunt, *Noviſſima Cameræ feudalis Inſtruct.* 7. *April.* 1661. prout de noſtris & aliorum moribus latius egimus ſupra *cap.* 14. *circa fin.*

3 Eodem fori privilegio quidam putant gaudere Senatum Academicum in Studioſos, & membra Academica, ut ſive actores, ſive rei ſint, coram eodem Senatu cauſas agere, ac defendere debeant, nec eidem ſuo foro renunciare, aut alterius juriſdictionem prorogare permittuntur, adeoque nec ulteriori provocationi eorundem ſententiæ ſunt ſubjectæ, *arg. auth. habita. Cod. ne filius pro patre.* pro cujuſque inſtitutis, aut privilegiis, quibus à ſuis fundatoribus dotati reperiuntur. Sed quum ejuſmodi privilegia haud aliam cauſam, aut rationem habere reperiantur, quam quæ expreſſa eſt *in d. auth. habita. Cod. ne filius pro patre.* ſcilicet ut ipſis Studioſis ſit optio, utrum apud præceptorem ſuum, an apud loci Epiſcopum conveniantur. *dict. auth. circa fin.* & tertium etiam eligere poſſunt ſecundum præſcriptum Juſtiniani *§.* 10. *in fin Conſtit. Ad. Anteceſſor.* vix eo extendi poſſe putem, quin ipſi Studioſi ut privilegio pro ſe introducto valide renunciare, alteriuſque judicis juriſdictionem prorogare poſſint.

4 Quo facit Hollandiæ Ordinum interpretatio *art.* 39. *Statut. Academiæ Lugduno-Batavæ* 25. *Martii* 1662. circa ejuſdem Senatus fori competentiam facta, qua inter cætera cautum reperitur: ut ab hoc Senatu non obſtante, hoc fori privilegio renunciari & alterius juriſdictio prorogari poſſit, modo id à majoribus viginti quinque annis expreſſe & ſpecifice fiat. Quæ noviſſima interpretatio, quum præterea quædam alia ſingularia, ab ipſâ fori juriſdictione dependentia contineat, ſuperiori *cap.* 2. verbotenus inſerta eſt, quam vide ibid.

5 Ejuſmodi etiam privilegium in certis cauſis habet Provincialis & Suprema Hollandiæ Curiâ. Sed quæ, quum partim ipſis litigantibus, partim ipſis judicibus ſuo jure proſint, & in quibus à partibus omitti poſſit, mixti cujuſdam generis eſſe videntur. Prout de his latius ſuo loco.

6 Huc etiam pertinet quod per totam fere Gelriam, ſingulis fere Civitatibus, & quibuſdam etiam Pagis per arreſtum, ut vocant judicare ſpeciali privilegio, hoc eſt ne cui litigantium ab eorundem ſententiis ad ſuperiorem judicem appellare permittatur, conceſſum aut verius uſurpatum fuerit. Sed quibus privilegiis, quum de pleriſque eorundem non certo conſtaret, per reſtitutionem totius Provinciæ, à Gallis *Anno* 1672. & 1673. obſeſſæ, & reviſionem, eorundem jurium ac privilegiorum ab *Arauſionenſium Principe*, in multis derogatum eſt.

CAP.

Cap. XIX.

De competentia mixti fori, tam ratione cauſæ quam perſonæ privilegiatæ, ubi de competentia fori utriuſque Hollandiæ Curiæ.

Summaria.

1. *Mixtum forum quid?*
2. *In quibus ſit fundata Provincialis Hollandia Curia jnriſdictio, per* XVIII. *caſus, & primo in Appellationum cauſis.*
3. *In dominiis, juribus, & prarogativis Principis,*
4. *De erroribus, actionibus & concuſsionibus Balivorum, caterorumque officialium.*
5. *De Summarnm poteſtatum & jurium cauſis, adium ſacrarum fundationibus, & officialium Principis, Eccleſiaſticornm, aliorumque privilegiatorum injuriis.*
6. *In viduarum, pupillorum & miſerabilium cauſis.*
7. *Rerum monetalium, aliorumque regalium.*
8. *De diſsidiis inter civitates, & caſtella.*
9. *De poſſeſſoriis & beneficialium poſſeſsionum cauſis*
10. *De Officialium, & nobilium Chirographis.*
11. *In Jnriſdictione provogata.*
12. *De privilegiis, conſuetndinibus ac Statutis ſingnlorum.*
13. *De criminibus anni ſpatio inſtituere neglectis.*
14. *De lege diffamari, an & quatenus obtineat.*
15. *In purgationis objectorum criminum cauſis, per praventionem,*
16. *In rei judicata actione.*
17. *In Arreſtu profugorum aut ſuſpectorum.*
18. *Inter plures reos diverſarum jnriſdictionum.*
19. *In cauſis pœnalibus.*
20. *Evocationibus.*
21. *De Recognitionibus remiſsionum, ceſsionum, & gratiarum reſcriptis.*
22. *In Aula & Curia domeſticorum cauſis.*
23. *Suprema Hollandia Curia Juriſdictio in quibus ſit fundata per caſus* V.
24. *In appellationum ſententiarum à Provinciali Hollandia curia judicatarnm cauſis.*
25. *In aggerum communium cauſis.*
26. *In cauſis poſſeſſoriis.*
27. *In cauſis ad navigiationem communem ſpectantibus.*
28. *In Mercatorum extrancorum cauſis.*

1 Mixtumforum eſt, cujus juriſdictio tam ex cauſæ, quam ex perſonæ privilegio fundata eſt; Qualis utriuſque Hollandiæ Curiæ juriſdictio eſt, quæ varie fundatur, in quibuſdam ratione cauſæ, in quibuſdam ratione perſonæ privilegiatæ tam litigantis, quam ipſius etiam judicis.

2 Ad juriſdictionem provincialis Hollandiæ Curiæ pertinent primo appellationum cauſæ, in quibus ab omnibus civitatum ac municipum judicibus, coram hoc nec alio Senatu provocatio admittitur, ſecundum præſcriptum *Inſtrnct. Cur. prov. art.* 205. exceptis iis, quæ appellationem non recipiunt, de quibus ſuo loco.

3 II. Fundata eſt Curiæ Hollandiæ juriſdictio in juribus, prærogativis, & Dominiis Principis, in quibus ab eodem Senatu adhibito Cameræ rationalis conſilio jus dicitur. *d. Inſtruct. Cur. prov. art.* 6. quæ ad Curam fiſci Advocati in cauſis civilibus conſtituti pertinent.

4 III. Provincialis Hollandiæ Curia privative cognoſcit de Balivorum aliorumque officialium erroribus, exactionibus, & concuſſionibus, criminibus, ac delictis ad pœnam vel officii ſuſpenſionem pertinentibus. *d. Inſtruct. art.* 8. *l. ult. ff. de jnriſdict. omn. jud. l.* 2. *Cod. ubi Senat. l.* 3. *ubi cauſ. Stat. ag. deb.* Item de Nobilium ac potentiorum oppreſſionibus. *d. Cur. Inſtruct. art.* 12. facit *l.* 1. *Cod. ne liceat potentioribus. l.* 2. *Cod. de officio Rector. provinc. l.* 12. *§.* 2. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*

5 IV. In Summarum poteſtatum & jurium cauſis, itemque ſuper templorum, atque ædium ſacratum fundationibus, de injuria officialibus Principis, Eccleſiaſticis aliiſque perſonis privilegiatis illata. *d. Inſtruct. Cur. Holl. art.* 8. *in pr.*

6 V. Ad juriſdictionem provincialis Hollandiæ Curiæ pertinent viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum cauſæ. *d. Inſtrnct. art.* 9. de quibus latius ſupra *cap.* XIII.

7 VI. Rerum monetalium regalia, aliæque ſuperioris poteſtatis prærogativæ. *d. art.* 8.

8 VII. Diſſidia inter Civitates & Provinciæ Caſtella. *d. art.* 8.

9 VIII. Novi operis, aut perturbatæ poſſeſſionis cauſæ, tam inter extraneos hujus Provinciæ vicinos, quam ipſos ſubditos *d. art.* 8. *junct. ejuſd. Inſtruct. art.* 39. & omnes beneficialium poſſeſſionum controverſiæ. *d. art.* 8.

10 IX. Officialium Chirographa, quibus ſub eorundem ſigillo, aut ſigno, quid dare præſtare

promiſerunt, itemque nobilium obligationes, per modum præventionis inſtituendæ. *d. Inſtruct.*
art. 8.

X. Omnia Chirographa, cum ejuſdem Curiæ prorogatione contracta. *d. Inſtruct. art.* 8. *junct.* 11
noviſſ. ejuſd. Inſtruct. ampl. art. 6. de quibus plenius ſupra. *cap.* 16.

XI. Omnium privilegiorum, conſuetudinum ac Statutorum municipalium cauſæ, quibus 12
de eorundem vitio aliqua controverſia movetur. *d. art.* 8. facit *l.* 1. *ff. ad l. Jul. Majeſtat.* Vid.
Andr. Gail *lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 7.

XII. Omnia crimina, omneſque exceſſus, ſuper quibus integro anni ſpatio nulla actio fuerit 13
intentata, per modum ſcilicet præventionis. *d. Inſtruct. art.* 8.

XIII. Super actione *l. diffamari. Cod. de ingen. manumiſſ.* Qua is qui nullo jure ab alio tan- 14
quam alicujus criminis aut culpæ reus apud populum traducitur, aut tanquam poſſeſſor alienæ rei,
illatæ injuriæ, aut alterius rei nomine, apud graves viros inique diffamatur, eundem diffamatorem,
omneſque alios, per præventionem coram Hollandiæ Curiâ citare poteſt, ut coram eodem Sena-
tu intra certum tempus actionem ſuam, ſi quam habere putaverit, inſtituat, ſub pœna perpetui
ſilentii, *arg. d. l. diffamari. Cod. de ingenuis manumiſſis junct. l.* 18. *ff. de accuſat.*

Qui tamen ſi compareat actionem ſuam inſtituere paratus, ibidem inſtituere eam poteſt, ſi
velit, cæterum ſi nolit, in hunc modum excipere poteſt, ut quidem actionem ſuam intra dictum
tempus inſtituere ſit paratus, ſed non niſi coram ejuſdem actoris ordinario ac competenti judice,
arg. l. 2. *Cod. ubi in rem actio.* Quam exceptionem ei adjudicandam Senatus ſæpius cenſuit. Cui
tamen in hunc modum commode ſubveniri poteſt, ſi actio illa negatorie inſtituatur, non ut diffa-
mans actionem ſuam inſtituat, ſed ut ab eodem Senatu declaretur ejus rei aut cauſæ nullam in ſe
adverſarium ſuum habere actionem. Prout in praxi eſt receptum. Hanc materiam late tractat
Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 9. 10. 11. 12. Mynſing. *centur.* 5. *obſerv.* 82. & *centur.* 6. *ob-*
ſerv. 90.

Huc pertinet quod idem Senatus, per præveniendi modum, omnes qui ſe à criminibus ſuis ob- 15
jectis, aut objiciendis innocentes declarandos, ac purgandos ultro offerentes, admittere poſſit.
d. Inſtruct. Holland. Cur. art. 8.

Dico *per præveniendi modum*] Sic ut nullæ informationes ante Mandati executionem à Balivo
aut officiali coram Magiſtratu loci ſolenniter quæſitæ præceſſerint, quo caſu Curiæ præventio ceſ-
ſat. Quia informationes coram judice loci factæ litiſpendentiam inducunt, etiamſi in jus vocatio
nondum fuerit ſubſecuta. Aliæ vero informationes, coram notario & teſtibus, aut privata ſcriptu-
ra factæ nullam litipendentiam, adeoque nec præventionem inducunt, niſi eam ſubſecuta ſolenni
citatione, ut ſæpius ab Hollandiæ Curia deciſum reperitur, facit *l. pen. ff. Nautæ, caupones, ſtabu-*
larii. l. 14. *ff. de Accuſationibus. l.* 1. *ff. de offic. conſ junct. l.* 7. *ff. de jud.* Vide Jul. Clar. *§. fin.*
quæſt. 38. *in verbis Praterea.* Boſſ. *prax. criminal. rubr. de foro competent. num.* 60. Farinac. *prax.*
crimin. tom. 1. *quæſt.* 7. *num.* 21. *& ſeqq.* Papegay *pag. mihi* 523.

XIV. Ad Senatus Provincialis juriſdictionem ſpectat rei judicatæ actio, qua quis ſententiam 16
judicis inferioris, per annalis ſpatii lapſum executioni exemptam renovari, novaſque literas exe-
cutoriales ſuper eo decerni petit, vulgo **om executie te ſien decerneren** / *d. Inſtruct. art.* 18. &
art. 30.

X V. Arreſta ſive in perſonas, ſive bona latitantium profugorum, aut extra Provinciam fixum 17
domicilium foventium perſonarum. De quibus vid. *ſupra cap. xv.* Andr. Gail *lib. ſing. de arreſt.*
Imp. & Pecc. *de jure ſiſtend.*

XVI. Cauſæ eorum, qui duos, pluresve unius debiti aut Chirographi reos habent, in diverſo- 18
rum judicum territoriis degentibus. *l.* 1. & 2. *ff. De quib. cauſ. ad eundem judicem eatur. l.* 10. *Cod.*
de judic.

XVII. Omniaque mandata pœnalia adverſus ea quæ contra ordinem, aut juris diſpoſitionem 19
ab altero, in alterius præjudicium committuntur, de quibus etiam late Andr. Gail *lib.* 1. *obſ.* 13.
& ſeq.

XVIII. Omnes apud inferiores judices de juriſdictione diſceptationes, itemque cauſarum ob 20
denegatam, aut retardatam juſtitiam, ab inferioribus judicibus evocationes, de quibus etiam vide
Andr. Gail *lib. obſ.* 41. Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 22. *& ſeqq.*

XIX. Ad Curiæ Provincialis juriſdictionem etiam pertinet, de cauſarum criminalium remiſ- 21
ſionibus, bonorum ceſſionibus, aliiſque gratiæ reſcriptis recognoſcere. *d. Inſtruct. art.* 222. &
ſeq. & 227.

XX. Poſtremo idem Senatus Senatorum, Nobilium, Advocatorum, Procuratorum, alio- 22

rum-

rumque domeſticorum, atque ipſi Curiæ ſubjectorum Ordinarius atque competens judex eſt. *arg. l. ult. Cod. ubi Senator. vel clariſſ.*

23 Ad Supremæ Curiæ cognitionem præter mandata inhibitoria, Arreſtorum reſtitutionum, atque inventarii beneficii conceſſionum prærogativæ *Inſtruct. Suprem. Holland. Cur. art.* 23. pertinent.

24 I. Omnes appellationum cauſæ, de quibus à Senatu Provinciali, & à minoribus etiam in Zelandiâ ſubſelliis omiſſo medio ad eundem Senatum provocatur. *d. Inſtruct. art.* 21. *&* 22. *junct. tract.* Inter Hollandiæ & Zelandiæ *Ordin.* 3. *Auguſti.* 1587. *art.* 7.

25 II. Aggerum communium cauſæ, quarum ſi nulli Præfecto aggerum ejuſque Adſeſſoribus immediate ſubſint, cognitio ad dictum ſupremum Senatum ſpectat: aut alias ab his omiſſo medio, ad ejuſdem Senatum appellari poteſt. *d. Inſtruct. art.* 22.

26 III. Cauſæ poſſeſſoriæ, & quæ eo ſpectant, omneſque aliæ, quæ de jure aut ſtatuto nulli appellationi ſunt ſubjectæ. *d. Inſtruct. art.* 19.

27 IV. Cauſæ concernentes navigationem communem & ex legibus nauticis dependentes. *d. Inſtruct. art.* 20.

28 V. Ad ejuſdem Curiæ juriſdictionem pertinent omnes extraneorum mercatorum in Hollandia, aut Zelandia non habitantium cauſæ.

Quæ ſummatim enumeraſſe hic ſuffecerit ut de quibus ſigillatim ſuo ordine & loco tractabitur.

Cap. XX.

De Judiciis, id eſt Actionibus & earum ſpeciebus.

Summaria.

1. *Actio ſive judicium quid.*
2. *Actionum diviſio in civiles, criminales in perſonam aut in rem.*
3. *Actiones perſonales quæ dicantur.*
4. *Actiones reales, quæ & in quotuplici ſunt differentia.*
5. *Actio Publiciana quæ ſit.*
6. *Actio reſciſſoria.*
7. *Actio Pauliana.*
8. *Actiones poſſeſſoriæ quæ ſint.*
9. *Adipiſcendæ poſſeſſionis actio quæ ſit.*
10. *Interdictum Salvianum quid.*
11. *Recuperandæ poſſeſſionis interdictum quid.*
12. *Actio ſive judicium petitorium quid.*
13. *An & in quibus actiones poſſeſſoriæ petitoriis priores ac potiores ſunt.*
14. *Actiones præjudiciales, ſive judicia proviſionalia, vulgo* Provisien van namptiſſement/ *quæ ſint, & in quibus locum habeant.*
15. *Præjudiciales ad exhibendum actiones quæ & quales ſint.*
16. *Rei perſecutoria actio quæ ſit.*
17. *Pœnalis.*
18. *Mixta.*
19. *Actiones in ſimplum, vel in duplum an & quatenus moribus ſint receptæ.*
20. *Bonæ fidei actiones, quæ aut quales ſint.*
21. *Stricti juris quæ & quales ſint.*
22. *Arbitrariæ.*
23. *Actiones aliæ in ſolidum, aliæ pro parte tantum competunt, & quæ ſint.*
24. *Aliæ quæ ex facto noſtro, aliæ quæ ex facto aliorum, per quos obligamur.*
25. *Aliæ directæ, aliæ noxales.*

1 COgnito cujuſque judice, & foro competenti, ſequitur ut de actionibus, quibus quod nobis debetur in judicio perſequi liceat deſpiciamus, quæ etiam judicia dicuntur, *l.* 1. *Cod. de contr. tutel. judic.* Quemadmodum enim juris *l.* 11. *ff. de juſtit. & jur.* ita etiam judicii vocabulum plurimis modis accipitur. Inſtit. IV. VI. *De Actionibus.*

2 Actionum aliæ ſunt civiles, aliæ criminales, de quibus ſequenti libro ſeorſum tractabitur.

Civilium quidem actionum ſumma diviſio eſt earum quæ in perſonam ſunt, aut in rem *§.* 1. *Inſtit de action.*

Unde & actiones aliæ ſunt perſonales, aliæ reales.

3 Actiones perſonales ſunt, quibus ex obligatione ex contractu vel quaſi, ab alio nobis quid dari vel fieri contendimus. *d. §.* 1. *Inſtit de action.* Quibus omnes comprehenduntur actiones in factum, quæ non ſunt mere reales, quæ variorum ſunt generum.

4 Reales ſunt, quibus rem noſtram vel nobis obligatam, jure dominii vel quaſi, à quolibet ejus poſſeſſore exequimur. *d. §.* 2. *Inſt. de action.*

Quæ ſunt iterum civiles, ut ſunt rei vindicationes. *§. 3. §. 15. Inſt. de actionibus.* quibus rem noſtram corporalem in judicio perſequimur. *pr. & §. 1. Inſt. de actionib.* Aut prætoriæ, quibus rem quaſi noſtram prætoris auxilio perſequimur. Uti Publiciana & Pauliana actiones.

D. VI. II. *De Publiciana in rem actione.*

5 Publiciana in rem actio, eſt actio prætoria realis, qua petimus reſtitui id, quod nobis ex juſta cauſa, à non domino bona fide fuit traditum, cujus forte poſſeſſione, antequam uſuceperimus excidimus. *§. 4. Inſtit. de act. & tot. tit. ff. de Publician. in rem action.* exemplum vide apud Schneiduinum *ad tit. Inſtit. de actionib. tit. de civil. & prætor. act. num. 15.*

6 Riſciſſoria actio eſt Publicianæ contraria, qua quis rem ſuam ab alio, dum Reipublicæ cauſa abeſſet, uſucaptam, tanquam ſi non uſucapta eſſet, in integrum reſtitutione interpoſita reddi, ac reſtitui petit. *§. 5. Inſtit. de action.* cujus exemplum & praxin vide apud eundem Schneiduinum *tit. Inſtit. de actionib. Rubr. de reciſſor. act. num. 5.* Eoque pertinet actio, quod metus cauſa geſtum eſt, ut reſtituatur. *tot. tit. ff. & Cod. Quod met. cauſ.*

7 Pauliana actio, eſt actio prætoria realis qua creditores, revocant id, quod per debitores in fraudem creditorum alienatum ac traditum eſt, tanquam ſi alienatio, aut traditio facta non fuiſſet. *§. 6. Inſtit. de actionib. & tot. tit. ff. de his quæ in fraud. credit.*

Aliæ ſunt mixtæ, quæ ſimul ſunt perſonales, & rei perſecutoriæ, quales fere ſunt omnes hypothecariæ actiones. Quibus in ſecuritatem ejus quod quis ſe daturum, facturumve promiſit, res aliqua pignoris, ſive hypothecę nexui obligatur. *§. 7. Inſtit. de actionib.* Item familiæ erciſcundę, communi dividundo, & finium regundorum actiones. *§. 20. Inſtit. eod.*

Actiones Reales iterum ſunt aliæ poſſeſſoriæ, aliæ petitoriæ. *cap. paſtoralis 5. & tot. tit. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propr.*

8 Actio ſive judicium poſſeſſorium eſt, in quo de ipſius rei dominio non quæritur, ſed tantum de nuda alicujus rei poſſeſſione contentio eſt, & actor petit poſſeſſionem rei ſuæ. Quod tribus modis contingit. Vel enim petit quis ut adipiſcatur poſſeſſionem rei, quam antea nunquam habuit, vel ut quiete retineat poſſeſſionem rei quam tenet, vel ut rei alicujus poſſeſſionem amiſſam recuperet.

Inſtit. IV. XV. *De interdictis.* D. XLIII. II. III. Cod VIII. II. *Quorum Bonorum & Quod legatorum*

9 Hinc interdictum aliud Adipiſcendæ poſſeſſionis, quod à primis interdicti verbis dicebatur. Quorum bonorum aut quod legatorum, quod ei competit, cui prætor dedit bonorum poſſeſſionem, adverſus eos, qui aliqua de iis bonis, pro herede, vel poſſeſſore poſſident, ut reſtituant. *§. 3. Inſt. de interdict. l. 1. ff. Quorum bonorum, & l. 1. ff. quod legat.* Quo etiam pertinet interdictum Salvianum, quo utitur dominus fundi, de rebus coloni pro mercedibus fundi pignori ſubjectis, ejuſque argumento quilibet creditor in re ſibi pignori obligata, per utilem actionem actione Serviana vel quaſi, *§. 3. in fin. Inſtit. de interdict. § 7. Inſt. de actionibus. l. 1. & tot. tit. ff. de Salviano interdicto.* Ubi Bart. & DD.

D. XLIII. XXXIII. Cod. VIII. IX. *De Salviano interdicto.*

10 Aliud retinendæ poſſeſſionis, cujus ſpecies eſt interdictum Uti poſſidetis, quo vincit is qui poſſeſſionem, nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario litis conteſtatæ tempore detinet. *l. 1. ff. Uti poſſidetis §. 4. Inſt. de interdict.*

D. XLI. XVII. Cod. VIII. VI. *Uti poſſidetis.*

11 Aliud recuperandæ poſſeſſionis, quod competit ei, qui ex poſſeſſione fundi vel ædium vi dejectus. Cui datur interdictum Unde vi, per quod is qui dejecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem. *l. 1. & tot. tit. ff. Unde vi, & de vi armata. §. 6. Inſt. de interdict.*

12 Actio, ſive judicium petitorium eſt aliud quod in dominio, ſive proprietate, aliud quod in jure conſiſtit.

D. XLIII. VI. Cod. VIII. IV. V. *Unde vi & de vi armata.*

Judicium petitorium, quod circa dominium verſatur, eſt quo agitur ad rem jure dominii, vel quaſi, veluti, ſi quis petat declarari fundum aliquem, ad ſe pertinere, jure dominii vel quaſi, ſimulque contendat reum conventum condemnari ad reſtitutionem ejuſdem fundi.

Judicium petitorium, quod in jure conſiſtit, eſt quo quis contendit ſibi competere, aut alteri non competere, aliquod jus, vel ſervitutem in illo fundo. Quare proditæ ſunt actiones confeſſoriæ, & negatoriæ. *§. 2. Inſtit. de action.* Quarum negatoria in praxi noſtra ad quaſlibet alias actiones, & materias extenditur, quibus petitur ut declaretur adverſario hujus vel illius cauſæ nullam adverſus nos actionem competere.

13 Et quidem actiones poſſeſſoriæ petitoriis priores, ac potiores ſunt, quod, quum dominii probatio ſæpe difficilis ſit, eo ipſo actor ab onere probandi dominii relevetur, ut poſſeſſione obtinere poſſit, quum in dubio pro poſſeſſore judicetur, atque is, etiamſi ejus res non ſit, qui poſſidet, ſi modo pars adverſa non potuerit ſuam eſſe probare, in poſſeſſione remaneat. *§. 4. Inſtit. de interdict. l. 24. ff. de Rei vindicat. junct. l. 4. Cod. de edendo. l. 20. ff. de teſtam. tutel. l. 23. Cod. de probat.* Deinde quod actio poſſeſſoria non præjudicet petitoriæ; ſed is qui poſſeſſorio judicio ſuc-

cum-

cumbit, non obſtante eo petitorium de novo intentare poſſit, cui minime obſtat exceptio rei in poſſeſſorio judicatæ. *l. 14. §. final. ff. de except. rei judic.* Vide late Schneiduinum *ad tit. Inſtit. de interdict. ad Rubric. num. 7. & ſeqq.*

14 Hiſce poſſeſſoriis judiciis noviſſime accedunt Actiones præjudiciales, ſive proviſionales, nobis **Proviſie van namptiſſement**/quibus actor ex publico, aut alias recognito inſtrumento agens ne dilatoriis exceptionibus adverſus liquidum debitum ab adverſario detineatur, atque interim crediti ſui fructu fruſtretur, petere poteſt, ut adverſarius manum ſeu ſcripturam ſuam agnoſcat; ſeu inficietur, nobis, **dat hy ſal kennen ofte ontkennen ſijn hand-ſchrift**/ eaque agnita fiduciaria proviſione omni alia exceptione reſervata condemnetur, ad conſignandam in judicio pecuniam, ab actore præſtita cautione de reſtituendo, ſi poſtea cauſa cognita ita videbitur, auferendam, vulgo **by proviſie te namptiſeren/onder cautie de reſtituendo/indien ten principalen alſoo bevonden ſal werden te behoren.** Si reus manum, aut ſcripturam ſuam inficietur, ordinario modo proceditur, neque proviſioni locus eſt, ſed teſtibus vel literarum comparatione ſcriptura ab actore probari debet *l. 2. ff. de probat. l. 20. Cod. fid. inſtrum. l. 2. ad leg. Corneliam de falſis.* & ibi DD. Si reus neque agnoſcat, neque inficietur, aut ſi ad id debite citatus non compareat, Chirographum pro agnito habetur. *Cur. Holland. inſtruct. art. 119.*

Quæ etiam actiones ex quovis alio publico inſtrumento, & quovis debito debitoris confeſſione approbato, ac in rationibus concluſis ſubſcriptione partium conformatis intentari poteſt, de quibus late Parlador. *lib. 2. rer. quot. cap. fin. & cap. 2. §. 6.* propterea quod ejuſmodi proviſiones non ex ſolo practicantium uſu, ut quidam opinantur, ſed ex mero juris civilis fundamento introductæ ſint, ac propterea non ut contra aut præter jus, ſed ſecundum jus & naturalem rationem inventæ, in ſimilibus coarctandæ, ſed extendendæ potius & ad exempla protrahendæ ſint. *l. 12. l. 13. ff. de legib.* Facit *l. 4. §. 3. l. 31. ff. de re judic. l. 10. ff. de pignorat. act. l. 6. §. 1. Quib. mod. pign. vel hypothec. l. 21. §. ult. ff. eod.* Quibus in debitis confeſſionatis & liquidis nulla etiam dilationis aut moratoriæ exceptionis refugium admittitur. Vid. Bald. *ad l. 9. §. 3. ff. de pignorat. act.* Tiraquell. *de retract. §. 3. ad verb. à payer. Gloſ. 3. num. 24. cum ſeq.*

Utrum vero heres defuncti Chirographum agnoſcere vel inficiari teneatur, & adverſus eum ejuſmodi fiduciariæ proviſionis actio intentari poſſit, dubium videtur, propterea quod heres verſans in facto alieno probabilem habeat ignorantiam. *l. 21. §. 2. ff. de action. rer. amotarum.* Ad quod tamen noſtris & Galliæ moribus agnoſcendum tenetur, ſub hac clauſula, **tot kennen ofte ontkennen / ten minſten** *bonam fidem agnoſcendo*, **aan te nemen de effecten vande obligatie / ende den gevolge van dien.** Id eſt, ut agnoſcat, aut inficietur aut ut minimum bonam fidem agnoſcendo approbet ipſius obligationis effectus, prout teſtatur Imbert. *Inſtit. Forenſ. Jur. Galliæ lib. 1. cap 29. verb. Chirographum & cap. 35.* Quod etiam obtinet ſi Chirographum ab ipſo reo ſubſcriptum vel conſignatum non ſit, qui forte ſcribere, vel ſignum apponere neſcivit, & in Chirographo narretur ipſius nomine ab alio ſubſcriptum eſſe, teſte Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 37. cap. 2. num. 3.* Joann. à Sande *deciſ. Friſicar. lib. 1. tit. 8. cap. 1. in fin.* Ubi tamen, ſecundum Curiæ ſtylum, heredem ad recognoſcendum, vel inficiandum Chirographum defuncti non compelli refert idem Sande *d. loco.* Vid. porro circa hanc materiam Rebuff. *ad conſtit. Reg. Galliæ tract. de Chirograph. & de ſentent. proviſion.*

15 Aliæ actiones præjudiciales, quæ etiam in rem eſſe videntur, *§. 13. Inſtit. de action.* ſunt præparatoriæ rei vindicationis, veluti ad exhibendum actio, qua actor deſiderat rem aliquam ſibi exhiberi, ut ei experiundi ſit copia. *l. 2. ff. ad exhibend.* Quæ competit omnibus qui in rem acturi ſunt qualicunque actione, ſive pignoratitia, ſive vindicatione, ſive noxali, imo etiam perſonali actione agentibus, quorum modo intereſt, rem aliquam exhiberi, contra omnes qui ipſi rei incumbunt, & exhibendi habent poteſtatem. *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. ff. eod.* Ejuſmodi etiam eſt actio de partu agnoſcendo. *tot. tit. ff. de lib. exhib. & deducend.* Reliquæ præjudiciales actiones, de quibus *in §. 13. Inſt. de action.* ad mores non pertinent.

D. 10. IV. Cod. III. XLII. Ad exhibendum.

16 Actiones iterum diſtingui ſolent in actiones rei perſecutorias pœnales, & mixtas, *§. 16. Inſt. de action.* Quarum, rerum perſecutoriæ ſunt omnes in rem actiones, & ex perſonalibus illæ quibus petimus id quod nobis abeſt ex contractu. *§. 17. Inſt. eod.* quibus etiam comprehenduntur pœnæ conventionales, quæ ſuccedunt loco ejus quod intereſt *§. final. Inſt. de V. O. l. 44. ff. de uſuris.*

17 Pœnales ſunt, quibus pœnas tantum legales ex maleficio perſequimur. *§. 18. Inſtit. de action.*

18 Mixtæ ſunt tam rei quam pœnæ perſecutoriæ. *d. §. 18. Inſt. eod.* De quibus, an & quatenus moribus obtineant, ſequenti libro videbimus.

Aliæ erant actiones quæ in ſimplum tantum competebant, veluti ex empto, vendito, locato, 19
conducto, mandato & ſimilibus, aliæ quæ in duplum, veluti furti nec manifeſti, damni, injuriæ, & ex lege Aquilia dati, ex inficiato legato venerabilibus locis relicto, &c. Aliæ in triplum, ut in plus petitionibus. Aliæ quæ in quadruplum competebant, veluti furti manifeſti, de eo quod metus cauſa, de pecunia in hoc data, ut quis alium judicio calumniet, & de his quæ ab executoribus litium ſupra modum exiguntur. *§. 21. & ſeq. Inſtit. de actionib.* Sed quæ omnibus moribus noſtris abrogatis pœnis pecuniariis parti applicandis, rei tantum & damni dati, perſecutoriæ ſunt & in ſimplum tantum, ratione ejus, quod nobis re vera abeſt, competunt. Ut ſupra *part. 1. lib. 5. cap. 1. num. 2.* & ſequenti libro latius demonſtrabitur, niſi quod injuriarum, & ex *l. diffamari Cod. de ingenuis manumiſſ.* actiones eatenus in duplum competere etiamnum videantur, quod in his ad pœnam pecuniariam damni dati, & honorabilem rei coërcitionem contendatur, vulgo **tot honorabile ende profitabile amende.**

Actionum vero bonæ fidei & ſtricti juris & earum quæ arbitrariæ dicuntur uſum eſſe, eamque 20
diſtinctionem ad mores noſtros etiam pertinere negari haud poteſt, quamvis quod hiſce actionum nominibus ac formulis non utamur, adeo conſpicuæ non ſint, & in quibuſdam ut diſtinctio illa pro juris rigore reſpuatur, prout in fructibus à bonæ vel malæ fidei poſſeſſoribus reſtituendis notat Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. l. 22. Cod. de rei vindicat.* Vide Anton. Fab. *de Erronib. pragmatic. decad. 6. err. 1.* Rittershuſ. *de differ. Jur. Civ. & Canonic. lib. 3. cap. 9.* Carol. Molin. *tract. de eo quod intereſt num. 213.* Joann. Fonſ. *pract. de Contr. ad tit. Inſtit. de Actionib. num. 20.* Argentr. *ad conſuetud. Brittan. art. 283. Gloſſ. 4. num. 3. 4.* Zyp. *notit. Jur. Belg. tit. de dolo.* Contra Imbert. *Enchirid. Jur. Gallici in verb. Evictio. circa fin.* Gudelin. *de jur. noviſſim. lib. 3. cap. 13. verſ. Sed quod moribus.* & Vinnium. *ad §. 28. Inſtit. de actionib. num. 4. circa fin.*

Dicuntur bonæ fidei, aut ſtricti juris actiones à liberiori, & benigniori, aut ſtrictiori juris interpretatione quæ in iis aſſumitur *§. 30. Inſt. de action.*

Bonæ fidei, & in quibus benigna juris interpretatio admittitur, ſunt actiones ex empto vendito, locato conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro Socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, rei æſtimatæ ad venditum traditæ, permutatio, & hereditatis petitio *§. 28. Inſt. de actionib.* In quibus libera poteſtas judici permittitur ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori dari, aut reſtitui debeat: aut ſi quid invicem præſtare actorem oporteat, eo compenſato, in reliquum is, cum quo actum eſt, condemnetur *§. 30. Inſt. de actionib.*

Stricti juris ſunt, in quibus nulla juris extenſio, limitatio, aut benignior interpretatio admit- 21
titur, ſed judex formam contractus ſequi debet, veluti ſunt ex ſtipulatu actiones, mutui, condictionis indebiti, uſurarum, actio ex teſtamento, actio funeraria, actio præſcriptis verbis, præter æſtimatoriam & permutationem, uti & reliquarum omnium actionum, quæ arbitrariæ non ſunt neque enumerantur *in d. §. 28. Inſtit. de action.* Prout poſt alios late defendit Reinhard. Bachovius, *tract. de action. diſput. 6. per tot.* Diverſitatis exempla ſunt, quod in enumeratis bonæ fidei actionibus ratio habeatur omnium exceptionum, licet initio oppoſitæ non ſint. *l. 3. ff. de reſcind. vend.* quod uſuræ à tempore moræ debeantur *l. 3. l. 32. ff. & l. 2. Cod. de uſuris.* & dolus contractui cauſam dans eum ipſo jure reddat nullum. *l. 6. de præſcript. long. temp.* Quum in ſtricti juris judiciis exceptiones per litis conteſtationem in judicium ſint deducendæ. *l. 18. ff. commun. divid.* uſuræ ex ſtipulatione tantum, vel poſt litem conteſtatam tantum debeantur. *l. 24. ff. de præſcript. verb. l. 3. Cod. l. 35. ff. de uſur.* nec dolus faciat contractum nullum, ſed exceptionem. *pr. & §. 1. Inſtit. de except.* vel actionem de dolo pariat, *l. 1. & l. 2. ff. de dolo.*

Arbitrariæ actiones ſunt in quibus ſpeciali interlocutione judicis opus eſt, vel arbitrium ali- 22
quod neceſſarium eſt, qualis eſt Publiciana, Serviana, vel quaſi, de metu, de dolo, damni ex injuria vel ex lege Aquilia dati, de eo quod certo loco, ad exhibendum, finium regundorum, redhibitoria, rerum amotarum, & ſimilium. In quibus judici permittitur ex bono & æquo ſecundum cujuſque rei de qua actum eſt naturam æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat. *§. 13. Inſtit. de action. l. 18. ff. de dolo. l. 14. §. 4. & §. 5. verſ. Pedius ff. Quod metus cauſ. l. 4. §. 3. ff. finium regundor. l. 45. ff. de aedilit. edict. l. 8. §. final. ff. rer. amot.* earumque actionum ut plurimum incertæ quantitatis petitio eſt, aut certa quidem, ſed addita clauſula, **off ſoo veel min off meer/** id eſt plus minuſve, quantum judici æquum videbitur, quam incertitudinem judex ad certam rei, vel pecuniæ quantitatem reducere debet. *§. 32. Inſtit. de act. & tot. tit. Cod. de Sententiis quæ ſine certa quantit. proferuntur.*

Aliæ

Digitized by Google

23 Aliæ ſunt iterum actiones quæ producunt effectum in ſolidum, aliæ pro parte tantum. Ut puta, ſi quid impenſum eſt, quod retineri aut quod compenſari poſſit, impenſæ enim neceſſitate ipſam rem minuunt. *l. 1. §. 2. l. 5. ff. de impenſ. in res dotal. fact. §. 37. in fin. Inſtit. de action.* & compenſationes oppoſitæ effectunt ut minus quis conſequatur, quam ei debetur. *§. penult. Inſtit. de action. l. ult. Cod. de compenſat.* aut ſi agatur contra eos, qui incompetentiæ beneficium habent, ut non ulterius teneantur, quam in id quod facere poſſunt, aut quatenus facultates patiuntur, velut ſi de dote contra maritum agatur. *§. 37. Inſtit. de action. l. 15. ff. de Solut. Matrimon.* vel contra eum qui bonis ſuis ceſſit. *§. 40. Inſt. de action. l. 4. ff. de ceſſion. bonor.* Aut ſi in peculium ſervi aut filii, contra dominum, aut patrem agatur, qui eatenus tantum damnabitur, quatenus in peculio eſt. *§. 36. Inſt. de act. l. 47. §. 2. ff. de pecul.* Item ſi contra unum ex pluribus heredibus agatur, qui tantum pro parte hereditaria tenetur. *l. 2. Cod. de heredit. actionib.* quum æs alienum inter coheredes ipſo jure ſit diviſum. *l. 25. §. 9. ff. de famil. erciſcund. l. 1. Cod. Si cert. petat.*

24 Rurſum actio eſt vel ex contractu & facto noſtro, vel ex contractu aliorum, ex quorum facto obligamur. Ut ſunt actiones Exercitoriæ, Inſtitoriæ, Quod juſſu, Tributoria de peculio, & de in rem verſo. *tot. tit. Inſt. Quod cum eo qui in alien. poteſtat.*

25 Et poſtremo actiones aliæ ſunt directæ, aliæ noxales, ob maleficium ſervorum, vel pauperiem quadrupedum, *tot. tit. Inſtit. de noxalib. actionib. & ff. Si quadrupes pauper. feciſ. dicatur.* Sed quæ inter arbitrarias quoque enumerantur à Juſtiniano in *§. 31. Inſtit. de action.* quem contra Anton. Fabr. *de Errorib. pragm. decad. 92. err. 6. 7.* rectius defendit Remard. Bachov. *tract. de actionib. diſput. 7. theſ. 17.*

Cap. XXI.

De præparatoriis judicii inchoandi, ubi de ſupplicationibus, vulgò Requeſten.

Summaria.

1. *Inchoandi judicii ſive processus præparatoria quæ ſint.*
2. *Quæ ſint Advocati & Procuratoris partes.*
3. *An, quando, & quale mandatum procurator exhibere teneatur, & quid moribus, in Hollandia, Brabantia, Gallia, Germania.*
4. *Quomodo reus in jus vocandus in inferioribus tribunalibus, & quomodo coram ſuperioribus per libelles ſupplices & prævia mandata.*
5. *Libelli ſupplices, vulgo* Requeſten/ *quibus partibus conſtent, & quomodo concipiendi in actionibus perſonalibus.*
6. *Libelli ſupplicis forma in rei vindicatione qualis.*
7. *Qualis in cæteris realibus per arreſti & prehenſionis modum.*
8. *Qualis in rei vendita ab alio evicta contra venditorem libelli forma ſit, vulgo* Guarand.
9. *Evictionis inſtituendæ forma, an & quatenus ab indemnitatis actione differat.*
10. *Interdicta poſſeſſoria an & quatenus in uſu.*
11. Complainƈte *quid & in quibus locum habeat.*
12. *An & in quibus à ſpolio quoad forum differat.*
13. Mainƈtenue, *quid & quale interdictum ejuſque inſtituendi forma, & in quibus obtineat.*
14. Mainƈtenue *& ſpolium an & in quibus concurrant, & in uno eodemque libello cumulantur, ejuſque forma.*
15. *An & quando* Mainƈtenue *cum immiſſione in poſſeſſionem concurrat, & cumuletur, & in qua forma.*
16. *In quibus & quomodo ſimplex tantum immiſſio bonorum petenda.*
17. *Poſſeſſoria actiones, ubi & coram qua ſuperiori Hollandiæ Curia intentanda.*
18. *Pœnali mandato ut quid fieri prohibeatur à Provinciali Hollandiæ Curiâ, an, quando, quomodo & in quibus caſibus impetrari poſſit.*
19. *Attentatum pœnale, cum clauſula, ut quod contra mandatum factum illico reſtituatur, quando & quo caſu obtineat, ejuſque petitionis forma.*
20. *Actio negatoria ex l. diffamari. Cod. de ingenuis manumiſſ. quæ ſit & quando locum habeat, ejuſque petitionis forma.*
21. *Actio purgatoria quæ ſit & quando obtineat remiſſive.*
22. *Actio plurium debitorum ex diverſis cauſis an & quando coram Hollandiæ Curia cumulanda, ejuſque petitionis forma.*
23. *Provocationis ſive appellationis ulterioris inſtantiæ actio quomodo per libelli petitionem inchoanda ejus forma tam à parte actoris quam à parte rei.*
24. *Alia quæ effectum producit ſuſpenſivum, alia non.*
25. *Effectum ſuſpenſivum petenti quando non abſolute, ſed ad certum tantum diem, quando adjecta tantum clauſula, ut die ſerviente præſente parte eundem effectum petere poſſet, concedatur.*

26. Ab-

26. *Attentatum pœnale adverſus eum, qui juſſum ſuſpenſivum excedit, ejúſque forma.*

27. *Appellationis mandatum cum inſerta reſtitutionis clauſula, nobis* **met de clauſule van relief/** *ejuſque petitionis forma.*

28. *Requeſt Civyl, id eſt plenior Superioris Senatus reſtitutio an & quando neceſſaria ejuſque forma. & num. 31.*

29. *Requeſt in judicio: ut quæ in ordine judiciario prætermiſſa ſunt audita parte reparentur aut ſupplcantur, ejuſque forma.*

30. *Sententia per temporis lapſum enervata, ut nova executio decernatur, quando & qua formâ petendum, nobis,* **om nieuwe letteren van executie te ſien decerneren op een verjaart vonniſ.**

31. *Reductio ad arbitrium boni viri, ſive appellatio ſententiæ ab arbitris lata, an & qua forma petenda.*

32. *Reviſio ſententiæ à ſupremo Senatu lata ejuſque petitionis forma.*

33. *Evocationis ad judicem ſuperiorem quando locus ſit.*

34. *In cauſis celeritatem requirentibus, & in quibus ſummarie procedendum eſt, ut coram commiſſario, uno, vel pluribus cauſa inſtruatur, nobis,* **mandament commiſſoriael/** *quomodo ant qua forma petendum.*

35. *Mandatum anticipationis an & quando locum habeat.*

INchoandi judicii præparatoria, tam ex parte Actoris, quam rei ſunt, ut idoneum ſibi eligat 1
Advocatum, & Procuratorem, ſi coram Curia cauſa ventilanda ſit, quæ coram inferioribus
ſubſelliis per ſolum procuratorem expediri poteſt, cui tum, ſi cauſæ merita id poſtulant, Advo-
catus adſumitur, de quorum munere ſeorſim egimus. *cap. 5. & 7.*

Quibus incumbit exacte in omnia inquirere, & quæ facti ſunt diligenter explorare, ut de ſua 2
re quiſque ipſe edoceat, & quicquid ipſe excogitavit in medium proferat.

Advocatus quidem nudum tantum præſtat patrocinium, procurator vero tanquam litis domi-
nus, cauſam ſuo nomine inſtruere, & litigantis perſonam per omnia repræſentare, proque eo
reſpondere tenetur. *l. 22. Cod. de procur. & ibi DD.* Mærul. *prax. civil. lib. 4. tit. 18. cap. 5. num. 3.*
Quapropter ſufficienti domini litigantis mandato inſtrui debet. *arg. l. 46. §. 2. l. 53. ff. de pro-* 3
curat. Marant. *prax.* *Antea de procurat. num. 1.* quod antequam admitti poteſt exhibere tenetur,
quin à judicii limine repelletur *Inſtruct. Cur. Holland. art. 52. & 55.* Cui reſpondet *Ordinat.*
Cur. Brabantiæ. ab Alberto Duce Anno 1604. inſtituta, atque etiamnum apud nos in Curia Hol-
lando-Brabantica recepta, *art. 326. & 328.* Quod idem noviſſime Franciæ ſive Galliæ regni
Ordinat. conſtitutum refert Imbert. *Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 30.* Gloſſ. *conſtituere. verſ. Sane*
non. vid. Damhouder. *prax. civil. cap. 93.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 18. cap. 2. num. 2.*

In inferioribus vero tribunalibus Procuratores ſi intra numerum ſunt etiam ſine mandato ad-
mittuntur, ſi intra certum tempus aut præcedens, aut ſubſequens domini mandatum cum ratiha-
bitione, eorum quæ ejus nomine geſta ſunt, oſtendant.

Quod idem de Galliæ moribus obtinere teſtatur Imbert. *Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 30. d. gloſſ.*
conſtituere verſ. tametſi vero. Rebuff. *ad conſtit. Reg. tom. 2. de lit. dilat. annal. art. 3. gloſſ. unic.*
num. 7. & Boër. *deciſ. 281. num. 11. & 12.* Vid. quæ late in hanc rem Nicol. Tulden. *ad prax.*
civil. Jod. Dam. cap. 90. Gloſſ primo oſtendere.

In Germania extat *Ordinat. proceſſ. judic. Elect. Saxon. tit. 7.* Qua Procuratores ante exhi-
bitionem legitimi mandati in judicio non ſunt admittendi, de cujus deſcriptione uberius tractant
Math. Berlich. *part. concluſ. 14. num. 70. & ſeqq.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 2. num. 1. & 5.*
Emer. Roſbach. *in proceſſ. jud. tit. 20. num. 18.* & Georg. Schultz. *proceſſ. judiciar. cap. 11.*
num. 38. & poſteos Carpzov. *de proceſſu juris in foro Saxonico tit. 5. art. 1. §. 3.*

Plura de nullitate ex defectu mandati vid. apud Sebaſt. Vant. tract. *de nullitatibus Proceſſuum,*
ac Sententiarum. tit. 11. De nullitate ex defectu inhabilitatis ſeu mandati comparentium.

Deinde quoad actorem, videndum, de jure in perſonam vel in rem, vel ad rei poſſeſſionem
pertinente: cujus iterum variæ ſunt, & tot quot ſunt contractuum atque obligationum ſpecies.
Quarum qualis & quæ ſit intendanda actio deliberandum eſt, & an ea quæ proponitur, nulla ex-
ceptione poſſit elidi, an nullum competat extraordinarium remedium poſſeſſorium, ſive provi-
ſionale, Arreſti, interdicti pœnalis, in integrum reſtitutionis aut ſimilis remedii, quod ante in
jus vocationem peti & opponi debet.

Quo oppoſito, Reus in jus vocandus eſt, in inferioribus tribunalibus ſimplici nuncii, ſive Sta- 4
toris miniſterio ad id requiſito, in ſuperioribus vero curiis, non niſi ex præſcripto judicis mandato,
quod per libellum ſupplicem peti debet, de quo eſt *Inſtruct. Holland. Cur. art. 37. 55. &*
art. 144. Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 22. cap. 1.* ac duobus potiſſimum modis concedi debet, ali-
quando

quando per ſimplicem annotationem marginalem, quam apoſtillam vocant. Si ſcilicet ſit parvi præjudicii cauſa, aut ſi ſint ſuppoſiti Curiæ in loco degentes, alias per plenam commiſſionem, ſive mandatum Præſidis & Conſiliariorum nomine exequendum, de quo vid. *d. art. 57. Inſtruct. Cur. Holl.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 23. cap. 1. cap. 3. & cap. 4.* Damhoud. *prax. civil. cap. 55.* Concordat cum Galliæ moribus per ea quæ tradit Imbert. *Inſtit. Jur. Gall. cap. 1. in pr.* Idemque de Germaniæ moribus teſtatur Carpzovius *proceſſ. jur. tit. 7. art. 2.* & paſſim. Et de jure civili probatur *per text. l. cum clericis 25. Cod. de Epiſcop. & cleric. junct. l. 10. §. 12. ff. de in jus vocand.* Quibus adde text. *jur. canon. cap. De illicita. 24. quæſt. 3. circa med. & cap. & parte verſ. Authoritate judic. Extr. de reſcript.*

5 Conſtant hi libelli ſupplices rei geſtæ narratione, ſive facti ſpecie, & petitionis concluſione. Narrationis proœmium eſt ad Curiam allocutio his verbis: Geeft met behoorlijke reverentie te kennen / id eſt, notum facit Curiæ cum debita reverentia, ac ſubmiſſione, addito petitoris nomine qualitate, ac domicilio, cui mox ſubſequitur compendioſa facti exegeſis, veluti: *quod N N. ex chirographo debeat mille*: Cauſa enim ob quam in judicio litigandum eſt, citationis libello inſeri deberi, ut inſtruatur quis, ſuper quo convenitur. per *text. in cap. præterea Extr. de dilationis & cap. cum dilecti, & contumacia. eod. & communiter DD. ad l. 2. ff. Si quis in jus vocat.*

Cui tum additur clauſula, quod totiens amice interpellatus hactenus ſolvere detrectavit, quæ cauſa ad obtinendas litium expenſas addi ſolet, quum alias ſi reus die ſerviente coram judice declararit, ſe petitori ſolvere, quod ab eo petit paratum eſſe, neque admonitum unquam fuiſſe, actor non tantum impenſas quas ipſe fecit, repetere nequit: ſed & eas, quas reus ut compareat, impendit, refundere tenetur. *arg. l. 37. ff. de procurat. l. 13. ff. de Servit. urban. prædior. l. 40. ff. de pignerat. act. junct. l. 32. ff. de uſur.* Quod quomodo procedat dixi ſupra *cap. xx.* Quo narrato, petitionis concluſio additur bimembris. Qua petitur ut judex imperet reo, ut actori ſatisfaciat, cum expenſarum refuſione, aut ſi eo mandato parere nolit, dies ei coram Curia dicatur, his verbis, Mits welken / ſoo werd hy genootſaakt hem te keeren aan deſen Ed: Hove / reverentelijk verſoekende / uwer mijn Ed: Heeren mandament / daar by den ſelven N. N. belaſt / ende bevolen ſy den ſuppliant de voorſz. Somme van &c. mette intereſſe van dien ſedert &c. op te leggen / ende te betalen mette koſten hier omme gedaan / ende in cas van oppoſitie ſy den Oppoſant dag betekent voor deſen Hove om te ſeggen redenen van dien / ende te aanhoren ſoodanigen eyſch ende concluſie / als den ſuppliant ten dage dienende ſal willen doen ende nemen / daar tegens te verantwoorden / ende voorts te procederen als naar regten. Cui ſi ex publico inſtrumento aut Chirographo debitoris agatur, inſeritur clauſula, te kennen ofte te ontkennen ſijne obligatie / ofte copye authentyq van dien / ende te aenhooren ſoodanigen eyſch / mitſgaders verſoek van proviſie &c. daar jegens als mede op het verſoek van nampiſſement te antwoorden / ende voorts te procederen als naar regten.

Quæ de actionum perſonalium inſtituendarum formulis in genere monuiſſe ſuffecerit, quæ pro re nata tam variæ ſunt, ut veluti ſunt omnes actiones ex obligationibus & contractibus reſultantes, quæ tot ſunt, quot ipſarum obligationum aut contractuum ſpecies; quæ tamen eodem fere modo mutatis mutandis in petitionum libellis proponuntur.

6 In actionibus realibus, ubi ipſius rei dominium vindicatur, poſt facti narrationem hujuſmodi inſeritur petitio: Verſoekende mandament daar by den voornoemden B. belaſt wert ſijn handen te trekken ende te houden van de voorverhaalde Woninge ende Landen / ende den ſuppliant daar mede te laten bewerden / als met ſijn vry eygen goed / ende ook van den ſelven te reſtitueren de vrugten ende proffyten die hy poſſeſſeur genooten heeft / ofte buyten ſijn onbeugbelijk beſt ſoude hebben mogen genieten / tot de effectuele afſtandinge toe / ende te betalen de koſten hieromme gedaan / ende in cas van oppoſitie ſy den oppoſant dag betekent voor deſen Hove / omme te ſeggen de redenen van dien / ende te aanhooren ſoodanigen eyſch ende concluſie / als den ſuppliant ten dage dienende / jegens hem ter ſaake voorſz. ſal willen doen ende nemen.

7 In cæteris realibus actionibus, ubi non ipſum dominium, ſed jus aliquod in ipſam rem petitur, ut plurimum per arreſtum, id eſt ipſius rei prehenſionem, actio intenditur, qua rea, ſive mobilis ſive immobilis arreſto includitur, unde eximi nequeat, niſi per cautionem de judicato ſolvendo, aut donec Curia cauſa cognita aliter decernat, & communiter ſunt duorum generum, quorum alterum verſatur in ipſo jure, quod in eandem rem nobis competit, aut ſi re ipſa non competat, ob perſonam domini ſuſpectam in ſecuritatem debiti perſequimur, alterum in fori prærogativa conſiſtit. De quibus an, quando, à quibus, & adverſus quos intentari poſſit actum eſt ſupra *cap. 19.* Eſtque ejuſmodi formula:

Geeſt reverentelijk te kennen N. dat &c. ſequitur facti narratio, cui additur petitio talis: Verſoukt daeromme hy ſuppliant mandament daar by den eerſten Deurwaarder hier toe verſogt geauthoriſeert werdt te nemen ende te houden in bewaarder handt de voor verhaalde goederen / ende 't ſelve gedaan zijnde / de voornoemde B. ende allen anderen (des noods zijnde) bevolen ſy het voorſz. arreſt te gehengen ende gedoogen / ende den voornoemden B. voorts te betalen aan den ſuppliant op te leggen ende te betalen de voorſz. ſomme van &c. Ende ook te betalen de koſten hier omme gedaan / ende in cas van oppoſitie / het voorſz. arreſt ſtand houdende / tot dat 't gene voorſz. is ſal weſen voldaan / off daar voor geſtelt ſuffiſante cautie / ſy de oppoſant off oppoſanten dag beteekent voor deſen Hove / omme te ſeggen de redenen van dien / te antwoorden op ſodanigen eyſch ende concluſie / mitsgaders verſoek van proviſie / als den ſuppliant uyt ſaake voorſz. ſal willen doen ende nemen / ende dat het geprateerde / voor het geene voorſz. is / verklaart ſal werden verbonden executabel / ende voorts te procederen als naar regten / &c.

Ad reales etiam actiones pertinet rei venditæ ab alio evictæ, aut realis ſervitutis minime in- 8
commodatæ, indemnatoria actio, nobis actie van guarand / cujus inſtituendæ petitionis talis forma eſt: Geeſt reverentelijk te kennen &c. Ende alſoo hy B. om redenen voorſz. gehouden is den ſuppliant van alle de voorſz. laſten ende actien / tegen hem ter ſaake van dien geïntenteert / effectivelijk te guaranderen / koſteloos ende ſchadeloos te houden / van den voorſz. proceſſe / jegens hem by den voornoemden C. ter ſaake van het voorſz. &c. geïnſtitueert. Soo verſoukt hy ſuppliant mandament / daar by de voornoemden B. bevolen zy den ſuppliant te guaranderen / koſteloos ende ſchadeloos te houden / van den proceſſe tegens hem by de voornoemde C. geïnſtitueert / voorts aff te doen / ende houden / alſulken hinder ende empechement / als hem daer over ſoude mogen werden aangedaan / ende in cas van oppoſitie / ſy den oppoſant ofte oppoſanten dag beteekent voor deſen Hove / om te ſeggen de redenen van dien / te antwoorden &c.

Quæ in ea à perſonali indemnitatis actione, veluti mandati conſtituti aut fidejuſſionis directa 9
actione (*vulgo* actie van indemniteyt) differt: quod in reali indemnitatis actione, pedente indemnitatis cauſa, per exceptionem interpoſitam, ipſa principalis evictionis actio, interim deferri debeat: in perſonali vero & ſimplici indemnitatis actione, pendente indemnitatis cauſa inter reum & tertium inſtituta, ipſa principalis cauſa, ab actore adverſus reum inſtituta, interim non ſiſtatur. In cæteris eadem aut non diſſimilis petitionis forma eſt.

In poſſeſſoriis alia eſt retinendæ, alia recuperandæ poſſeſſionis petitio.

Licet enim jure novo omnia interdicta ſint extraordinaria, nec ſit neceſſe interdicta reddi, 10
ſupremum tamen tribunal veterem interdictorum uſum quodammodo ſervare nititur, & in electione eſt actoris, utrum interdicto uti, an in factum actione agere velit. Et omnis de poſſeſſione vel quaſi controverſia etiamnum ad hoc pertinet, ut quod non poſſideamus, nobis reſtituatur, aut nobis retinere liceat quod poſſidemus. *l. 1. §. 4. verſ. & ult. Pedius ff. uti poſſidetis*, quæ ſub practico nomine dicuntur, *Complaincte*, *ſpolie*, *maintenue*, quorum *complaincte* & *ſpolie*, recuperandæ poſſeſſionis ſunt interdicta. Adipiſcendæ vero poſſeſſionis interdicto non utimur: ſed ejus loco ſucceſſit remedium *l. final. Cod. de edict. Divi Adriani tollendo*, quæ eſt ſolennis in poſſeſſionem immiſſio, de qua ſuo loco.

Inſtit. IV. XV. *De Interdictis.*

D. XLIII. XVII. Cod. VIII. VI. *Uti poſſidetis.*

Complaincte locum habet in caſu novitatis, & turbatæ poſſeſſionis, pro qua recuperanda com- 11
miſſarius in rem præſentem proficiſcitur, qui de poſſeſſione, & turba ſummarie cognoſcit rem ſpoliatam in ſequeſtram manum deponi, omniaque munimenta ad eum deferri jubet, deinde partes citat, ad certum diem, ut ſummarie ſuper ipſa poſſeſſione quam *recredentiam* vocant, ſi ita videbitur, diſponat, & actorem ilico priſtinæ poſſeſſioni reſtituat, damnaque illata reparari jubeat (nobis reſtabliſſement decerneren) non obſtante aliqua appellatione aut oppoſitione, ut latius ſuo loco; ſin minus ad referendum inter loquatur, & partibus diem dicat, ut in pleno poſſeſſorio, ſi velint cauſam perſequantur. vid. *Inſtruct. Cur. Provinc. art. 39. & Suprema Curia art. 133. & ſeqq.* Hujus petitionis forma ultra facti narrationis exegeſin, & ſyllogiſticam concluſionem, ſeſe in plurimum refert ad ſolennem mandati formam, de qua ſuo loco. Hoc modo: verſoukende daaromme uwer mijner Ed. Heeren mandament van complaincten als in communi forma.

Spolium oſtiario ſive executori litium tantum committitur, quæ eſt actio ſive petitio, 12
qua quis petit poſſeſſionem, vel quaſi, vi ablatam, fiduciarie, id eſt, by proviſie / die recreantie onder cautie &c. aut plene, id eſt cum cauſæ cognitione, reſtitui, hac forma: Geeſt reverentelijk te kennen N. dat B. &c. het welk tot ſyn ſuppliants kenniſſe gekomen zijnde / heeft hy regtelijk daar tegens geproteſteert / ende hem B. regtelijk doen inſinueren / dat hy het voorſz. geſpolieerde ſoude hebben te reſtitueren / van wat inſtantie daaromme by den ſuppliant is gedaan / blijft daar van

eſter in gebreke / ende alſoo ſpoliatus ante omnia moet werden gereſtitueert / heeft hy ſuppliant hem aan deſen Ed: Hove / verſoukende mandament / waar by den voornoemden B. van wegen de Hooge Overigheyt belaſt ende bevolen zy / de handen te trekken ende te houden van het voorſz. geſpolieerde Landt / ende den ſuppliant daar mede te laten bewerden als met ſyn eygen goed / mitſgaders koſteloos ende ſchadeloos aff te doen / alſulke ſpolie ende belet / als hy den ſuppliant in het gebruyk van het voorſz. Landt gedaan heeft / ende ook te betalen de koſten hier omme gedaan / ende in cas van oppoſitie ſy den opposanten dag beteekent voor deſen Hove / om te ſeggen de redenen van dien / ende te aanhooren / ende te verantwoorden jegens ſoodanigen eyſch ende concluſie / als den ſuppliant in cas van ſpolie op hem ſal willen doen ende nemen / ende voorts te procederen als naar regten. Huc pertinent remedia, Unde vi, condictio indebiti, condictio Criticiaria, actio *l. 1. Cod. ſi per vim ex l. 5. l. 6. l. 7. & l. ult. Cod. Unde vi. ex cap. redintegranda 3. quaſt. 1. & cap. Sæpe. De reſtitut. ſpoliator.*

13 *Mainctenue* proprie retinendæ poſſeſſionis interdictum eſt, quod etiam Oſtiario committitur, quo pars quæ turbavit, vel turbare prætendit ad certam diem citatur, & die ſerviente ſuper recredentia non diſponitur, ſed viſis demum memoriis, & in principali negotio quod in facto conſiſtit, ſeorſim de pleno poſſeſſorio cognoſcitur, de quo tantum per definitivam fit deciſio, cujus petitio hac fere forma conſiſtit: Verſoukende daaromme u E: myn Heeren mandament van mainctenue / dade by den ſuppliant werdt geſtijft ende geſterkt in ſijne poſſeſſie vel quaſi van / ende de voornoemde B. bevolen alle hinder ende turbel / ende letſel ter contrarie / koſteloos ende ſchadeloos aff te doen / ende hem geïnterdiceert van gelijke meer te doen / ende te betalen de koſten hieromme gedaan / ende in cas van oppoſitie / &c. Quo pertinent tituli *ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, Uti poſſidetis, de ſuperficiebus, de itinere actuque privato, de aqua quotidiana & æſtiva, De Rivis. &c.*

14 Sed & quandoque *mainctenue* & ſpolium concurrunt, atque in uno eodemque libello conjunguntur hoc modo:

Geeft reverentelijk te kennen A. dat &c. turberende den ſuppliant in de vreedſamige poſſeſſie van &c. ende ſpolierende den ſelven jegens regt ende reden / mits welken den ſuppliant hem genootſaakt vind hem te addreſſeren aan deſen Hove / verſoukende mandament in cas van mainctenue ende ſpolie / uyt kragt van 't welk van wegen de Hooge Overigheyt den ſuppliant geſtijft ende geſterkt werde in de poſſeſſie vel quaſi van &c. ende de voorſz. B. ende allen anderen (des noods zijnde) van wegen als boven belaſt ende bevolen ſy alle hinder ende empechement ter contrarie gedaan / koſteloos ende ſchadeloos off te doen / ende wyders belaſt ende bevolen ſy ante omnia, als notoir ſpolie / te repareren / ende wederomme te reſtitueren / mitſgaders koſteloos ende ſchadeloos aff te doen / alſulke ſpolie ende belet &c. ende te betalen de koſten hieromme gedaan / ende in cas van oppoſitie ſy de opposant off opposanten dag beteekent voor deſen Hove / om te ſeggen de redenen van dien / ende te antwoorden op den eyſch ende concluſie van den ſuppliant ſoo in cas van ſpolie als mainctenue te nemen.

15 Ut plurimum etiam *mainctenue* concurrit cum immiſſione in poſſeſſionem eodemque petitionis libello cumulari ſolet, veluti in hereditate defuncti, in quam quis ſe tanquam heres immiſit, aut ſolenniter immitti petit, aut partim immiſit, partim adhuc immitti deſiderat, eamque poſſeſſionem ſibi auferri, aut turbari ab alio veretur, hoc modo:

Geeft reverentelijk te kennen A. dat hy by B. geïnſtitueert zijnde tot ſijn univerſeel erfgenaam &c. wel de facto & animo heeft geaanvaard de poſſeſſien der goederen by B. naagelaten / dan heeft C. ſig gevanteert / dat hy 't ſelve teſtament wilde impugneren / ende tot dien eynde hem het beſit van eenige der ſelver goederen heeft onderwonden / &c. Waarom hy ſuppliant hem genootſaakt vind te keeren aan deſen Ed: Hove / Verſoukende mandament / daar by hy ſuppliant wert gemainteneert / geſtijft ende geſterckt / ende voor ſoo veel des noods zy / werd geïmmitteert in de poſſeſſie vel quaſi, van de voorſz. Landen ende Goederen / ende de voornoemde C. belaſt ende bevolen ſy alle turbatie / hinder ende empechement off te doen / ende te betalen de koſten hieromme gedaan. Ende in cas van oppoſitie ſy den opposant dag beteekent tot ſekeren dage voor deſen Hove / omme te ſeggen de redenen van dien te kennen ofte ontkennen ter goeder trouwe de voorſz. teſtamentaire diſpoſitie van B. te antwoorden op 't verſouk van recredentie / ende voorts te procederen als naar regten.

16 Alias ſi nullam rerum hereditariarum poſſeſſionem invadere poſſit, per arreſtum & prehenſionem in poſſeſſionem immitti petere poteſt actor, cujus forma mutatis mutandis ex ſuperiori dignoſcitur. Quo pertinent tituli *ff. Quorum bonorum. Quorum legatorum. De Salviano interdicto*, & actiones, ex *l. ult. Cod. de Edicto divi Adriani tollendo* & *l. 3. Cod. de pignoribus*. in quibus, quomodo ſit procedendum, latius ſuo loco videbimus.

17 Quæ quidem poſſeſſoriæ actiones promiſcue tam coram Provinciali quam ſuprema Hollandiæ

Curia intentari ſolent, proprie tamen Supremæ Hollandiæ Curiam judicem habent competentem, inibique majori cum efficacia expediuntur, ſecundum præſcriptum *Inſtruct. ſuprem. Cur. Holland. art. 195. & ſeq.*

Cæterum in omnis generis actionibus, & cauſis ubi alter alteri facto aliquo præjudicium facit, 18
aut ſe facturum minatur, contra jus actoris, de cujus fide ilico docere poteſt, pœnali mandato à provinciali Curia, ut prohibeatur peti poteſt, cujus tam variæ ſunt formulæ, ut vix certo numero concludi poſſint, illa tamen generalis petitionis clauſula omnibus communis eſt. Verſoekende mandament daar by de voornoemde B. ende allen anderen (des noods zijnde) geinterdiceert ſy / op ſeekere groote peyne tegens de Hooge Overheyd te verbeuren / &c. ende te betalen de koſten hieromme gedaan / ende in cas van oppoſitie / refuys ofte dilay / de voorſz. bevelen van den ſuppliant / op peyne als vooren ſtand houdende / tot dat partijen gehoort / anders ſal ſyn gediſponeert / ſy de oppoſant ofte oppoſanten dag beteekent voor deſen Hove / om te ſeggen redenen van dien / te aanhooren ſoodanigen eyſch ende concluſie / als den ſuppliant ten fine voorſz. ſal willen doen ende nemen / daar jegens te verantwoorden / ende voorts te procederen als naar eegten. Quo pertinent tituli *ff. de Operis novi nunciatione*, *De damno infecto*, *De aqua & aqua plur. arcend.* Quorum praxin vide apud Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 16.* Quod remedium à quolibet ordinario judice peti, atque impetrari poteſt, ſed cujus nomine ex ſpeciali fori competentia reus coram Hollandiæ Curiâ in prima inſtantia vocari ſolet.

Quale mandatum, ſi ab Hollandiæ Curiâ fuerit impetratum & contra indictam pœnam quid 19
fuerit admiſſum, aut ipſius juſſum minus obediatur, id Curiæ notificari, iterinique peti poteſt mandatum, quo per Oſtiarium Curiæ nomine, quod factum eſt, velut attentatum, de facto reparari mandetur. Quod ut plurimum uſu venit, ſi quis indebite alicujus criminis prætextu apprehenſus carcere mancipetur, & quandoque ipſi pœnali petitioni inſeritur clauſula, ut ipſe Oſtiarius detentum de facto liberet, hac forma: Verſoekende mandament daar by den voornoemden Schout / Baillium ende andere / des noods bevolen ſy de voornoemde N. datelijk te ontſlaan onder cautie voor 't gewijſde / ofte by weygeringe ofte dilay van dadelijke ontſlaginge / den eerſten Deurwaarder hier toe verſogt werd / de voornoemde N. onder de voorſz. cautie de facto te ontſlaan / ende 't ſelve gedaan de voornoemde Bailliu ende Schout / ende allen anderen des noods belaſt / de voorſz. doyngementen ende apprehenſien / metten gevolge ende aankleven van dien / koſteloos ende ſchadeloos aff te doen / ende behoorlijk te repareren / de injurien den geapprehendeerden gedaan / ende op ſeekere groote peyne jegens de Hooge Overheyt te verbeuren geinterdiceert ſy gelijke apprehenſie meer te doen / ende in cas van oppoſitie / de voorſz. authoriſatie ende interdictie pœnaal ſtand houdende / tot dat parthyen gehoort / anders by den Hove ſal weſen geordonneert / ſy den oppoſant ofte oppoſanten dag beteekent / omme te ſeggen redenen van dien / te aanhooren &c. Neque ſemper conceditur abſolutum pœnale mandatum, ſed quandoque tantum ad certum diem, quo ſerviente, niſi actor pœnale juſſum prorogari impetret, ipſum pœnale mandatum evaneſcit, & ſi de jure petitoris plus nimio dubitetur, ſimplex tantum mandatum conceditur, ad certum diem, adjectâ clauſulâ, ut die ſerviente, idem pœnale juſſum eandemque auctoriſationem præſente, & contradicente parte petere poſſit, om ten dage dienende te mogen verſoeken de voorſz. interdictie pœnaal / ende authoriſatie te mogen verſoeken / ut latius *cap. ſeqq.*

Huic affinis eſt actio negatoria, quæ ad exemplum ejus, quæ in ſervitutibus locum ſibi vindi- 20
cat, in aliis quoque cauſis admittitur, qua quis contendit adverſarium ſuum declarari, nullam adverſus ſe ex hac vel illa cauſa habere actionem: Quæ quidem actio fundata eſſe videtur in praxi *legis diffamari. Cod. de ingenuis manumiſſis*, ab ipſa tamen diffamata actione proprie dicta differt: quod per hanc uno eodemque judicio declaretur; reo adverſus actorem ex hac, vel illa cauſa, nullam competere actionem: Cujus petitionis forma hæc eſt:

Geeft eerbiedentelijk te kennen N. dat al-hoe-wel B. op hem ſuppliant niet ter weereld en heeft te eyſſchen / dat hem egter gelieft heeft ſig te vanteren aan den ſuppliant ten agteren te zijn / ende eenige ſaaken t'ſynen laſten te hebben: het welk alſoo den ſuppliant niet en ſtaat te lyden / ende hy daar door grootelijks in ſyn eer ende reputatie werd gekrenkt: Soo keert hy ſuppliant ſig tot deſen Ed: Hove / verſoekende mandament uyt kragte van het welk de voorſz. B. belaſt ende bevolen werd aan den ſuppliant te verleenen acte dat hy aan hem ſuppliant niet ten agteren en is / ofte yets op hem te pretenderen heeft / met de koſten hieromme gedaan / ende in cas van oppoſitie / ſy den oppoſant dag beteekent voor deſen Ed: Hove / om te ſeggen redenen van dien / te aanhooren ſoodanigen eyſch ende concluſie / als den ſuppliant ter ſaake voorſz. ſal willen doen ende nemen / ten eynde hy verklaart ſal werden geen eegt / nog actie ter voorſz. ſaake / ofte andersins ten laſte van den ſuppliant te hebben: daar tegens te verantwoorden / ende voorts te procederen als naar eegten &c.

Quæ

Quæ vero ex *l. diffamari.* proprie dicta actio eſt, propter injuriam aut diffamationem illatam, illa ſecundum reſpicit judicium, eoque actor experitur, ut reus actionem quam adverſus actorem habere prætendit, intra certum diem, ſub pœna perpetui ſilentii inſtituat; hac petitionis forma, quæ in prohibendi matrimonii cauſa proponitur:

Geeft reverentelijk te kennen A. als Vader ende Voogd over B. ſijn minderjarige Dogter / dat C. ſig vanterende trouw-beloften te hebben van de voornoemde B. ſijn minderjarige Dogter / ſoo de ſelve ſijne Dogter met een ander ſoude willen trouwen / hy 't ſelve ſoude beletten / het welk alſoo den ſuppliant niet en ſtaat te lijden / ende hier inne gaarn promptelijk ſag voorſien / werd genootſaakt hem te keeren aan deſen Ed: Hove / verſoukende mandament daar by de voornoemde C. geinterdiceert werde / des ſuppliants Dogter te beletten met een ander te trouwen / ofte haar Huywelijkſe-geboden te ſchutten; maar dat hy ſijne actie dienaangaande binnen den tyd van ſes weeken ſal hebben te inſtitueren voor deſen Hove / op peyne van verſteeken / ende dat de ſelve ſal werden opgelegd een eeuwig ſtil-ſwijgen ofte ſilentium / ende in cas van oppoſitie / ſy den opposant ſeckeren preciſen dag betekent voor deſen Hove / om te ſeggen de redenen van dien / te antwoorden op ſoodanigen eyſch ende concluſie / als den ſuppliant uyt ſaake voorſz. ſal doen ende nemen / ende voorts te procederen als naar regten / &c. Et ſic de cæteris. Ad hanc materiam vid. Andr. Gail *lib. 1. obſ. 9. 10. 11. & 12.* Myns. *cent. 5. obſ. 81. & cent. 6. obſ. 90. Ordin. Camer. Imperial. part. 1. tit. 25.*

21 Quo pertinet etiam actio, qua quis, per præventionis modum, eoram Curia ſe ab inſimulato delicto innocentem declarari petit, vulgo, **mandament van purge** / de quo actionis genere ejuſque procedendi modo ſequenti capite.

22 Si quis plures habet debitores Chirographos variis in locis degentes, omnes coram Hollandiæ Curia ſub generali mandato in jus vocare poteſt, nobis, **mandament van debitis** / ne ob res minimas ejuſdem actoris varia requirantur mandata. Hoc modo:

Geeft reverentelijk te kennen N. dat hy ſuppliant aan verſcheyde perſoonen / onder verſcheyde Juriſdictie woonagtig ten agteren is / verſcheyde ſomme van penningen / ſpruytende ter ſaake &c. tot de betalinge van welke ſomme &c. Soo keert hy ſuppliant hem aan deſen Hove / verſoukende mandament van debitis / als in communi forma. Quod eſt ſimplex, & generale mandatum adverſus omnes, & ſingulos, quos ipſe ſupplicans apparitori per judicem commonſtrabit, ut impetranti quod petit ſolvant, ſin minus eis dies dicatur, quo ſerviente petitionem ejus audiant, ei reſpondeant, & ulterius procedant ſecundum modum & formam.

23 Hactenus de his, quibus in prima inſtantia coram provinciali & ſuprema Hollandiæ Curia experimur. Si vero in ſecunda, aut ulteriori inſtantia per appellationis modum cauſa ad ſuperiorem judicem devolvatur, in libello pro facti narratione veniunt, eadem, quæ in prima inſtantia, cauſæ merita, addita procedendi, apud inferiorem judicem, ob eandem cauſam mentione, ſententiæque ab eodem latæ nullitate, aut iniquitate, hoc fere modo à parte actoris:

Geeft reverentelijk te kennen dat tuſſen hem N. als eyſſer / ende B. als gedaagde proces is ontſtaan voor den geregte van C. ter ſaake van &c. alwaar ſoo verre in de ſaak is geprocedeert / dat den ſuppliant gedaan hebbende eyſch / ende daar op by den gedaagde zijnde geantwoord / ende de ſaak voorts by repliecq ende dupliecq zijnde voldongen / eyndelijk by den Geregte van C. is geweeſen ſeeker abuſyf ende onregtmatig vonnis van date den &c. daar by hem ſuppliant ſijnen eys ende concluſie op ende jegens den gedaagde gedaan ende genomen is ontſegt / ende hy mede gecondemneert is in de koſten. By welk vonnis hy ſuppliant hem bevindende beſwaart te zijn / heeft hem daar van tydelijk geſtelt / ſulks hy doet by deſen appellant aan deſen Ed: Hove / verſoukende daarom uwer mijn Ed: Mog: heeren mandament in cas d'appel als in communi forma, id eſt à parte rei forma quæ facti narrationem ſequitur fere eſt talis.

Geeft reverentelijk te kennen &c. ſequitur facti narratio, quæ pro facti circumſtantia varia eſt, cui additur clauſula ejuſmodi, **Ende hoe-wel mits deſen den voornoemden B. geen regt nog actie tot laſte van hem N. ter ſaaken voorſz. en hadde / ſoo heeft hem nogtans belieft / den voornoemden ſuppliant in regten te betrekken voor den Geregte van C. ende aldaar te concluderen / &c. waar tegens van wegen den voornoemden ſuppliant gedaan zijnde deugdelijke defenſie / hebben Schepenen van de Vierſchaare van C. voornoemt hem groffelijk abuſerende by haar-luyder vonniſſe in date den &c. den ſuppliant gecondemneert &c. by welke nul ende notoir inique vonniſſe / den ſuppliant hem bevindende van binnen behoorlijken tijdt geſtelt appellant aan deſen Ed: Hove / verſoukende mandament in cas d'appel met de clauſule van inhibitie als** in communi forma.

Quæ quidem clauſula (prout in communi forma) brevitatis cauſa adjicitur.

24 Eſtque hæc provocationis formula alia quæ effectum habet ſuſpenſivum, ac proprie dicta ap-

pellatio dicitur continens clauſulam inhibitoriam, qua interim latæ ſententiæ executio fieri
prohibetur, nobis, **de clauſule van inhibitie**/ alia quæ non habet effectum ſuſpenſivum, eaque
non obſtante executio ſententiæ latæ fieri poteſt: in his ſcilicet cauſis, in quibus ex ſpeciali lege
aut privilegio, non obſtante appellatione ſententiæ executionem admittit, aut victori prodeſſe
poteſt, vulgo **mandament van reformatie**/ cujus excepta clauſula inhibitoria, eadem eſt for-
ma cum appellatione proprie dicta.

Quæ quidem clauſula ſuſpenſiva, ordinarie conceditur interminate, ad ſententiam uſque, 25
ex cauſa tamen, veluti ſi dubitetur, utrum pars aliqua executionis prærogativa competat, ad cer-
tum tantum diem conceditur, quo elapſo, niſi dicta inhibitionis clauſula ad inſtantiam petitoris
prorogetur, ſententia executioni mandari poteſt: Aliquando etiam, ſi de executionis lege aut
privilegio quodammodo conſtet, ut audita prius parte concedatur, aut denegetur, petitori tan-
tum ſimplex provocationis mandatum ad certum diem conceditur, adjecta clauſula, ut die ſer-
viente, ſe tanquam appellantem recipi, & clauſulam ſuſpenſivam concedi petat, nobis, **om ont-
fangen te werden als appellant**/ cujus formam vide *cap. ſeq.*

Si contra hanc clauſulam ſuſpenſivam attentaverit, de eo Curiæ notificari ſimulque peti po- 26
teſt, id quod contra judicis juſſum attentatum reperietur, ante omnia reparatum iri, pœnamque
ei adjungi, ſub quo prohibetur ulterius progredi, nobis **mandament van Attentaten pœnaal.**
Hac forma:

**Soo verſoeken sy ſupplianten uwer Ed: Mog: mandament / uyt kragt van 't welk de voornoemde
B. van wegen de Hooge Overheyt belaſt ende bevolen zy / de voorſz. proceduyren ſoo veel die contra-
rie de inhibitie by uwer Ed: Mog: mandament verleent / metten gevolge ende aankleven van dien
als qualijk ende te onregte gedaan / koſteloos ende ſchadeloos als attentaten te repareren / ende hy
B. ende alle anderen / op ſeekere groote peyne jegens de Hooge Overheydt te verbeuren geinterdi-
ceert werde van gelijke meer te doen / off met de voorſz. begoſte proceduyren voort te gaan / ende te
betalen de koſten hieromme gedaan / ende in cas van oppoſitie de voorſz. interdictie pœnaal ſtad hou-
dende tot dat partijen gehoort / anders ſal ſijn geappoincteert / sy den oppoſanten dag betekent voor
deſen Hove / om te ſeggen redenen van dien / te aanhooren &c.**

Præterea notandum, quod cum omnis Curiæ provincialis provocatio intra decimum diem 27
interjicienda, atque intra vigeſimum coram Suprema Curia, intra quadrageſimum ſecundum
ab appellatione diem, mandatum adverſario inſinuari, dieſque ei intra id tempus præfigi de-
beat. *Inſtruct. Provinc. Holland. Cur, art.* 204. & *Suprem. Cur.* 216. (quæ fatalia appellationis
vocari ſolent) ſi quis præterlabi ſinat, reſtitutionis negligentiæ ejus clauſulam petitioni inſerere
debet. Hoc modo:

**Ende alſoo den ſuppliant (zijnde een man hem de ſtijl ende manier van procederen niet verſtaande)
verſuymt heeft ſijne appellatie binnen behoorlijken tijdt te interjecteren ende proſequeren / Soo keert
hy ſuppliant hem daarom aan deſen Hove / verſoekende mandament in cas d'appel met de clauſule
van inhibitie ende relieff tegens de indebite interjectie verheffinge / ende proſecutie ſijner appellatie / als**
in communi forma, &c.

In altero provocationis genere, quod effectum ſuſpenſivum non habet, provocationis per- 28
ſequendæ fatalia ad integrum annum prorogantur: quod niſi fiat, eo etiam nomine ac ſimili
forma, reſtitutionis clauſula inſeri debet, nobis **mandament van relieff ende reformatie.**

Quæ quidem reſtitutionis clauſula ſi per incuriam omittatur, poſtea per libellum ſupplicem à
ſuprema Curia, in integrum reſtitutio poſtulari debet nobis, **Requeſt Civijl**/ quæ cum omnibus
actionibus, tam perſonalibus quam realibus, primæ aut ulterioris ſententiæ conjungi poteſt,
cui adjicitur commiſſorialis clauſula, qua judex competens jubetur, cauſa cognita ſupplicanti pe-
titam reſtitutionem, ſi qua juſta cauſa videbitur, concedere, ſecundum *l. 3. ff. in integr. reſt.
junct. l. 13. in pr. ff. de minorib.* nobis **interineren.** Ut quibus, ſuo jure ſine Præſidis mandato,
ejuſmodi conceſſiones non competunt, *l. 26. §. 1. ff. ad municipal.*

Excepta Provinciali Curia, quæ in hiſce quæ procedendi modum, & ordinem judiciarium 29
ſpectant, per judicialem petitionem, nobis **requeſt in judicio**/ audita parte altera quandoque diſ-
ponit. Veluti ſi Advocatus in libello petitionis vel defenſionis aliquid omiſerit, aut in ſcripturis
aliter poſitum ſit, quam ſe res habeat: ſi poſt terminum probationis, & repertorio jam confecto,
alteruter litigantium aliqua munimenta producere velit, ad hæc, & ſimilia ſupplenda, per judicia-
lem petitionem audita parte ſe admitti poteſt, hoc modo:

**Geeft reverentelijck te kennen / &c. het welk alſoo den ſuppliant / vermidts den ſtaat van 't proces
niet vermag te doen ſonder admiſſie van den Hove. Soo verſoukt hy ſuppliant appoinctement op de
marge**

marge deſes daar by hy geadmitteert werd in judicio / ter preſentie van den voorſz. B. ofte ſyn Procureur / te verſoeken conſent ende admiſſie / &c. Vide *Ampliat. Inſtruct. Cur. Provinc. art.* 29. Sed ſi quæ facti ſint, & cauſæ merita concernant, quæ poſt probationis terminum produci debent, non per ejuſmodi libellum judiciarium, ſed plenam reſtitutionem, à ſuprema Curia impetrandum, ſuppleri debent.

Geeft reverentelyk te kennen A. dat hy ſuppliant als &c. genootſaakt is geweeſt voor deſen Hove van Hollandt proces te moveren / op ende tegens B. daar in ſoo verre is geprocedeert &c. Soo vind den ſuppliant geraden tot verificatie van het 99. ende 100. Artikelen van ſyn admitien &c. ende te produceren ſeekere atteſtatie beleyd voor N. N. van dato den &c. waar toe alſoo den ſuppliant niet en kan werden geadmitteert / ſonder u Ed: Mog: ſpeciale gratie: Verſoekt daarom Requeſte Civyl / omme onder beneficie van dien geadmitteert ende toegelaten te werden de voorſz. atteſtatien ten ſine als vooren te produceren met committimus van den Hove provinciaal / &c.

Inferioribus tribunalibus omnia prætermiſſa cujuſcunque generis per ejuſmodi ſolenne reſtitutionis remedium reparari, ac ſalvari debent: niſi partes ſibi invicem eandem ſolennitatem adhibendam, ut quandoque fieri ſolet, remittere velint.

30 Si ſententia quæ regulariter ad triginta annos durat, per *DD. ad l. 3. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Bald. *ad. l. 7. Cod. de pact.* & poſt eum Marant. *tit. de Sententia executione num.* 54. ab inferiori judice lata intra annum à Provinciali Hollandiæ Curia, intra quinquennium, & à Suprema Curia intra decennium executioni mandata non ſit; propterea vires ſuas amittit, neque ultra id tempus executioni mandari poteſt, niſi reſtitutionis loco reus condemnatus coram Provinciali aut Suprema Hollandiæ Curia, tanquam nova & ulteriori inſtantia vocetur, ut novam ejuſdem ſententiæ executionem decerni videat, vulgo om nieuwe letteren van executie te ſien decerneren op het verjaarde vonnis. Vide *Inſtruct. Senat. Provinc. art.* 518. ejuſdemque *Ampliat. art.* 40. & *Suprem. Curia art.* 263. Merul. *Prax. Civyl lib. 4. tit. 2. & tit. 95. cap. 7.* cujus petitionis forma hæc eſt:

Geeft reverentelyk te kennen A. dat hy genootſaakt is geweeſt den perſoon van B. in regten te betrekken voor Schepenen van &c. om betalinge van &c. in welke ſaake ſoo verre is geprocedeert / dat hy by vonniſſe van de voornoemde Schepenen van date &c. is gecondemneert &c. Ende al-hoewel de voornoemde B. behoort hadde het voorſz. vonniſſe (ofte ſententie) voldaan te hebben / is hy nogtans van des te doen in gebreeken gebleven. Ende alſoo 't ſelve vonnis door patientie van den ſuppliant is komen te verjaaren / verſoekt daarom me uwer Ed: Mog: mandament daar by de voornoemde B. belaſt ende bevolen zy aan den ſuppliant te voldoen &c. mette koſten hieromme gedaan. Ende in cas van oppoſitie ſy den oppoſant ofte oppoſanten dag betekent voor deſen Hove omme te ſeggen de redenen van dien / executie te ſien decerneren op het voorſz. vonniſſe. Cui propterea quod res judicata in confeſſionatum debitum tranſierit, hæc proviſionalis condemnationis addi ſolet clauſula: Te antwoorden op 't verſoek van namptiſſement / ende voorts te procederen als naar regten.

Idem obtinet in Curia Ultrajectina *Ordinat. Cur. Trajectin. tit. van ſententien art.* 5. Et cum Galliæ moribus convenit, per ea quæ tradit Imbert. *Enchirid. Jur. Gallia lib. 1. cap.* 53.

31 Ad provocationis, ſive appellationis materiam pertinet etiam ſententia coram arbitris lata, quæ, quum ipſi arbitri propriam juriſdictionem non habeant, executioni mandari non poteſt, niſi interpoſita prius Curiæ, aut alterius competentis judicis ſuper eodem arbitrio condemnatione, atque executione, ut latius *cap. XVII. num.* 16. vulgo om condemnatie / ende executie op de uytſpraake te ſien decerneren. Quæ tum ejuſdem, cujus ſententia, & res judicata efficaciæ eſt. A quibus ſi provocare alteruter partium velit, per reductionis modum ad boni viri arbitrium, coram Hollandiæ Curia cauſa devolvitur, cujus eandem fere quæ appellationis aut reformationis forma eſt, quæ hoc modo peti ſolet.

Geeft reverentelyk te kennen A. &c. dat tuſſchen hem A. ende B. queſtie ende proces gereſen zynde / ter ſaake van &c. partyen van wederzyden genegen waren / haare ſaake ende queſtie te compromitteren aan onpartydige Arbiters / ſy luyden de ſelve hadde verbleven aan de uytſpraake van C. D. ende E. dewelke haare uytſpraake gedaan hebbende op den &c. hy ſuppliant hem by deſelve uytſpraake grootelyks bevind beſwaart te zyn / ten aanſien by de ſelve op de queſtieuſe poincten niet is gediſponeert / als naar regten behoort / ſoo had hy ſuppliant hem geſtelt / ſulks hy doet by deſen Reducent aan deſen Ed: Hove / verſoekende mandament van reductie in communi forma. Cui quandoque additur inhibitionis clauſula: Mandament van reductie met de clauſule van inhibitie als in communi forma. ſi non addatur reformationis tantum jure gaudet, neque habet effectum

ſuſpen-

ſuſpenſivum, & ſi appellationis, aut reformationis fatalia prӕterlapſa ſunt, additur etiam reſtitutionis clauſula: Ende alſoo den ſuppliant verſuymt heeft &c. verſoekt daeromme nieuwe Ed: Mog: Mandament van reductie met de clauſule van inhibitie ende relief.

Contra ſententiam ſuperioris judicis per arreſtum, ut vocant judicantia, id eſt, cujus ſententiӕ provocationi alterius ſubjecti non ſunt, appellationis loco Reviſio ſuper erroris propoſitione inſtitui poteſt, quӕ eorundem ſententia, ab iiſdem judicibus, cum totidem aſſeſſoribus, iterum examinare petitur, ſed ſine ullo effectu ſuſpenſivo, nobis mandement van reviſie / hoc modo: 32

Geeft reverentelijk te kennen N / dat fiat narratio facti, cui addatur illatio, quam ſequitur concluſio talis: By welke den ſuppliant hem bevindende beſwaart te zijn / als in de voorſz. ſententie (onder reverentie) weſende error / beſtaande daar in dat &c. ende dat mitſdien by de ſelve ſententie behoort had &c. ende vertrouwende den ſuppliant dat by reviſie van de voorſz. ſententie ſijn grief ſal werden gerepareert / verſoekende Mandament van reviſie als in communi forma. De quo latius ſuo loco.

Si cauſӕ nimis diu apud inferiores judices indeciſӕ hӕſerint, ne lites inferiorum culpa, aut negligentiâ immortales fiant, ad ſuperiorem judicem, ad quem alias per appellationis modum provocaretur, ipſa cauſa evocari poteſt, vulgo mandament van evocatie / de cujus formula & quibus modis procedat latius ſuo loco. 33

In cauſis celeritatem requirentibus, in quibus ſummarie procedendum eſt, peti poteſt, ut coram Commiſſario uno, vel duobus, cauſӕ inſtruantur, quod vocant Mandament Commiſſoriaal / hac clauſula: 34

Ende in cas van oppoſitie / ſy den opponſant ofte opponſanten dag betekent voor een of twee Commiſſariſſen van deſen Hove / om te ſeggen redenen van dien / ende te aanhooren ſodanigen eys &c. te antwoorden / ende voor de ſelve Commiſſariſſen ſummarie voorts te procederen als naar regten. Qui cauſa coram iis inſtructa, omnia Curiӕ referunt, eorumque relatu ſententia reliquorum ſuffragio fertur, hac interjecta clauſula: Gehoort het rapport van N. N. als Commiſſariſſen in de ſaaken / &c.

In his aut ſimilibus cauſis celeritatem requirentibus, ſi per appellationem ad Curiam devolvantur, & appellationum dies nimis longa ſit prӕfixa, aut appellatione interpoſita, non ilico eam proſequitur appellans, poteſt reus per mandatum Anticipationis, ut vocant, petere, ut terminus abbrevietur, dies certus prӕfigatur nobis mandament van Anticipatie. Poſt facti narrationem, concluſionis modo inſerta: 35

Verſoekende daaromme mandament van Anticipatie / waar by den voorgenoemden B. belaſt ende bevolen werd tot ſekeren precijſen dag te compareren voor deſen Hove / ende ſine grieven tegens het voorſz. vonnis te proponeren / ende eyſch te doen in cas d'appel / ofte by gebreke van dien / de ſelve ſijn appellatie te ſien verklaren deſert / ende voorts te procederen als naar regten / &c. Quo caſu etiam ex cauſa peti poteſt, ut cauſa coram Commiſſariis ſummarie inſtruatur, hac clauſula:

Ende alſoo de ſaak is geprivilegeert / ende geen uytſtel en behoort te lijden / verſoekt hy ſuppliant mandament van Anticipatie te dienen precijſen op &c. voor ſekere Commiſſariſſen by den Hove daar toe te committeren / ende voorts als in communi forma.

CAP. XXII.

De mandatis Curiӕ per quӕ actiones proponuntur, eorumque ſpeciebus.

SUMMARIA.

1. *Generalis mandatorum, & in jus vocationis forma in Curia ſuperiori.*
2. *An & quatenus ei libelli, ſive actionis inſtituenda forma inſerenda.*
3. *Mandata prima inſtantia, vulgo rauw actie, qua, & qualia ſint, eorumque forma.*
4. *Ulteriores inſtantia, qua, & qualia.*
5. *Simpliciter conceſſa ſine executionis inhibitione qua & qualia.*
6. *Qua effectum habent ſuſpenſivum adjecta inhibitionis clauſula, qua aut qualia, abſolute vel in diem certum conceſſa.*
7. *Inhibitionis clauſula.*
8. *Intimationis clauſula qua & qualis apud nos.*

9. *Lit-*

9. *Litteræ demiſſoriæ, quæ Apoſtoli dicebantur quæ & quales.*
10. *Reſtitutionis clauſula adverſus fatalia appellationum præterlapſa.*
11. *Clauſula compulſorialis.*
12. *Inhibitionis clauſula quibus caſibus ad certum tantum diem reſtringatur, aut ſuſpendatur, adjecta clauſula, ut die ſerviente cauſa cognita concedatur, aut denegetur, vulgo* **om ontfangen te werden als appellant.**
13. *Quæ & quot ſint limitationes, quibus inhibitio denegari, ſuſpendi, aut ad certum tantum diem concedi ſolet.*
14. *Adverſus interlocutoriam an & quando detur.*
15. *An adverſus ſententiam quæ de nullitate inſimulatur.*
16. *Quam ſummam excedere debent Provincialis Hollandiæ Curiæ, Civitatum & Pagorum ſententia, ut adverſus eas executionis inhibitio concedatur.*
17. *An adverſus appellationes extra judiciales, & quid de Arbitrorum ſententiis.*
18. *An adverſus tertium pro ſuo intereſſe appellantem ſit neceſſaria.*
19. *An adverſus interdicta poſſeſſoria concedatur.*
20. *Mandata attentatorum, an & quando concedantur.*
21. *Anticipationis mandatum quid, quando & quomodo impetrandum.*
22. *Mandatum deſertorium quid.*
23. *Mandatum evocationis quid, quando & quomodo concedatur.*
24. *Mandatum reductionis ad arbitrium boni viri.*
25. *Mandatum reviſionis quid, & in quibus à communi appellatione differat.*
26. *Mandata præparatoria judicii quæ ſint.*
27. *Mandata purgatoria ex l. diffam. ejuſq; forma.*
28. *Mandata concomitantia quæ ſint.*
29. *Mandatum interventionis pro evictione, vulgo* **Mandament van guarand.**
30. *Ad ſuſcipiendas litis reliquias.*
31. *Ad audiendos teſtes.*
32. *Mandata quæ poſt ſententiam conceduntur quæ.*
33. *Executoria.*
34. **Mandament om nieuwe letteren van executie.**
35. *Litteræ requiſitoriales.*
36. *Mandata ſimplicia.*
37. *Mandata quæ vim habent executivam.*
38. *In perſonas per arreſtum.*
39. *Realia in bona alicujus.*
40. *Mandata pœnalia.*
41. *Interdictum de novi operis nunciatione.*
42. *De damno infecto, & non offendendo.*
43. *Mandata cauſarum merita ſpectantia ſunt.*
44. *Petitoria quæ, & in quibus & quomodo coram uno vel pluribus commiſſariis inſtruenda.*
45. *Clauſula reſtitutionis mandato inſerta.*
46. *Reſtitutiones in integrum ſubſtantiales à quo & quomodo concedantur.*
47. *Mandata poſſeſſoria.*
48. *Adipiſcendæ poſſeſſionis.*
49. *Retinendæ poſſeſſionis.*
50. *Recuperandæ poſſeſſionis Spolie & complainctæ.*
51. *De bonorum poſſeſſoribus, & quid iis & adverſus eos competat pro reſtitutione meliorationum, aut impenſarum in re poſſeſſa factarum.*
52. *Impenſæ aliæ neceſſariæ aliæ utiles, aliæ voluptuariæ quæ ſint.*
53. *Quæ & quales redhibitoria actione deduci poſſunt, & an ea de re differentia ſit inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem, & quid moribus.*
54. *Interpretatio l. 38. ff. de petit. heredit.*
55. *Quæ impenſæ à proprietario, & quæ ab Uſufructuario præſtari debeant.*

1 OMnia mandata Curiæ, ſive citationum edicta, Præſidis ac Conſiliariorum nomine ac juſſu concepta in utraque Hollandiæ Curia à Graphiario, aut Secretariorum aliquo ſubſcribi, ac Curiæ Sigillo, à præſide confirmari debent. Quorum forma deſumitur ferè ex petitionis libello, qui quoad narrata totidem verbis repeti ac mandatis inſeri ſolet: Hoc modo *Hollandiæ Curiæ Præſes ac Conſiliarii, cuicunque litium executori jurato, Salutem: Quandoquidem* N. N. *notum nobis fecit quod*, &c. addita cauſæ repetitione, propter quam quis in jus vocatur,
2 prout ipſi petitionis libello fuit inſerta, propterea ut citatus mature deliberet, an in judicio contendere, an vero cedere velit. Quam de ſubſtantia citationis quidam volunt, adeo ut ſine ea non ſubſiſtat: Alii vero ſufficere putant ſi in genere exprimatur. Quod & moribus noſtris magis convenit, quibus in genere tantum actionum cauſa ac libelli formula ipſi citationi inſeritur, cui actor die ſerviente adſtrictus non eſt, quin eam pro re nata ulterius extendere ac mutare poſſit. Vide Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de Citat.* Mynſinger. *Centur. 5. obſerv.* 85. Andr. Gail *lib. 1. obſerv.* 51. Viv. *deciſ.* 274. Vant. *de nullit. ſent. ex defect. Citationis, num.* 50. & poſt eos Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit.* 7. §. 4 Quibuſdam tamen tribunalibus ipſi citationi integra libelli forma & actionis concluſio inſeritur, ad hoc, ne reus poſtea dilationem ad deliberandum ſuper libello petere poſſit, *arg. cap. præterea, extr. de dilation.* prout monet Andr. Gail *d. obſerv.* 51. *num.* 4. Et apud nos in ſubalternis tribunalibus praxis introduxit, ut una cum citatione libellus tranſmittatur, aut ipſi citationi ſecundum formam inſeratur.

Poſt petitionis narrationem mandatum ſubſequitur hac forma: *Propterea requirens officium* (ſi preces veritate nitantur) *te hoc præſenti mandato jubemus ac mandamus, ut adeas perſonam aut domicilium* N. N. *eique jubeas ac mandes* &c.

Quibus deinde ipſius mandati tenor ſubſequitur, ſecundum concluſionem ipſius ſupplicis libelli extenſum, de cujus forma ſuperiori capite, ſatis demonſtratum putem.

Mandata pro actionum inſtituendarum genere etiam varia ſunt, alia primæ alia ulterioris inſtantiæ.

Primæ inſtantiæ mandata, nobis Mandament in rauto actie / quaſi novæ actiones, coram 3
nullo alio judice inſtitutæ, quales ſunt omnes illæ actiones, quæ omiſſo ordinario judice in prima inſtantia coram ſuperiori judice inſtitui poſſunt, de quibus ſupra *cap. 19.*

Quæ iterum variæ ſunt & in magno ſunt numero, ſic ut pro varietate rerum & cauſarum quarum reſpectu nobis actiones competunt in ordinem redigi vix poſſunt, quæ ut plurimum ad hoc tendunt, ut alicui quod ſolvatur, aut fiat, quod ſibi ab alio deberi contendit, *§. 1. Inſtit. de Actionib. junct. l. 2. ff. de Verb. obligat.* Quod niſi fiat, deneganti dies dicitur, quo coram Curia compareat ut rationem reddat, actoris petitioni reſpondeat, & porro ſecundum judicii formam litem conteſtetur. Hac forma: Ende in cas van oppoſitie ſy den oppoſant off oppoſanten dag betekent voor deſen Hove / om te ſeggen de redenen van dien / ende te aanhooren ſoodanigen eys ende concluſie als den ſuppliant ter ſaake voorſz. ſal willen doen ende nemen / daar jegens te antwoorden / ende voorts te procederen als naar regten. Cui etiam ipſius judicii locus licet generali termino inſeri ſolet, (voor den Hove) id eſt coram ordinario Curiæ tribunali. Quia citatio, ratione loci incerta, per ſe nulla eſt. *arg. l. 5. §. 1. ff. Quod vi aut clam. & l. 2. Cod. Quomodo & quando jud.* Specul. *tit. de Citat. §. 1. num. 9.* Vant. *de Nullit. ſentent. ex defect. Citat. num. 11. & num. 131.* Marant. *Prax. tit. de Citat. num. 64.* & poſt eos Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 52.* Quæ generalis loci aut judicii demonſtratio ſufficit pro eo judice qui certo & eodem loco ſolitus eſt jus dicere. Prout de eadem clauſula in Germania uſitata notat Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 7. §. 5.* poſt Schrader. Menoch. & alios ibid. alleg. Et hoc obiter notandum, adverſus Nobiles, Officiales, Prætores, Civitates, cæteraque univerſitatum collegia, prima vice apertas mandatorum litteras rarius concedi, ſed eos per litteras clauſas requiri, vulgo by beſloten Miſſive / ut Curiæ intra certum tempus reſpondeant, quo facto petenti tum demum mandatum aut conceditur, aut denegatur.

Ulterioris inſtantiæ mandata ſunt, quæ ſuper appellationum cauſis coram aliis inferiori- 4
bus judicibus ventilatis conceduntur. Quorum alia ſimpliciter conceduntur, per quæ tantum devolvit cognitio de validitate aut invaliditate prioris ſententiæ. Neque iis obſtantibus ſententia executioni mandari prohibetur, vulgo Mandament van reformatie. Quibus, inſertis narratis, ſecundum formam ſuperiori capite expreſſam, pars adverſa citatur. ut dictam ſententiam annullari, aut corrigi videat, aut ipſemet eandem ſuſtineat aut ab ea renunciet, prout ipſi conſultum videbitur. Te compareren ofte gemagtigde te ſenden voor den Hove / om het voorſz. vonnis te ſien annulleren / ende te niet doen / het ſelve te ſuſtineren / off daar van te renuncieren ſoo ſyhen raad gedragen ſal.

Alia effectum habent ſuſpenſivum abſolute, vel ad certum diem conceſſum, de cujus praxi 5
ac differentia ſuo loco; quæ proprie dicta appellatio eſt, ad differentiam ejus quæ reformatio dicitur, & ab ea, hac inſerta inhibitionis clauſula diſtinguitur: Bevelende voorts van wegen de Hooge Overigheid op ſeekere groote peyne daar tegens te verbeuren / de voorſz. gedaagdens in prejuditie van de voorſz. appellatie niet te attenteren / nog te innoveren / maar ter contrarie met de executie van het voorſz. vonnis te ſuperſederen / ende indien datter yets geattenteert ofte geinnoveert waar / het ſelve terſtont ofte ſonder vertrek te repareren / ende ſtellen in ſyhen eerſten ende behoorlyhen ſtaat / &c. Similem inhibitionis formam veteribus uſitatam, vide apud Speculator. *lib. 2. part. 3. tit. de Citatione. §. de officio. verſ. porro.*

D. XLIX. VII. Nihil innovari appellatione interpoſita.

Huc pertinet titulus. *ff. Nihil innovari appellatione interpoſita.* Quo de Jure Romano indi- 6
ſtincte quidem omnis appellatio effectum habet ſuſpenſivum: nobis tamen addenda inhibitio,
ob revocationem attentatorum, & ut judici à quo, innoteſcat, appellatum eſſe, qui non impetrata 7
inhibitione, neque ei inſinuata, ſententiam ſuam ſine pœna & reprehenſione, etiam appellatione pendente executioni mandare poſſet: adeo ut appellans eam irritare, & attentata revocare non poſſit, niſi hoc poſtea ab appellationis judice obtineat, ut poſt Felin. *in cap. perſonas 4. extr. de Appellat. num. 2.* & Franciſc. Curt. *in addit. ad Joann. Petr. Ferrar. Prax. Papienſ. tit. 23. in forma libell. Apoſtolor. ad Gloſſ. 2. litt. B. in fin.* notat Carpzov. *Proceſſ. Juris tit. 18. §. 5. num. 22.*

Et

Et pro abundanti cautela, in Camera Imperiali eandem inhibitionem unacum citatione communiter peti, ac decerni reſtatur Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 144 num. 3.*

8 Quapropter etiam ipſis mandatis ſive citationum edictis apud nos communiter inſeri ſolet inhibitionis, ſive inſinuationis clauſula, judici à quo facienda, ut aut appellationem deferat, aut die ſerviente etiam compareat contradicturus, ſi ipſi ita videatur. His verbis: Inthimerende die van den voorſz. Gerechte van N. ten voorſz. dage mede te komen, ofte gemagtigde te ſenden, indien 't henluyden gelieft, ende haar deſe ſaak eenigſints aangaat: Bevelende voorts den gedaagden ende geintimeerdens &c. Adjecta ulterius ſolenni inhibitionis clauſula de qua ſupra. Vide *Inſtruct. Cur. Holland. art.* 206.

9 Cujus loco Jure Romano poſt appellationem interpoſitam intra triginta dies petendæ erant literæ dimiſſoriæ, qui *Apoſtoli* dicebantur, ab eo à quo ad judicem ad quem appellatum erat, quibus judex à quo ſeſe appellationi deferre declarabat, eidemque proſequendæ certum diem ſtatuebat. *l. unic. ff. de libell. dimiſſor. qui Apoſtoli dicuntur. l. 24. l. 6. §. ult. Cod. de Appellat.* Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de Appellat. §. qualiter 6. num.* 15. Practic. Ferrarienſ. *tit.* 23. *Gloſſ. in form. libell. Apoſtolor.* Sed quum hodie appellationi interponendæ ac proſequendæ certus dies & terminus conſtitutus ſit, ejuſmodi libellis dimiſſoriis ſive Apoſtolis non utimur. Adverſus

D. xix. vi. De libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur.

10 quem, ſi aliquantum dies ſive terminus (*vulgo fatalia appellationum*) prætetlapſus ſit, provocans ab eodem judice, qui de appellatione cogniturus eſt, adjecta interimque reſtitutionis clauſula reſtitui poteſt, nobis Mandament in relief d' Appel. Quæ hac clauſula ipſi mandato includitur: Te compareren &c. mitsgaders te antwoorden op alſulck verſoek als den ſuppliant ten dage dienende ſal willen doen, om gerelevéert te werden jegens de indebite interjectie, verheffinge, ende proſecutie ſyner appellatie, maar tegens partijen gehoort by ons den voorſz. ſuppliant verſien te werden van alſulke remedie van juſtitie ende ook van gratie, ist nood, als wy bevinden ſullen te behooren, &c.

Quemadmodum nec in Gallia, neque in Germania uſui eſſe teſtantur Imbert. *Prax. Civil. & Criminal. lib. 2. cap. 1. num.* 7. Autumn. *Confer. in d. l. 1. ff. & l. 5. Cod. de Appellat. & conſultat.* Papon. *Notair. 2. lib. 10. tit. de la ſecond. inſtance. verſ. Sont Abreges.* Myntinger. *Centur. 4. obſerv.* 36. Andr. Gail *lib. 1. obſerv.* 139. *num.* 15. & noviſſime Carpzov. *Proceſſ. Juris tit. 18. art. 3. §. 8. num.* 45. Vide etiam de moribus noſtris Gudelin. *de Jure Noviſſim. lib. 4. cap. 14. in fin.* Chriſtin. *vol. 4. deciſ. 114. num. 2.* Zyp. *Notit. Jur. Belg. tit. de Appellat. verſ. In Appellationib.*

Is tamen qui appellationis aut reformationis mandatum ſibi concedi poſtulat, Apoſtolorum ſive libelli dimiſſorii loco ipſi ſupplicationi latam ſententiam Graphiarii manu exaratam annectere debet, niſi eam ipſi denegatam probare potuerit.

Interpoſita enim appellatione judex à quo appellanti concedere debet univerſa cauſæ acta omneſque inſtructiones neceſſarias. *l. 15. l. 24. Cod. de Appellat.*

11 Quod ſi denegetur ipſi mandato ad petitionem provocantis additur clauſula compulſorialis, qua Secretario, aut Scabinis qui ſententiam tulerunt, eorundem editio injungitur, niſi cauſam, quam die ſerviente, ſuæ denegationis reddere tenentur, his fere verbis: Bevelende mede den Secretaris ende Schepenen der Stede van N. den ſuppliant tot ſynen redelyken koſten te leveren copye authentycq van de voorſz. dingtalen ende vonniſſe daar op gevolgt, ende te betalen de koſten daaromme gedaan. Ende in cas van oppoſitie, &c. Quæ tamen clauſula concedi non ſolet, niſi de petitione eorundem litis inſtrumentorum, eorumque ſubſecuta denegatione conſliterit. Vide *Ampl. Inſtruct. Cur. Holland. art. 2. in fin.*

12 Cæterum ſolennis illa inhibitionis clauſula ordinarie quidem indeterminate prout petitur, ad ſententiam uſque conceditur: ex cauſa tamen, veluti ſi dubitetur utrum aliquod parti privilegium, aut aliqua partium prærogativa competat, ad certum tantum diem concedi ſolet, qui terminus iterum ſimpliciter additur, ad certum diem uſque (ſtaande houdende tot ſeekren dage) qui niſi à parte rei conventi ſervire procuretur, ſe ipſum tacite prorogat, aut additur clauſula reſtrictoria, eumque peremptorium, (ende dien dag af) qui terminus niſi expreſſe prorogetur, ſententia non obſtante appellatione executioni mandari poteſt.

13 Aliquando etiam propter cauſam, dicta clauſula ſuſpenditur, ut audita parte aut concedatur, aut denegetur, quo caſu ſimplex tantum provocationis mandatum ad certum diem conceditur, adjecta clauſula, ut die ſerviente ſe tanquam appellantem recipi, & clauſulam ſuſpenſivam ſive inhibitoriam concedi petat, nobis Mandament om ontfangen te werden als appellant. Quod executionem interim non ſuſpendit, aut impedit, ſed reformationis tantum habet effectum eandemque formam habet, adjecta hac clauſula: Mitsgaders om den ſuppliant by ons te ſien ontfan-

gen als appellant / ende hem te ſien accorderen de clauſule van inhibitie / dien contrarie te ſuſtineren /
ende voorts te procederen als naar regten. Limitationes quibus inhibitio denegari, ſuſpendi aut
ad certum tantum diem concedi ſolet, ſunt fere.

I. Appellationes ab interlocutoria, quibus judex appellationis, citationis mandato nullam ad- 14
dit inhibitionem, prout cautum ab Hollandiæ Ordinibus 19. *Martii* 1622. Vide etiam *Am-
pliat. Inſtruct. Cur. Holland. art.* 3. niſi ſententia interlocutoria continet gravamen, quod per
definitivam reparari non poteſt, de quo ſi dubium ſit, ſuſpenditur inhibitio, donec parte audita,
de veritate gravaminis conſtet. per ea quæ tradunt DD. *in cap. non ſolum. De appellat. in* 6.

II. Non datur inhibitio adverſus ſententiam de nullitate inſimulatam, & quum nullitatis 15
ratione principaliter appellatum eſt: niſi de ipſa nullitate doceatur, neque ſtatur ſimplici ac nudo
ſupplicantis narrato. Quia res judicata pro veritate habetur *l.* 207. *ff. de Reg. Jur. l.* 25. *ff. de
Statu hominum.* Et pro ſententia præſumitur, niſi contrarium probetur, non tantum quoad ju-
ſtitiam, ſed etiam quoad legitimum procedendi modum. *cap. bona memoria. cl.* 1. *§. nos igitur.
De Electionib. & cap. in præſentia. De renunciat. cap. Sicut. §. fin. ff. de Sent. & re judicat.* &
DD. ad cap. quoniam contra. De probationib. Quod pro Regula in Imperiali Camera obſervari te-
ſtatur Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 144. *num.* 7. Quem etiam vide eod. *lib.* 1. *obſerv.* 113. *num.* 3. &
obſerv. 127. *num. fin.* Frid. Mindar. *de Proceſſib. lib.* 2. *cap.* 27. *art.* 5. *num.* 13.

III. Inhibitio non datur adverſus ſententiam minoris cauſæ, minima enim non curat prætor,
neque propter ſatis minimam rem vel ſummam ſi majori rei vel ſummæ præjudicetur, audiri quis
debet. *l.* 4. *ff. de in integr. reſtitut. minor.*

Quapropter Provincialis Hollandiæ Curiæ ſententiæ non excedentes mille quingentorum 16
florenorum ſummam. *Noviſſ. Inſtruct. Ampliat. art.* 19. & majorum Hollandiæ Civitatum ſen-
tentiæ non excedentes trecentos florenos Carolinos executionem ſuam habebant non obſtante
appellatione ſub cautione de reſtituendo, ſi per altiorem indaginem, ita videbitur. *Noviſſim.
Cur. Holland. Ampliat. art.* 2. Quod in minoribus Meridionalis, cæteriſque Septentrionalis Hol-
landiæ Civitatibus ad centum & quinquaginta, *dict. Noviſſ. Ampliat. art.* 3. in Saltuum & Vena-
tionum judiciis, ad centum florenorum pœnam ſive mulctam. Secund. *Placit.* 25. *Junii* 1621.
In Pagis ſuperioris juriſdictionis, nobis Baljuw ende Mannen / ad ſexaginta, & cæteris Scabinati-
bus ad quadraginta florenos Carolinos obtinuit. Secundum *Art.* 4. *dict. Noviſſ. Cur. Holland.
Ampliat.* Quod 8. *Maji* 1674. iterum adauctum in majoribus Civitatibus veluti, *Dordregt,
Haarlem, Delff, Leyden, Amſteldam, Goude, Rotterdam,* ad ſexcentorum, in minoribus aliis ad
trecentorum, in ſuperioris juriſdictionis tribunalibus, ad centum viginti, & cæteris Scabinatibus
ad octuaginta florenorum ſummam extenditur, neque adverſus ſententias eandem ſummam non
excedentes, inhibitio conceditur.

Alii excipiunt Appellationem extrajudicialem, propterea quod ſit tantum provocatio ad cau- 17
ſam, quæ præterita non ſuſpendit, ſed tantum futura reſpicit, & in futurum ſe ſubmittit prote-
ctioni ſuperioris, ne indebite moleſtetur per *cap. quum ſit Romana. §. infra. quod. De Appellat.* &
ibi DD. Panormitan. *in cap. dilecti num.* 4. *de majorit. & obed.* Et poſt eos Andr. Gail *lib.* 1.
obſerv. 120. *num.* 5. & *obſerv.* 144. *num.* 8. Sed quod appellationis genus ad mores noſtros non
pertinet: quibus omne quod extra judicium contingit, pœnali mandato impediri ac reparari ſo-
let, niſi forte quis arbitrorum compromiſſariorum deciſiones extrajudiciales eſſe velit, quorum
ſententiæ, ex partium conſenſu ſub expreſſa reductionis renunciatione latæ, ſuam etiam habent
executionem ſub cautione, non obſtante appellatione, ſive reductione ad arbitrium boni viri,
d. Noviſſim. Cur. Holland. Inſtruct. Ampliat. art. 20.

IV. Nulla conceditur inhibitio, quando tertius pro ſua intereſſe appellat, tanquam de re 18
inter alios acta, quæ aliis præjudicare non poteſt. *l.* 4. *Cod. Quib. res judicat. non nocet.* neque
ad tertium pertinet *tit. ff. nihil innovari appellat. pendent.* Ut recte notat Andr. Gail *lib.* 1. *ob-
ſerv.* 72. *num.* 6. & *obſerv.* 144. *num.* 9.

V. Non datur inhibitio adverſus interdictum poſſeſſorium, quum nemo prohiberi debeat ſua 19
poſſeſſione uti, non obſtante appellatione interpoſita. Et judicium poſſeſſorium inſtar proviſio-
nis eſt, adverſus quam nulla appellatio admittitur. *l.* 1. *Cod. Si de momentan. poſſ.* & ibi DD.
cap. 1. *Extr. Ut lite pendente.* Vide Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 144. *in fin.* & *obſerv.* 147. & late
Frid. Mindan. *de proceſſ. mandat. & monitor.* lib. 2. *cap.* 27. *art.* 9.

Si contra hanc inhibitionem quid fuerit attentatum, illud ante omnia reparari debet. *per text.
in l. unic. ff. nihil innovari appellat. pend. l.* 3. *Cod. de Appellat. & ibi DD. cap. non ſolum.* 7. *extr.
de Appellat. & cap. final. Ut lite pendente. & ibi Canoniſt.* Quo pertinet mandatum attentatorum, 20

quo

quo ſub certa pœna jubetur omne attentatum reſtitui, niſi cauſam, cui dies dicitur quo compareat adverſarius rationem redditurus, nobis Mandament van Attentaten pœnaal / cujus formam colligere licet ex libellorum ſchemate quod ſuperiori capite in eam rem extenditur.

21 Si appellanti dies nimis longa ſit præfixa, aut propter cauſarum cumulationem rotulæ terminis nimium ſit procraſtinatus, dum res ipſa celeritatem exigat, (veluti nunc coram Hollandiæ Curia, ubi per inſtitutarum actionum cumulationem ordinarius rotulæ curſus per octo aut plurium menſium terminum differri cogitur) inſtar cauſæ privilegiatæ, quæ dilationem non patitur, terminus per anticipationis mandatum abbreviari poteſt, & certus dies præfigi ſolet, vulgo Mandament van Anticipatie / quo apellans dictam appellationem certo die interponere, & latæ ſententiæ gravamina inferre jubetur, ſub pœna deſertionis ut loquuntur: cujus tenor etiam ex formulis dignoſci poteſt, facit text. *Inſtruct. Cur. Holland.* 207.

22 Cui accedit caſus quo appellans quidem intra debitæ interjectionis fatalia ſe appellaturum actis annotari fecit, perſecutionem vero differt, quo reſtitutionis fide, (quæ facillime concedi ſolet) ſententiæ executionem eludat, quo caſu mandatum datur, quo appellans certo die appellationem deſertam declarari videat, vulgo Mandament van Deſertie. Quo facit text. *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 204. & ſuprem *Cur. Inſtruct. art.* 116. In quo mores à Jure Civili differunt, quod hic declaratio deſertionis requiratur, & propterea appellans citari debeat, quum alias judex appellationis ipſo jure, ex officio, & parte non opponente ſuper deſertione pronunciare debeat. *l. 2. §. final. Cod. de tempor. Appellat. cap. oblata. 57. circa fin. extr. de Appellat.* Vide Robert. Marant. *Prax. Aur. part. 6. tit. de Appellationib. num. 398. in fin.* Damhoud. *Prax. Civil. cap.* 238. Idem apud Gallos obtinet teſte Joann. Imbert. *Inſtit. Forenſ. lib. 2. cap. 5.* In Germania Jus ſcriptum obtinere videtur, per ea quæ tradit Carpzovius *Proceſſ. Judiciar. tit. 18. art. 5. num. 31. & ſeqq.*

23 Si cauſæ apud inferiores judices nimium procraſtinentur, & indeciſæ hæreant, per mandatum evocationis, ut vocant, ad Curiam referri poſſunt. Licet enim regulariter, apud nos evocationi locus non ſit, neque citra appellationem ordinaria inferiorum judicum juriſdictio, quam ſuo jure exercent, turbari poſſit. Secus quam Jure Romano, quo judices pedanei ex ſuperiorum nutu juriſdictionem exercebant, ac proinde cauſæ coram iis inſtitutæ pro lubitu avocari poterant, *l. 58. ff. de Judic. l. 6. §. 1. ff. de offic. proconſulis.* Si tamen ſuperior Magiſtratus ſufficientem evocationis cauſam animadvertat, puta judicis ſuſpecti, aut litis nimium protractæ, evocationi locus dari debet, ne lites inferiorum judicum culpa aut ſocordia fiant immortales. facit text. *in cap. licet 10. in pr. & cap. ex tenore. 11. & cap. ex tranſmiſſa. 6. extr. de fore compet.* Vide Andr. Gail *lib. 1. obſerv.* 41. Joann. Zanger. *tract. de Except. part. 2. cap. 1. num.* 302. & noviſſime Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 3. art. 4. num.* 98. Lancelot. *tractat. de Attentat. part. 2. cap.* 10.

Ita tamen ut prius ad judicem inferiorem reſcribatur, eique injungatur, ut dictam cauſam intra 14. dies expediat, & ſi plene in cauſa ſit concluſum, ſententiam dicat, & pronunciet, niſi cauſam, quam intra dictum tempus Curiæ referre tenetur. Quo demum tempore elapſo, ſi neque referatur, neque cauſa interea terminetur, mandatum evocationis emittitur, cujus hæc fere eſt formula:

Den Preſident ende Raden / &c. Alſoo N. ons vertoont heeft dat &c. Soo iſt dat wy u committeren te trekken aan de perſoon / ofte ter woonſtede van Schepenen ende Wet-houderen van &c. ende hen-luyden / mitsgaders allen anderen (des noods zijnde) van wegen de Hooge Overheid / beveelt het voorſz. proces van den ſuppliant / met de ſtukken ende munimenten onder hen-luyden weſende / de voorſz. partye betreffende / om redenen voorzen verhaalt / van ſtonden aan alhier in de Griffie van den Hove beſloten over te ſeynden / dagvaart voorts de voornoemde van den Geregte / ende allen anderen / des noods zijnde / te komen ofte gemagtigde te ſenden t'eenen ſeekren bequamen dage voor ons / alhier in den Hage / om de voorſz. ſaake voor ons te ſien evoceeren / ende daar op ſententieren / als naar behooren/ 't ſelve te ſuſtineren/ ofte daar van te renuncheren / ſoo haaren goeden wille gedragen ſal / &c.

24 Sententiæ coram arbitris latæ, per modum reductionis, ad arbitrium boni viri ad Hollandiæ Curiam referuntur, vulgo Mandament van Reductie / quod inſtar appellationis ſive reformationis eſt, ut cui etiam quandoque additur clauſula inhibitionis, ſi ſcilicet in ipſo compromiſſo ab ulteriori provocatione non fuerit renunciatum. Cæterum; ſi à provocatione, & omni reductionis modo ſit renunciatum, ut plurimum fieri ſolet, non obſtante appellatione ſive reductione interpoſita, ſententia executioni mandari poteſt: adeoque nulla executionis inhibitio concedi ſolet. per *Noviſſ. Inſtruct. Ampliat. art.* 20.

Appellationi etiam proxime accedit mandatum reviſionis, ſive propoſitionis erroris, quo is 25
qui ſupremæ Curiæ ſententiam (adverſus quam nulla ulterior provocatio aut appellatio datur) pro ſe habet, ad partis inſtantiam eandem ſententiam ſuſtinere jubetur, ſimulque ſupplicantem ejuſdem ſententiæ errorem proponere, eamque revideri ac corrigi patiatur, ſi ita videbitur, niſi cauſam. Cujus hæc eſt formula:

Den Præſident ende Raden van den Hoogen Rade in Holland / &c. den eerſten geſwooren exploitier hier op verſogt / Salut: Alſoo N. ons vertoont heeft dat &c. Soo iſt: Dat wy de ſaake voorſz. overgemerkt u ontbieden ende bevelen / dat gy ten verſoeken van den ſuppliant dagvaart de voornoemde W. ende allen anderen / des noods ſynde / te komen ofte gemagtigde te ſeynden tot ſekeren tamelyken dage voor ons / alhier in den Hage / om de voorſz. ſententie te ſuſtineeren / ende te verantwoorden / indien 't hem goed dunckt / den ſuppliant te ſien proponeeren het voorſz. pretens erreur / 't welck in de voorſz. ſententie ſoude weſen / daar jegens te ſuſtineeren / indien het hem goed dunken ſal / 't proces te ſien revideren / ende de ſententie beteren ende corrigeren / indien ſulks behoort / &c.

Quo dato die ſerviente in cauſa concluditur, & hinc intra trimeſtre ſpatium ſeptem Juriſconſulti judices ab Hollandiæ Ordinibus ipſi Curiæ adjungi, per impetrantem peti debent, ut hi una cum Curiæ Senatoribus eundem proceſſum revideant, & ex iiſdem actis an bene vel male judicatum declarent. vid. *Inſtruct. ſuprem. Holl. Cur. art.* 279. *& ſeq.*

Qui tamen reviſionis, ut loquuntur, modus in hoc à communi appellationis praxi differt, quod interponendi ac proſequendi eam terminus adeo ſit peremptorius, ut adverſus ejus lapſum nulla detur in integrum reſtitutio, quæ in aliis appellanti facile concedi ſolet, neque effectum habeat ſuſpenſivum, ita ut nec Anticipatio concedatur, nec deſertionis declaratio neceſſaria ſit: præterquam in cauſis irreparabilibus, ſicut eſt cauſa matrimonialis, qua quis aliquam in uxorem ducere, aut quæ alicui nubere condemnati ſunt, quo caſu is qui vicit anticipationis terminum ab Hollandiæ Ordinibus requirere poteſt, intra quem adverſarius ſuus reviſionem proſequi teneatur, ſub pœna deſertionis. Ita factum, In der ſaake van Conſtantine Coymans contra Abraham Simonſz tot Hamburg Anno 1603. cui trimeſtre ſpatium dabatur. Itemque Anno 1621. In der ſaake van Diewer Maartens tot Enchuyſen / contra Pieter Franſoon Maaiſon / cui impetrata reviſio ſex ſeptimanarum ſpatio coarctabatur.

Huic etiam reviſioni ſubjectæ ſunt ſententiæ à Rectore & Judicibus Academiæ Lugduno-Batavæ latæ, quarum etiam appellationes aut provocationes non recipiuntur. ſecundum *Holland. Ordd.* circa earundem reviſiones *præſcriptum*. 6. *Octob.* 1656.

Primæ inſtantiæ mandata iterum ſunt alia quæ judicii ordinem concernunt, alia ipſa cauſarum merita.

Quæ judicii ordinem concernunt aut præcedunt aut ſequuntur ipſam ſententiam.

Quæ præcedunt iterum ſunt aut præparatoria, aut concomitantia. 26

Præparatoria ſunt quæ præjudicia appellari poſſunt, quod futuro judicio viam ſternant, de quibus in §. 13. *Inſtit. de Action.* veluti ſunt actiones ad edendum vel exhibendum: ſed quæ cum cæteris, quæ incidentalibus verbis in anteceſſum proponendarum actionum (nobis alvorens eys te doen) citra mandatum inſtitui ſolent. Præcipue vero conſiſtunt in his quæ circa famam & libertatem hominum verſantur, uti ſunt actiones *ex l. diffamari.* 12. *Cod. de ingen. manumiſſ.*

Veluti ſunt actiones purgatoriæ, & quæ his annumerari ſolent actiones negatoriæ, quæ (ad 27
exemplum earum quibus quis ſervitutem in ſuis aut coactionem non competere contra adverſarium tale quid velitantem declarari petit) in aliis quoque cauſis receptæ ſunt *arg. l.* 5. *§. Si Uſufruct. pet. junct.* l. 4. *§.* 7. *ff. Si ſervit. vindic.*

Cujus quidem mandati purgatorii actionem aliam civilem aliam prætoriam ſive criminalem eſſe diximus. Civilis hujus actionis mandati formula elici poteſt ex ſupplicis libelli exemplo, quod ſuperiori capite propoſitum eſt. Criminalis vero purgatorii mandatum hac fere formula conſtat.

Den Præſident ende Raden &c. Alſoo N. ons vertoont heeft dat &c. Soo iſt dat wy u committeeren te trekken daar het van node weſen ſal / ende men gewoonlyk is publicatie te doen / ende aldaar by uytroepinge / dagvaart den Officier van &c. ende allen den geenen die haar tegens de ſuppliant partye ſouden willen maaken / te komen off gemagtigt te ſeynden t' eenen ſeekeren bequamen dage voor ons / om den ſuppliant te ſien præſenteeren ſyn lighaam gevangen / ende hem te ſtellen tot purge / nopende 't gunt dat hy ende eenen ygelyken van hem / mitſgaders den Procureur Generaal van deſen Hove (indien hy hem partye wil maaken) te laſten ſoude willen leggen ter ſaake van 't gunt voorſz. is / in wat manieren datter ſy / ende hem daar aff te ſien verklaren puur ſuyver ende innocent / ende ook van te ſien ordonneren op de recreatie van ſyn perſoon / mitſgaders de reparatien van injurie / ſoo daar eenige valt / ende het ſoo behoort /

hoort/ daar tegens te ſeggen/ die contrarie te ſuſtineren/ ende voorts te procederen als naar regten &c:

De cujus praxi & procedendi modo *infra lib. 2. cap. 1.*

28 Concomitantia ſunt quæ cum ipſo proceſſu paſſu ambulant, aut ante ulteriorem progreſſum intercidunt. Qualia ſunt quibus petitur, ut alius pro alio interveniat, ejuſque cauſam ſuſci-
29 piat, mandament van guarand/ quod ut plurimum uſu venit pro emptore rei immobilis, ut pro
qualibet evictione intercedat venditor, quouſque ipſa cauſa principalis ſuſpenditur, donec ſuper evictionis indemnitate fuerit judicatum. Cujus indemnitatis & interventionis praxis etiam in inferioribus tribunalibus uſitata eſt.

30 Hujus etiam generis eſt mandatum ad ſuſcipiendas litis reliquas, adverſus heredes ejus qui interea dum cauſa agitur, diem obiit, ut litem inchoatam ſuſcipiant, aut deferant. vulgo om d' arrementen van het proces aan te nemen.

31 Itemque mandatum ad audiendos teſtes, om getuygen te horen: & mandata ſuper primo, ſecundo, tertio, & quarto defectu, op het eerſte/ tweede/ derde ende vierde default/ quo is qui die ſerviente non comparuerit, iterum atque iterum in jus vocatur, ut adhuc præſtet quod petitur.

32 Mandata quæ circa judicii ordinem verſantur & ipſam ſententiam ſequuntur, ſunt litteræ,
33 quibus ſententiæ executioni mandari jubentur, vulgo Executorien/ quæ peti debent, ad hoc ut
ſententia executioni mandetur, ſed denegari non ſolent, quo pertinet etiam ſubhaſtatio juridica pro exequendis bonis immobilibus, de qua in *tit. ff. De rebus authoritat. judic. poßid.* vulgo, Mandament van onwillig decreet. Quod eſt duorum generum, aliud quod primum decretum appellari ſolet, quo judex actorem in rei petitæ poſſeſſionem mittit. ut *Extr. De eo qui mittitur in poſſeſſ. rei ſerv. cauſ.* Qualia nobis fere ſunt Arreſta bonorum, quæ propter contumaciam & defectum rei à judice decretari ſolent, vel poteſt etiam dici primus juſſus executorius, quo perfecto res immobilis divendita ſecundo præſentatur & ulteriori ſubhaſtationi ſubmittitur. Ut ante Zigilli decretorii conſummationem aut prior venditio confirmetur, aut pluris licitanti denuo vendatur; & is emptor jam tum in plenam mittatur poſſeſſionem: quod reſpectu prioris nobis etiam eſt ſecundum decretum, coram Hollandiæ Curia uſitatum. In inferioribus vero tribunalibus, unica atque ſimplex ſubhaſtationis executio eſt, eaque peremptoria. Hujus decreti coram Hollandiæ Curia uſitati praxin vide in formulis. *Papegay pag. mihi* 451.

34 Poſt ſententiam etiam impetratur mandatum ut ſententia quæ lapſu temporis vim ſuam perdidit reviviſcat. Mandament om nieuwe letteren van executie gedecerneert te hebben op een verjaart vonnis. Sententiæ enim inferiorum judicum intra annum, ab Hollandiæ Curia Provinciali latæ intra quinquennium, & ſupremæ Curiæ ſententiæ intra decennium executioni mandari debent, quo tempore elapſo vim executivam amittunt, *Ampliat. Inſtruct. Holland. Cur. art.* 30. *& ſuprem. Curiæ Inſtruct. art.* 163. Niſi citata parte iterum renoventur. Quod in ſententiis inferiorum judicum, aut coram eodem judice, aut coram Hollandiæ Curia peti poteſt *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 118. nec denegari ſolet, aut præſcribi intelligitur intra triginta annos, quia actio perſonalis eſt quæ intra 30. annos non præſcribitur. *l.* 3. *Cod. de præſcript.* 30. *annor.* Vide Marant. *prax. part.* 6. *de execut. lib.* 4. *tit.* 93. *cap.* 7. *circa fin.*

35 Si ſententia lata executioni mandari debeat adverſus eum qui in aliena degit juriſdictione, litteræ requiſitoriales tranſmittuntur, quibus requiritur ut ejuſdem, quo degit, loci judex eandem ſententiam per ſuos apparitores executioni mandare velit. Quibus tum literæ executoriales annectuntur, nobis letteren requiſitoriaal/ ende letteren van attache.

36 Inter ea, alia ſunt mandata ſimplicia, nobis *ſimpel bevel*, quibus reo quid ſimpliciter jubetur aut inhibetur, cui niſi pareat dies illi dicitur, qua ſerviente, rationes reddat cur non, ſimulque reſpon-
37 deat petitioni quam Impetrans ea de cauſa adverſus eum proponet. Alia quæ vim habent execu-
tivam, per modum prehenſionis, arreſti aut pœnæ. Mandament van Arreſt/ ofte poenaal.

Quæ iterum aut ipſas perſonas reſpiciunt, aut eorum bona, ac propterea, perſonalia ſunt, aut realia.

38 Perſonalia ſunt, quibus apparitori poteſtas datur ut reum apprehendat, & carceris cuſtodiæ committat, vulgo mandament van arreſt op een perſoon. Quibus accedit mandatum, quo is qui in carcere eſt, ex nova cauſa ibidem detineatur, mandament van recommandatie.

39 Realia ſunt quibus res ſive mobiles ſive immobiles arreſto includuntur, unde eximi nequeunt, niſi per cautionem de judicato ſolvendo aut ab ipſa Curia cauſâ cognitâ aliter fuerit decretum. Perſonalia vero arreſta ſub cautione de judicio ſiſti reſolvuntur, quod niſi præſtetur in judicati ſolutionem reſolvitur. Ut ſuo loco, & per ea quæ latina ad Pecc. *de jure ſiſtendi lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 7.

40 Mandata pœnalia ſunt quibus cauſa cognita, alicui ſub certa pœna quid facere prohibetur quod in-

D. lib. xxxix tit. 1. Cod. lib. VIII. tit. XI. *De Operis novi nunciatione.*

impetranti aliquod præjudicium afferre poſſet. Quo pertinet Interdictum de operis novi nuncia- 41
tione, quæ eſt legitima prohibitio ædificanti facta, ut à nocituro opere cœpto deſiſtat, donec de
jure conſtet *l. 1. ff. de aper. nav. nunciat.* Qua nunciatione interpoſita, ſi cum cœpto opere perre-
xerit adverſarius, demoliri cogitur opus poſtea factum *l. 20. §. 1. 3. & 4. ff. eod.* Cujus praxin
vide *Inſtruct. Cur. Holland. art. 39.* & *ſuprem. Cur. art. 195.*

D. lib. xxxix. tit. II. *De damno infecto.*

Huic ſuccedit interdictum de damno infecto & mandatum de non offendendo. Quorum illud 42
impetratur quum ex ruinoſis vicini ædibus damnum quidem nondum datum eſt, ſed futurum me-
tuitur *l. 2. ff. de damno infecto*, ut caveat & proſpiciat de damno quod dari poteſt reſarciendo. *l. 7.
ff. eod.* Quod niſi fiat mittit prætor eum qui damnum timet in poſſeſſionem rei ſervandæ cauſa,
ex primo decreto. *d. l. 7.* & ſi poſtea non caveat, mittit eum ex ſecundo decreto in plenariam poſ-
ſeſſionem. Sed quæ miſſio in poſſeſſionem moribus noſtris non obtinet, uti nec cautio, cujus
loco ſuccedit ſolennis proteſtatio de damno infecto. Per ea quæ tradit Groeneweg. *de legib. abra-
gat. ad dict. tit. ff. de damno infecto* Hæc etiam interdicta ab inferioribus judicibus inter vicinos
& proxime cohabitantes impetrari & concedi ſolent.

Mandatum vero de non offendendo à ſola Curia impetrari ſolet ad pacem publicam conſervan-
dam, ad petitionem ejus qui juſtam offenſionem timet, nobis **Mandament van Sauvegarde/**
quando ſcilicet juſtus ſubeſt offenſionis metus, ut ſi teſtibus, vel alio documento oſtendatur, jam ei
de annis, ſive vi inferenda comminatum ab eo qui minas ſuas executioni mandare conſuevit. *arg. l.
7. §. 3. ff. ad leg. Jul. Majeſtat.* adde *text. in l. 1. ff. uti poßidet. l. 13. ff. quod met. cauſ. & l. 7. Cod. Unde vi.*
Vid. Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 4.* Hujus mandati formulam & praxin *Vide Papegay pag. mihi* 511.

Mandata quæ ipſa cauſarum merita concernunt ſunt aut petitoria, aut poſſeſſoria.

Petitoria diverſorum ſunt generum pro varietate actionum quibus aliquid nobis dari aut quid 43
fieri ab alio contendimus, ſuntque mandata ſimplicia quibus adverſario jubetur, ut nobis ſolvat, aut 44
præſtet quod petitur, *vulgo* **rauw actie/** quod niſi fiat dies dicitur quo ſerviente denegationis ra-
tiones reddat, & ulteriori actoris petitioni reſpondeat. Niſi forte celeritatem requirat, aut red-
dendarum rationum inter partes agitur, quo caſu requirentibus dies aſſignatur, coram uno vel
duobus commiſſariis ad id deputatis, coram quibus actor & reus certo die comparere tenentur,
qui propoſitis hinc inde rationibus litis tranſactionem commendant, & ſi cauſa tranſactione ſo-
piri nequeat, omnia illico Curiæ referunt, aut ſi res altioris ſit indaginis in manibus ſuis cauſam
plenius inſtrui faciunt, vulgo **by verbaal/ op't mandament ofte appointement commiſ-
ſoriaal/** quo ipſo cauſæ merita Curiæ referunt, atque omnium ſuffragio cauſam definiri procurant.

D. lib. IV. tit. 1. *De in integr. Reſtitutionib.*

Hiſce conjunguntur reſtitutionum clauſulæ, quæ cum omnibus actionibus conjungi, & in 45
omnibus mandatis locum habere poſſunt, ſi quæ modo juſta cauſa eſſe videbitur. *l. 7. ff. de
reſtitut. in integrum junct. l. 1. ff. ex quib. cauſ. major.* vulgo **Mandament van relief/ofte relief/
ende rauw actie.** Quod tamen ita intelligendum eſt: ut ſi reſtitutiones in integrum ipſum tan- 46
tum procedendi modum concernant, veluti adverſus omiſſam appellationis interjectionem,
aut proſecutionem, aut ſimilium, eidem mandato coram ipſa Curia inſeri poſſint, **met de clau-
ſulen van relief.** Sin vero ſint reſtitutiones ipſæ cauſarum merita ſpectantes, quas ſubſtantiales
vocant, à ſuprema Curia, quæ hac in parte Principis vice fungitur, ſeorſum requiri, ac impetra-
ri ſolent, *Inſtruct. Cur. ſuprem. art. 23.* Quarum cognitio an ſcilicet cauſa petitionis ſit vera, ac
juſta, per epiſtolam ipſi Curiæ aut alias judici in cauſa competenti examinanda committitur. *arg. l.
3. ff. de in integr. reſtitut. l. 2. & tot. tit. Cod. Ubi & apud quem cognit. in integr. reſtitut. agit.* vulgo
met committimus. Vide *Ampliat. Inſtruct. Cur. Holland.* Cujus reſtitutionis litteræ clauſæ
offeruntur, ſimulque ad earundem interinementum in anteceſſum concluditur earumque cognitio
ipſi cauſæ adjungi ſolet. Vide Groeneweg. *de legib. abragat. ad l. 2. Cod. Ubi & apud quem co-
gnit. in integr. reſtitut.* & DD. ibid. allegat.

Cod. lib. II. tit. XLVII. *Ubi & apud quem cognitio in integr. reſtit. agit.*

Dig. lib. XLIII. tit. II. & III. & Cod. lib. VIII. tit. II. & III. *Quorum bonor. & Quod legatorum.* Cod. lib. VI. tit. XXXIII. *De Edict. Divi Hadriani tollendo. & quemadm. ſcript. her. in poſſeſſ. mittatur.*

Poſſeſſoria mandata ſunt aut adipiſcendæ aut retinendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis. 47
Adipiſcendæ poſſeſſionis mandatum datur pro futura poſſeſſione, quum quis in poſſeſſionem 48
immitti deſiderat, vulgo **Mandament om geimmitteert te werden in de poſſeſſie** vel
quaſi. Quod competit illi cui ab inteſtato aut ex teſtamento delata eſt hereditas. Quo pertinent
tituli *D. & Cod. Quorum bonorum, & Quod legatorum. & l. ult. Cod. de Edict. div. Adrian. tollend.*

Quibus heres qui non cancellatum vel aliqua parte vitiatum teſtamentum judici exhibuerit,
aut alias de inteſtati cauſa docuerit in hereditariorum bonorum poſſeſſionem immittitur. Qui ſi ad
poſſeſſionem agere nolit, hereditatis petitionem inſtituere poteſt. Quod ſi duo eandem petant
poſſeſſionem, uti ſæpiſſime contingit, adverſarius adverſus quem mandatum conceditur, dupli-
care interdictum & eandem poſſeſſionem à parte ſua per modum reconventionis petere poteſt,
nobis

nobis. Het interdict redoubleren. Quod etiam coram inferioribus tribunalibus eſt receptum per modum immiſſionis, à parte actoris, & emiſſionis à parte rei præventi, qui itidem in poſſeſſionem ſe immitti contendit.

49 Retinendæ poſſeſſionis mandata ſunt, quibus quis in poſſeſſione, quam ab alio ſibi eripi aut turbari veretur, Prætoris auctoritate tuetur, vulgo Mandament van maintenue. Quo pertinet *tit. ff. & Cod. Uti poſſidetis.* Quæ aliter coram Curia præſidiali, aliter coram ſuprema Hollandiæ Curia exſequuntur, pro Curia præſidiali quidem dies aſſignatur, qua is qui ſe poſſeſſorem contendit in poſſeſſione ſua tueri patiatur adverſarius, niſi cauſam. Coram ſuprema vero Curia oſtiarius ſuper poſſeſſione impetrantis inquirit, an ſit juſta, deque ejus inquiſitione ipſi Curiæ, quomodo eam poſſideri invenerit, refert ſimulque diem addicit.

50 Recuperandæ poſſeſſionis mandatum datur quum quis de poſſeſſione ſua turbatus, contra turbatorem agit ut reſtituatur, vulgo Mandament van ſpolie / ende complainte. Quo pertinent titulus *ff. & Cod. Unde vi.* & reliqua remedia poſſeſſoria. Quorum *Spolium* ordinarium eſt remedium, quo dies coram Curia aſſignatur, & ſpoliatus ante omnia ſe reſtitui petit. *Complaincte* vero extraordinarium eſt remedium, quod per commiſſarium dirigitur, qui in turbatæ poſſeſſionis veritatem inquirit, pro Hollandiæ præſente & ad hoc requiſito adverſario, qui aut media deſtructiva ſimpliciter allegat, aut contraria poſſeſſionis & turbationis facta inferre poteſt, ſi velit; cui iterum dies aſſignatur, qua de ſua contraria poſſeſſione inquiratur, parte iterum præſente ſi velit. Quibus peractis commiſſarius huic aut illi poſſeſſionem per recredentiam ut vocant adjudicat, eumque priſtinæ poſſeſſioni reſtituit, damnaque illata reparari jubet nulla appellatione, aut oppoſitione refragante, donec cauſa ulterius cognita ſuper pleno poſſeſſorio fuerit judicatum coram ſuprema Hollandiæ Curia, hæc utriuſque poſſeſſionis inquiſitio abſente adverſario fit, cui facta prius ſuper impetrantis poſſeſſione inquiſitione, novus dies dicitur, quo aut media deſtructiva alleget, aut contraria poſſeſſionis facta inferat.

Reliqua quæ huc ſpectant ex formulis ſolennibus & quæ ſuperiori capite de eorundem petitionibus, quarum formulis, mutatis mutandis inhærent, ſatis dignoſci poſſunt. Vide porro *Papegay pag. 115, 121. & ſeq.*

51 In hoc poſſeſſorio judicio, non tantum directa, ſed & contraria reſidet actio, Redhibitoria ſcilicet, & reſtitutoria, tam à parte actoris, quam à parte rei. Inſtit. II. I. Digeſt. XXVII. I. Cod. XVI. II. *De bonorum poſſeſſionibus.* Dig. VI. I. Cod. III. XXX. I. *De rei vindicatione.*

A parte actoris, ut is qui rem noſtram, aut nobis debitam reſtituat cum omni cauſa, veluti in uſufructuario, qui finito uſufructu rem ſalva ejus ſubſtantia, & cum omni cauſa reſtituere tenetur, ne quid interim rei incommodaverit, male, aut in alium finem uſus fuerit quam in quem comparata eſt, aut deteriorem reddiderit, *l. 13. §. 4. l. 15. l. 19. ff de uſufruct.* Quod ut præſtet, idoneè cavere tenetur. *l. 4. Cod. de uſufructu, l. 1. l. fin. ff. uſufruct. quemadmod. cav.* ut latius ſupra *part. 1. lib. 2. cap. 15. num. 5.*

A parte rei, qui rem aliquam reſtituere tenetur, ut ei viciſſim reſtituantur impenſæ, & melio-
52 rationes in rem factæ. Quæ in triplici ſunt differentia, neceſſariæ, utiles, & voluptuariæ, *l. 1. ff. de impenſ. in rem dotalem factis. & l. 79. ff. de Verb. Significat.*

Neceſſariæ, quæ ſi factæ non eſſent, res aut periiſſet, aut deterior facta fuiſſet *d. l. 79. ff. de Verb. Significat. l. 1. §. 3. l. 14. de Impenſ. in rem dotal. fact.*

Utiles quæ rem meliorem faciunt & rei pretium augent. *d. l. 79. §. 1. ff. de Verb. Significat. l. 5. §. ult. ff. de Impenſ. in rem dotal fact.* Unde & meliorationes vulgo dicuntur.

Voluptuariæ ſunt quæ rem tantum exornant, neque ipſum rei pretium augent. *d. l. 79. ff. de V. S. & l. 7. ff. de Impenſ. in rem. dot. fact.*

53 Quarum voluptuariæ nunquam reſtituuntur per text. *l. 5. Cod de rei vindicat.* Et circa Neceſſarias & Utiles communiter diſtinguunt inter malæ & bonæ fidei poſſeſſorem, ut bonæ fidei poſſeſſori impenſæ Neceſſariæ & Utiles reſtituantur. *l. 5. Cod. de rei vindicat. §. 30. Inſtit. de Rer. diviſ.* Malæ fidei poſſeſſori neceſſariæ tantum, *d. l. 5. Cod. de rei vind.* non etiam utiles, quas ſua culpa & donandi animo Impendiſſe volunt *arg. §. 30. Inſtit. de Rer. diviſ.* niſi commode & ſine rei interitu ab ea ſeparari poſſint. Quæ facultas ei competit, ut repetat ea, quæ ſalvo ſubjecto ſeparari poſſunt. *d. l. 5. in fin. Cod. de rei vind. junct. l. 38. ff. de heredit. petit.*

54 Quæ *d. l. 38.* ut ſalvetur, à quibuſdam diſtinguitur, inter petitionem hereditatis, & rei vindicationem, ſive ſpecialem in rem actionem, quæ tamen judicia à ſe invicem ſeparari nullo jure aut diſtingui aliqua ratione poſſunt, neque generalitas *d. l. 38. ff. de hered. petit.* id poſtulat, quæ interpretationem accipit ex *d. l. 5. Cod. de Rei vindic.* Quum Paulus non ſimpliciter dicat in *d. l. 38.* etiam prædonem impenſas repetere aut imputare, ſive per retentionem ſervare, verum in hujus quo-

que perſona impenſarum neceſſariarum & utilium rationem haberi, quod *arg. d. l. 5. Cod. de rei vindicat.* hanc interpretationem recipit, ut neceſſarias impenſas omni modo deducat, utilium autem ea habeatur ratio, ut eas ſalvo ſubjecto tollat, & ſibi reſervet ne ex aliena jectura petitor lucrum ſentiat, ſecus ſi commode tolli, aut ſeparari non poſſint, quo caſu ſua culpa damnum ſentit, quod ita temere in alieno quid præter neceſſitatem impenderit, quod iterum amovere, aut tollere non poteſt, ſed petitori, & ſuum vindicanti donaſſe cenſetur. *§. 30. Inſtit. de rer. diviſ.* Quod tamen perpetuum non eſt, ita ut ſi probabilis ſit conjectura ob quam videri poſſet, licet ſciens in alieno ſolo ædificaverit, non utique animo donandi id feciſſe, puta ſi uſucapiendi animo id fecerit *arg. l. 37. ff. de rei vindic.* aut in, ſolo litigioſo quid impenderit colonus, aut inquilinus in loco conducto utiles fecerit impenſas, certe non animo donandi, ſed juris poſſeſſioniſve tuendæ cauſa, *arg. l. 2. Cod. de rei vindic.* aut ut commodius re conducta utatur ſecundum *l. 55. §. 1. ff. locati.* id feciſſe, & ſumptus per errorem factos, hac ratione ſervari poſſe conſtat ex *l. 27. §. ult. ff. de rei vindicat.* Quorum tantum reſtitutio denegatur ſi improbe facti fuerint. *l. 5. Cod. de Ædific. privat.* Sed quum moribus ſit receptum, ut omiſſa ſtricti juris ratione, ex judicis officio etiam in malæ fidei poſſeſſore benigna interpretatione legis 38. *ff. de petit. hered.* utilium impenſarum ratio habeatur, altius de iis inquirere operæ pretium non eſt. Adeo ut inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem hac in parte moribus nulla ſit differentia. Vide Mornac. & Automn. & poſt eos Groeneweg. *ad l. 22. Cod. de rei vindicat.*

De rei uxoriæ actione circa impenſas in rem dotalem factas dictum eſt ſupra *part. 1. lib. 1. cap. 15.* ſub finem.

Cæterum de impenſis ab uſufructuario factis, diſtinguendum eſt utrum illæ fructuum, an vero 55
ipſius rei cauſa factæ ſint; quarum illæ, quæ fructuum cauſa impenduntur, ab uſufructuario præ-
ſtari debent, hæ vero quæ ipſius rei cauſa factæ ſunt à proprietario reſtitui debent. Quapropter
impenſæ magnæ pro rerum conſervatione neceſſariæ, & quæ ad perpetuam rei utilitatem, & con-
ſervandam proprietatem pertinent, à proprietario reſtitui debent, modica vero refectio ad uſu-
fructuarium pertinet. per *l. 7. §. 2. ff. de uſufructu. junct. l. 7. Cod. eod.* Vid. Garſiam *de Expenſis
& meliorationibus cap. 11. num. 12.* Pinell. *2. part. l. 1. Cod. de bonis maternis, num. 72. in princ.*
Gomeſ. *tom. 2. variar. reſolut. cap. 15. num. 7.* Franciſc. Sarmient. *ſelectar. interpret. lib. 3.
cap. 4. num. 4.* Sichard. *ad l. 7. Cod. de uſufructu.* Petr. Gregor. Tholoſanum *Syntagmat. Juris
lib. 4. cap. 3. num. 20.* Quæ autem ſint magnæ aut modicæ impenſæ, arbitrio judicis relinquen-
dum volunt Gloſſ. & DD. *ad l. 7. §. 2. verb. hactenus,* quæ aliis eſt *l. 8. ff. de uſufructu.* & ad *Lau-
nino. 12. ff. de impenſ. in rem dotal. fact.* Garſias *dict. cap. 11. num. 12.* Alvar. Valaſc. *de Jure
Emphyteutico part. 1. quæſt. 25. num. 13. & quæſt. 26. num. 6.* Menoch. *de arbitrar. judic. lib. 2.
caſ. 225. ad fin.* Barboſ. *de matrimonio in l. 7. §. 1. verſ. divortio* (quæ Gloſſatoris erat *l. 8. ff. ſo-
luto matrimonio*) *§. final. num. 36.*

Neque tantum modicæ impenſæ ad uſufructuarium ſpectant, ſed & magnæ; ſi & quatenus fructuum cauſa fiant, aut factæ ſint, ad uſufructuarium pertinere conſtat, quum ad proprietarium tantum illas pertinere demonſtravimus, quæ pro rerum conſervatione fuerint neceſſariæ, & ad perpetuam rerum utilitatem, & conſervendam proprietatem pertinent.

Quomodo omnes impenſæ percipiendorum & colligendorum fructuum cauſa factæ ad uſufructuarium pertinent, nec repeti poſſunt, per Barboſ. Tholoſan. Sichard. & alios ſupra allegatos. *arg. d. l. 7. §. 7. ff. & l. 7. Cod. de uſufructu.* Itemque onera reſpectu & ratione fructuum impoſita, uti ſunt collecta, gabellæ, penſiones, canones, tributa, & aliæ præſtationes temporales, quæ quantumvis reales, aut mixtæ ſint, regulariter ad uſufructuarium, & perſonas rem ipſam poſſidentes pertinent, & cum ipſa re cumque onere impoſito obambulant & tranſeunt, niſi expreſſa immunitate, & ſpeciali exemptione liberentur, & eximantur. Vide Pinell. *2. part. l. 1. Cod. de bon. matern. num. 72.* Garſ. *de Expenſ. & meliorat. cap. 11. num. 45. & ſeqq.* Valaſc. *dict. tract. de jure Emphyteut. quæſt. 17.* Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto, num. 160.* Graſſ. *receptar. ſentent. §. legatum. quæſt. 37.* Caroc. *de locato & conducto. quæſt. 16. de uſufructu.* & poſt eos Joann. del Caſtillo Soto Major. *quotidianar. quæſt. lib. 1. de uſufructu. cap. 56. num. 3. 8. 10. 13. 14. & 15.*

Cap. XXIII.

De in Jus vocando, ac Citationibus legitimis.

Summaria.

1. *In Jus vocatio quid & quotuplex: alia verbalis, alia realis.*
2. *Verbalis quomodo facienda.*
3. *Campana decreto quando utamur.*
4. *Citatio Realis.*
5. *Alia dilatoria, alia peremptoria.*
6. *Citatio per quem facienda in ſuperioribus, & inferioribus tribunalibus.*
7. *Solennitas & forma citationis, & an ipſam cauſam & libelli formam continere debeat.*
8. *Peremptoria citatio quæ ſit, & quo temporis intervallo fieri debeat.*
9. *Termini continui & juridici differentia an ſit moribus noſtris.*
10. *Citatio quomodo facienda.*
11. *Relatio facta citationis quid continere debeat, & cujus ſit fides.*
12. *Ad fiduciariam proviſionem inſtrumentoram copia cum ipſa citatione tradenda.*
13. *Citatio arreſti perſonalis quomodo facienda.*
14. *Realis quomodo.*
15. *Arreſti citatio adverſus abſentem.*
16. *Adverſus incertos.*
17. *Edictalis citatio quæ ſit remiſſive.*
18. *Jusjurandum de calumnia an & quatenus obtineat, & de pœnis temere litigantium.*
19. *Quis & qualis ſit effectus citationis & an faciat litiſpendentiam.*
20. *An quis coram judice non competente comparere teneatur.*

1 QUum nemo ſibi ipſi jus dicere poſſit, *l. 1. §. 2. ff. Quod legator.* neque aliter quam audita altera parte judicandum ſit, *l. 13. in fin. pr. ff. de minorib. l. 74. ff. de re judicata*, in jus vocatio neceſſaria eſt, qua quis juris experiundi cauſa in jus vocatur, coram eo cui jus dicendi eſt poteſtas *l. 1. ff. de in jus vocando.* D. III. v. Cod. II. II *De in Jus vocando.*

2 Hæc alia verbalis eſt, alia realis. Verbalis iterum alia denunciatione ad faciem, vel ad domum, alia litteris mandatoriis adverſus præſentes, vel per decretum campanæ per literas publice affixas adverſus abſentes intentata executioni mandatur. In inferioribus enim tribunalibus privata & ordinaria denunciatione ad faciem vel ad domum citatio fieri ſolet, ſed coram ſuperiori judice litteris mandatoriis per ſupplicationem ad hoc poſt cauſæ narrationem impetratis in jus vocatio fieri ſolet.

3 Campanæ vero decreto non utimur, niſi in cauſis criminalibus, aut in civilibus adverſus abſentes ex reali cauſa obligatos. Præterea locum habet adverſus eum, qui per ſe, vel per alium efficit ne citatio ad ſe perveniat. *Clement. 1. de judiciis.* Si locus ubi quis citari debet non ſit tutus *Clem. eod.* Si citandus ſine certo domicilio vagetur, aut ſi contradictor ſit incertus, & citentur omnes quorum intereſt. *cap. fin. de Elect. in 6.* Veluti ſi citari debeant defuncti creditores omnes, qui incerti ſunt, aut ſi omnes qui ſua intereſſe putaverint ex lege diffamari citari debeant, & ſimilibus. de quibus Andr. Gail *lib. 1. obſ. 57.*

4 Citatio realis eſt quæ fit per prehenſionem aut manus injectionem.

5 Citatio iterum alia eſt dilatoria, alia peremptoria. Dilatoria in communi cauſa omnis eſt, eaque ſimplex per quam tandem ad peremptorium edictum pervenitur, & quæ citatum non reddit plene contumacem *Nov. 112. cap. 3.* Peremptoria eſt quæ per temporis intervallum continuata efficit, ut ſive pars adverſa comparuerit ſive non, in cauſa cognoſcatur ac pronuncietur, *l. 71. & 72. ff. de judic.* habetque locum in criminalibus cauſis, adverſus profugas & latitantes. De qua ſuo loco.

6 Inſinuatio Citationis fit per nuncium aut apparitorem publicum, cui ipſa judicis mandata exhibentur, ut ſecundum eorundem tenorem exequatur. Aut ubi ea non requiruntur, veluti in inferioribus tribunalibus, ſimplex tantum petitio debiti ſcripto inſerta illi traditur, ad hoc, ut jubeat fieri quod petitur, aut adverſario dies dicta ſit, qua ſerviente, coram judice pro tribunali ſedente, compareat, rationem redditurus denegationis ſuæ, ſimulque petitoris libellum audiat, ei reſpondeat, & porro ſecundum ordinarium procedendi modum procedat.

Citatio ut legitima ſit requiritur, ut ſit ſolennis, & peremptoria, & debito modo fiat.

7 Solennitas citationis eſt, ut non tantum petitoris & rei citandi, ſed & judicis ad quem nomina contineat, in quibus ſi erratum ſit aut eis incompetens, aut erronea qualitas ſit adſcripta, ipſa in jus vocatio nulla eſt, & oppoſita exceptione elidi poteſt. De quibus ſupra *de foro competenti*, &

poſtea latius, ubi *De Exceptionibus*. Vide etiam Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 48. & ſeq.* Carpzov. *proceſſ. juris tit. 7. art. 2.* Vant. *nullitat. proceſſ. ex defect. citat. num. 48.* Grev. *concluſ. 48. 49. & 50.* Mynſinger. *lib. 5. obſ. 50.*

Requiritur II. ut contineat cauſam ob quam quis in jus vocatur, ad hoc ut inſtruatur reus ſuper quo convenitur. Quod quidem mandato citatorio coram ſuperiori Curia ut præcipuum ejus requiſitum inſeri, nec omitti ſolet. Sed coram inferioribus tribunalibus ubi citationes, & in jus vocationes non judicis, ſed ipſius petitoris juſſu, & mandato fiunt, notatu dignum eſt quod ea omiſſa, invalida ſit citatio, neque contumaciæ pœna locum habeat, ſi citatus non comparuerit per text. in *l. 2. in pr. ff. Si quis in jus vocat. non ierit. cap. praterea extr. de dilationib. junct. l. 5. & l. ult. ff. Quod vi aut clam*, & ibi DD. Vid. Durandi *ſpeculum tit. de citat. §. 1. num. 6.* Marant. *prax. part. 6. tit. de citatione, num. 69. & ſeq.* Vant. *de nullitat. ſent. ex defect. citat. num. 30. & 50.* Andr. Gail *lib. 1. obſ. 51.* Mynſinger. *lib. 5. obſ. 85.* quam in genere propoſuiſſe ſufficit, licet libelli forma non inſeratur, quæ die ſerviente demum proponitur. Andr. Gail *d. loco*, Wurmſer. *prax. tit. 9. obſ. 4.* Quare apud nos ut plurimum citatio hac clauſula clauſula concludi ſolet, **om te aenhooren ſodanigen eyſ / ende concluſie als den eyſſcher ten dagen dienende / ten voorſz. ſaake ſal willen doen / ende nemen / daar tegens te antwoorden / ende voorts te procederen als naer regten.** id eſt, ad hoc ut libellum petitori ob prædictam cauſam die ſerviente proponi audiat, ei reſpondeat, & ulterius ſecundum juris formam procedat.

Cujus requiſiti tantam efficaciam eſſe volunt, ut licet libelli forma non inſeratur, aut una cum citatione parti tranſmittatur, ut reus poſtea dilationem ad deliberandum petere non poſſit, dummodo in ipſa citatione talia ſint expreſſa, per quæ plene poſſit inſtrui ſuper quibus in judicio convenitur, per *cap. praterea. extr. de dilationib. junct. l. 2. Cod. eod.* Vide Speculat. *lib. 2. part. 1. de citatione §. 1. num. 6.* Matth. Coler. *deciſ. part. 1. deciſ. 110. num. 4. & part. 2. deciſ. 297.* Joann. Sanger. *de Exceptionib. part. 2. cap. 13. num. 8.* Matth. Caſtrit. *in addit. ad Maſuerii praxin tit. 2. de dilat. ad num. 7.* Carpzov. *proceſſ. juris tit. 7. art. 2. num. 26.* Ubi rationem reddit, quod illud nulla lege aut ſanctione ſit præceptum.

Quum tamen plerique judices admodum faciles ſint in concedendis deliberandi terminis, non inconſulte libelli forma ipſi citationi inſeritur, aut ſimul cum ipſa citatione ejus copia traditur præſertim in inferioribus tribunalibus, ubi non ubique aut apud omnes eadem certa citationis formula eſt. Vide Andr. Gail *lib. 1. obſ. 53. num. 3. 4.*

Peremptoria citatio eſt, quæ terminum continet legalem, intra quem adverſarius comparere 8
tenetur, quo neglecto, aut nimis anguſte ſumpto, judex etiam ad contumaciæ pœnam procedere nequit. *l. 69. ff. de judic. junct. cap. vocatio. 1. cauſ. 1. quaſt. 2.* ſed alterum deliberandi terminum concedere debet. *§. 10. Inſtit. de Exceptionib.* Hic coram Hollandiæ Curia quatuordecim ut minimum dierum intervallo concluditur inter præſentes Ampliat. *Inſtruct. Holland. Cur. art. 9.* In civitatibus vero, & pagis trium dierum terminus ſufficit, inter ejuſdem fori incolas. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie** / *art. 1.* Si vero abſentes in jus vocandi ſint, illis ordinarius terminus judicis officio prolongatur, qui etiam ad triginta dies extendi poteſt. *arg. Novell. 111. cap. 3. & l. 8. cum auth. ſubject. Cod. Quomodo & quando judex.* facit text. *in l. 68. cum ſeqq. ff. de jud.* quibus citationes peremptoriæ per intervallum ad minimum decem dierum fieri ſolebant.

Qui quidem terminus continuus eſt, & currere incipit à die & momento inſinuationis, de mo- 9
mento in momentum, ſic ut totidem dies viginti quatuor horarum lapſu circumſcripti, (quos **dwerſnagten** / antiquitus vocare ſolebant) intercedant. *arg. l. 8. ff. de feriis.* ita ut etiam feriæ ſolennes includantur. *arg. l. 1. ff. de feriis & l. 3. Cod. de dilationib.* ſublata diſtinctione, qua alios continuos, alios juridicos dies conſiderabat jus Romanum: qui noſtris & Gallorum moribus in quovis termino juridico continui ſunt. Prout deciſum refert Jacob. Coren *obſerv. rer. ab Holland. Suprema Curia judicat. 36.* Et Mornac. de Galliæ moribus refert in *obſerv. ad l. 1. Cod. de feriis.*

Ut debito modo citatio fiat, nuncii aut apparitoris officium eſt, quod in eo conſiſtit, ut inſi- 10
nuationem citationis faciat ad faciem, ſi citandus domi præſens ſit, vel ad domum, id eſt Uxori, liberis, aut famulo ejus; ſi abſens fuerit, aut ſi nec eorum aliquis domi fuerit, vicinis proximis, qui relationem citando faciendam in ſe ſuſcipere voluerint, quibus ipſum citationis mandatum prælegit ejuque copiam citando tradendam committit, aut ipſi citando ſi præſens ſit offert: cui ſi ipſi citationi certus comparendi dies non ſit inſertus, certum comparitionis diem ſubſcribit.

Quorum omnium facti narrationem, cui, à quo, & quid reſponſi obtinuerit, ſolenni relatio- 11
ne judici fidem facere debet. *Inſtruct. Cur. Holland. art. 91. 97. junct. Ampliat. ejuſd. Inſtruct. art. 8.*

Digitized by Google

art. 8. Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie in de Steden/ende ten platten Lande/*art.* 1. Vid. Damhouder. *prax. civil. cap.* 60. Merul. *lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 9. *num.* 6. 7. & *cap.* 15. *per tot.* Zyp. Notit. *juris Belg. tit. de in jus vocando, circa fin.* Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit.* 1. *art.* 31. Ejuſque relationi omnino ſtatur eique plena adhibetur fides in his quæ ad citationis executionem pertinent, per *l.* 5. *§.* 13. *ff. de reb. eor. qua ſub tutela. l.* 1. *§.* 12. *ff. de offic. præfect. urbi, & l.* 5. *Cod. de Exact. tributor.* Quomodo porro citationis executio per nuncium ſit facienda & quid in iis obſervatu dignum ſit late tractat Marant. *prax. part.* 6. *tit. de citatione, num.* 54. *& num.* 124. *& ſeq.* Joann. Baptiſt. Azinii *judiciar. prax. §.* 6. *de citationibus per tot.* & Ilicen. Ummii *diſputat. ad proceſſ. judic. direct. diſput.* 5. *theſ.* 11. *num.* 64. *&* 65.

12 Quibus ex Gallorum eoſque ſequentibus noſtris moribus addendum eſt, ut quoties ex publico inſtrumento, aut alia debitoris confeſſione ad fiduciariam ſolutionem agitur, vulgo Proviſie van Namptiſſement/ cum citationis copia ipſi reo tradantur eorum inſtrumentorum exemplaria ſuper quibus fundata erit requiſita fiduciaria ſolutio ejus, quod petitur. Quibus neglectis reus die ſerviente cum juris deliberandi legitima dilatione, ea petere poteſt ſecundum. *art.* 9. *Ampliat. d. Inſtruct. Cur. Holland.* Quinimo originale eorundem Inſtrumentorum ſibi exhiberi petere poteſt, ſi ita videatur, ſecundum *l.* 1. *§.* 3. *ff. de edendo. l.* 2. *ff. ad exibend.*

13 Hæc de ſimplici perſonali, citatione. Per prehenſionem vel arreſtum citatio alia fit arreſto D. x. iv. Cod. III. xxxv *Ad Exhibendum.*
perſonali, alia reali, de qua latius ſupra *cap. xv.*

Arreſto perſonali nuncius ſive apparitor citandi perſonam coram judice loci ſe ſiſtendam, ſecundum citationis formam, in jus vocat eamque arreſto ſiſtit, ac manu tenet, donec aut ipſe compareat, aut de judicio ſiſti idonee caveat.

14 Arreſto reali utimur in rebus mobilibus aut immobilibus nobis obligatis, cujus poſſeſſionem per nuntium aut apparitorem arripere, & prehendi, eumque in poſſeſſionem noſtro nomine mitti curamus, quæ ſi ſervando ſervari debeant, ipſe conſervat aut ſervari curat, ſin minus ſub pœna tranſportari aut alienari vetat, ſimulque poſſeſſorem ſi ſe adverſarium præſtare velit, certo die juxta citationis & arreſti formam ſibi datam coram judice loci in jus vocat, ac deinde proprietario ipſi, ſi præſens ſit, idem annunciat, ut dicta die bona ſua arreſto incluſa defendat, & petitioni ſub eorundem pignore atque obſervatione, ab actore inſtituendæ reſpondeat. In quo citationis modo ac forma, non alia quam legitimæ citationis requiſita obſervantur, quæ non tantum judicis, ſed etiam utriuſque litigantis nomen, quin & cauſam litis exprimit, locum judicii deſignat, & terminum legalem continet, in quibus cum perſonali & ſimplici citatione ad omnia convenit.

15 Si vero ipſe proprietarius extra territorium mandantis judicis, aut rei ſitæ degat, in inferioribus tribunalibus, ſi citandus in territorio ipſi ſuperiori Curiæ ſubjecto degat, ipſum arreſtum adverſus rei poſſeſſorem ac detentorem dirigitur primo, eique inhibetur ut vacuam præſtet poſſeſſionem, niſi cauſam, quam die ſerviente inferre jubetur: ac deinde judex requiritur ut actoris nomine ad rei conveniendi judicem reſcribere, eumque requirere velit, ut is dictum arreſtum ſecundum citationis formam ipſius literis incluſam per nuntium ſuum notificare eumque ſuo nomine coram ſe in dictum diem in jus vocare velit: quas vocamus litteras requiſitoriales. Letteren requiſitoriaal.

16 Alias ſi extra Provinciam moretur, per campanæ ſonitum & litteras valvæ affixas eo loci ad quem in jus vocatur, inſinuatio publice fieri ſolet. Cujus copia, ad hoc ut certo innoteſcat, per viatorem aut alium, qui de eo certo referre poteſt, ei tranſmittitur, ſi modo certum ſit ubi ſe exhibeat, ſin minus, ſimpliciter tantum litteræ citatoriæ poſt campanæ ſonitum & publicam promulgationem Curiæ valvis affiguntur. Vide Keuren der Stad Leyden/ *art.* 179.

In Hollandiæ Curia, cujus generalis omnium provincialium juriſdictio eſt, ſi quis apud hoſtes aut exteros degat, adverſus quem Curiæ juriſdictio ex arreſto, aut alia cauſa fundata eſt, ſi procuratores, inſtitores aut negotiorum geſtores in hiſce regionibus non habeat, qui judicium pro illo ſuſcipiant, in jus vocatio per apparitorem in extremis Hollandiæ oris illius domicilio proximis publico edicto perficitur, ibidemque valvis affigitur, & ſi certum ſit ubi locorum degat, copia ejus ad ipſum tranſmittitur.

In reliquis cauſis ubi propter incertitudinem perſonarum, quarum intereſſe poſſet, certa in jus vocatio fieri nequit, veluti in inventarii beneficio, adverſus defuncti creditores & ſimilibus, ſimpliciter edicto mandatorio proceditur, adverſus omnes & ſingulos, illudque coram judice, cui cauſæ cognitio committitur, per campanæ ſonitum, & litteras publice affixas tranſigitur.

Quibus & illud accedit, quod in miſſionibus in poſſeſſionem immobilium ex primo aut ſecundo decreto, vulgo **Willige / ofte onwillige decreten /** quibus alicujus bona aut voluntarie omni ſervitutum aut realium obligationum nexui liberanda, aut executionis jure omnibus & ſingulis requiſiti creditoribus, juxta hypothecæ prærogativam, aut ſimplicem concurſum adjudicanda, ut plurimum trium dominorum diverſorum diſtrictibus & territoriis rei ſitæ, aut domicilli proximis, exponuntur, ut tanto certius omnibus & ſingulis innoteſcat, eædem proclamationes tertio & quarto, ex ſuperabundanti publicantur, & affiguntur.

Quæ ſit porro Edictalis citatio, quem effectum habeat, in quibus obtineat, & qualia ejus ſint 17 requiſita, præter ea quæ ex moribus noſtris & quotidiana praxi recenſuimus, vide apud Robert. Matant. *prax. part. 6. de Citation. num. 82. & ſeqq.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv.* 57. Mynſinger. *lib. 4. obſerv. 33.* Carpzov. *Proceſſ. Juris tit. 7. art. 4.*

Qui in jus vocare, aut qui in jus vocari poſſint vel non poſſint, ſupra *cap. x. & xi.* de Actore & reo, & de his qui agere vel conveniri poſſint, actum eſt.

Ne quis temere aut calumnioſe alium in jus vocet, jure Romano conſtitutum eſt, ut non 18 ante admittatur, quam ſi juramentum de calumnia præſtiterit, & jurato declaraverit ſe bona fide cauſam agere & acturum eſſe. *l. 1. Cod. de Jurejurando propter calumniam danda.* Quod noſtris & Gallorum moribus non ſervari quidam volunt. Quibus tamen ſi non in ſingulis cauſis, in univerſum tamen ab Advocatis & Procuratoribus, antequam pro aliis ad poſtulandum admittuntur idem præſtari & quotannis renovari ſolet, his verbis *art. 71. Inſtruct. Cur. Holland.* inſertis:

Cod. II. XIX. De jurejurando propter calumniam dando.

Dat ſy niet dienen en ſullen in eenige ſaaken die ſy weten onregtveerdig te zijn/ het zy dat hen van die onregtveerdigheid blyke in t beginſel van den proceſſe / off daar naa. Id eſt: *Ut ne cauſas aliquas agant aut patrocinia præſtent in cauſis, quas injuſtas aut calumnioſas repererint, ſive illud ab initio proceſſus inſtituendi, ſive poſtea innotuerit.*

Pro temere litigantium pœnis, de quibus in *tit. Inſtit. de pœna temere litigantium*, exigua tantum obtinet pœna pecuniaria trium ad ſummum florenorum. Vide **Ordonnantie op d'ongefundeerde Proceſſen.** Sed ei in utraque ſuperiori Hollandiæ Curia in appellationum cauſis certa quædam mulcta fiſco applicanda ſupperadditur, de qua in *Noviſſ. utrinſque Holland. Curia Inſtruct. ampliat. Anni 1644. art. 9. & ſeqq.* Præter litium expenſas, victus victori condemnandus eſt, de quibus infra ſub loco. Plus petentium vero pœnæ, de quibus in *§. 33. Inſtit. de actionib. & §. 10. Inſtit. junct. tit. Cod. de plus petitionib.* præter litium expenſas ab uſu receſſerunt, teſte Vinnio *ad d. §. 33. Inſtit. de Action. & DD. ibid. allegat.*

Inſtit. IV. XVI. De pœna temere litigantium.

Cod. III. X. De plus petitionibus.

Effectus citationis eſt, non ut litiſconteſtationem faciat, quæ tantum poſt coordinatam repli- 19 cationem, duplicationem, & cauſæ concluſionem conſummatur, per *l. 1. Cod. de litiſconteſtatione*, ſed ut litiſpendentiam faciat, & præventionem inducat, ſimulac enim citatio debito modo facta eſt, lis coram judice inchoata cenſetur & præventioni locus eſt, ſic ut reus conventus eum judicem aliqua ratione competentem declinare non poſſit, per *cap. 2. Ut lite pendente nihil innovetur in Clementin. & cap. propoſuiſti extr. de foro competenti.* Vide Joann. Papon. *lib. 7. tit. 8. Arreſt. 1.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 24. cap. 11.*

Adeo ut ſi coram judice incompetente quis citetur, comparere teneatur, & incompetentiæ 20 exceptionem proponere, ut hoc ipſum ſciatur an juriſdictio ſua ſit *l. 2. ff. Si quis in jus vocat. non ierit.* quum Prætoris ſit æſtimare, an ſua ſit juriſdictio, vocati autem non contemnere auctoritatem Prætoris *l. 5. ff. de judic.* Niſi forte notorie ſit incompetens, quum citatio injuſta citatum non adſtringat, & extra territorium, & juriſdictionem jus dicenti impune non pareatur. *l. ult. ff. de juriſdict.* Vide Papon. *lib. 7. Arreſt. 30.* Mynſinger. *centur. 6. obſerv. 7. num. 4.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 48. num. 7.* Plura de litiſpendentiæ exceptione an & quando locum habeat, vide infra *cap. 26. num. 6.*

Cap.

Cap. XXIV.

De Libello.

Summaria.

1. *Libellus quid.*
2. *Partes ejus quæ ſint.*
3. *Ad ejus præſcriptum an & quomodo ſententia extendenda.*
4. *Clauſula ſalutaris.*
5. *Libellus quomodo proponendus.*
6. *Actionum formulæ, an & quatenus ſublatæ.*
7. *Quot ſint genera libellorum & qualia.*
8. *Fiduciarias proviſiones non contra, ſed ſecundum jus ſcriptum introductas.*
9. *Libellus alius ſimplex, alius articulatus.*
10. *An plures actiones in uno eodemque libello cumulari poſſint & quales.*
11. *An & quando libellus emendari poſſit.*

FActa citatione actor intentionem & petitionem ſuam edere, & libello proponere debet. D. II. XIII. Cod. II. 1. De Edendo.
1 Libellus eſt ſolennis concluſio ſpeciem futuræ litis in judicio proponens. *l. 3. Cod. de Edendo, l. 1. ff. eod. & l. unic. Cod. de litiſconteſtat.*

2 Partes libelli ſunt narratio cauſæ, ratio petendi, & concluſio. Quemadmodum enim apud Logicos omne argumentum conſiſtit ex tribus terminis, majore, minore, & concluſione, ſive neceſſarium conſequens, quod ex propoſitione majoris & minoris ſequitur: Ita libellus, qui eſt fundamentum totius proceſſus, ex iiſdem tribus partibus conſtare debet, ex narratione facti, quis, quid, & à quo: ex cauſa ſive ratione petendi; quod eſt concludendi medium, ſive minor propoſitio, ex quibus ita junctis ſequitur concluſio, in qua tota libelli vis conſiſtit, comprehendens omne id in quod actor reum ſibi dando aut faciendo à judice condemnari velit.

3 Quod probe notandum, ne quid in libello omittatur, ſed ſecundum diſpoſitivam petitionis, aut mandati formam extendatur, cui libellus, & ipſi libello ſententia conformis eſſe debet per text. in *l. 18. ff. comm. divid.* Quæ ſi non quadrent, ſententia erit nulla. Vide Vant. *de Nullitat. ſent. ex defect. proceſſ. num.* 22. Quod eouſque attendi volunt, ut judex appellationis talem ſententiam reformare nequeat, ſed neceſſario pronunciare debeat, teſte Vant. *d. loco*, & Andr. Gail *lib. 1. obſerv.* 66. Unde, ſi quis ſortem petat, nec de uſuris mentionem fecit, nullæ illi uſuræ adjudicabuntur, licet ipſo jure ſortem ſequerentur, atque idem de expenſis litis, in quas victus victori condemnandus eſſet, quæ etiam expreſſim peti ſolent, nec petitæ in condemnatione venire ſolent, quamvis ſupplere eas judex poſſet. *arg. l. 42. ff. de re judicat.*

4 Quare plerumque hanc ſalutarem clauſulam addunt, ofte tot anderen/ &c. Qua juſtitiam ſibi adminiſtrari petit, omni meliori modo, ac forma, & judicis officium implorat, ut ſupplere velit, quæ omiſſa videbuntur. Quod in his quidem quæ à litigatoribus, vel ab his qui negociis adſunt in deducenda cauſa minus fuerint dicta, judex ſupplere poteſt, & proferre quod ſciat legibus & juri publico convenire, *l. unic. Cod. Ut quæ deſunt advocatis partium, judex ſuppleat*: ad ipſam vero cauſæ concluſionem quæ formalis eſt, addere vel ſupplere judex nihil poteſt, niſi & hoc in ipſa concluſione per dictam clauſulam includatur. Cujus clauſulæ tanta vis eſt & efficacia, ut virtute ejus omnis actio, omne remedium ex narratis competens, & reſultans in judicium deductum videatur. De cujus praxi vide Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 61. num. 11.* & Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 6. art. 2.* In cæteris, ſecundum vulgare axioma, ſententia judicis libello conformis eſſe debet, *arg. §. 32. Inſt. de act.* Quod quidem quoad formam ita procedit, ut nec actori adjudicare valeat, quod non petierit, nec extra concluſionis formam extendi ſententia debeat, minus tamen illi adjudicare quam petiit, quum majori minus inſit, & quæ facti ſunt ad æſtimationem reducere poſſit judex. *arg. l. vinum 22. ff. de reb. credit.* Vide Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 37. cap. 2. num. 21.* Cod. II. XI. Ut quæ deſunt advocatis partium, judex ſuppleat.

5 In ſummario proceſſu libellus ut plurimum viva voce proponitur, ut à Graphiario albo inſeratur ſecundum formam propoſitam: In cæteris ubi facti aliquam narrationem continere debet, in ſcriptis redigitur ante, quod die ſerviente traditur, eoque ſe referre actor profitetur, aut in anteceſſum notulis inſertum repetitur. Vide *Inſtruct. Holland. Curia, art. 58.*

6 Quum variæ actionum formulæ ac nomina quæ apud veteres ipſi libello inſeri debebant jure novo fuerint ſublatæ, *l. 1. & l. 3. Cod. De formulis & impetrationibus actionis ſublatis.* Neque nomen actionis exprimi neceſſe ſit, modo petitio recte poſſit intelligi *d. l. 2. Cod. de formul. & impetrat.* Cod. II. LVIII. De formulis & impetrationibus ſublatis.

trat. ſublat. Quæritur quid de noſtris actionum formulis, & ſolennibus ſit dicendum? Quibus quidem ex ſtylo Curiæ utimur, ſic ut is qui ab iis recedit pro imperito habeatur, ſed tamen verborum formulis nemo adeo adſtringitur ut exinde de nullitate argui poſſit: dummodo ipſum factum & rei veritatem ita proponat, ut quid ſibi dari aut præſtari petat, intelligi poſſit. *arg. d. l. 2. Cod. de formul. & impetrat. ſublat.* Ita ut ſi inepta ſit narratio, & concluſio apta, libellus ſuſtineatur, quod concluſio reliqua ampliet, reſtringat aut exponat, & in dubio ſuſtineatur, qua ſuſtineri poteſt. *l. 12. §. 21. ff. de reb. dubiis.* ita ut verba impropria nda ſint ad hoc ut ſalvetur, & in ambiguis ſecundum intentionem ejus qui edidit, interpretatio ſit facienda. *l. 66. ff. de judic.* Vid. Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 66. num. 6. & ſeqq.*

Solennes libellorum formulæ, pro nominum ſive actionum varietate ad certa actionum genera reſtringuntur, ut aliæ ſint ſimplicis petitionis, vulgo, **tauw actie**/ aliæ reales, aliæ petitoriæ, aliæ poſſeſſoriæ; quibus annumerandæ ſunt fiduciariæ proviſiones, vulgo **Proviſien van Namptiſſement**/ quibus actor ex publico inſtrumento, aut alio debitoris confeſſo nomine agens, petere poteſt, ut reus ante omnem dilationem conſignet id quod petitur ſub reſtituendi cautione, ſi nihil cum debere poſtea conſtiterit. 7

Quas ex Gallorum moribus contra jus civile introductas apud nos, quidam perperam tradiderunt: quum nec jure civili in obligationibus quæ liquido conſtant & quas inficiari reus non poteſt, aliquis dilationis terminus, aut deferendi modus admittatur. *l. 4. §. 3. ff. de re judic. l. 10. ff. de pignor. action. l. 6. §. 1. & l. 22. §. ult. ff. Quib. modis pign. vel hyp.* Libellorum formam, & concludendi modum vide in communibus ſupplicationum & concluſionum formulis, Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 27. cap. 2.* In appellationibus interpoſitis proviſionis loco eſt, inhibitionis retractatio, quam appellatus petere ſolet, ut interim & quaſi proviſionaliter ſententia lata executioni mandetur, vulgo **de afdoeninge van de clauſule van inhibitie.** 8

Libellus apud DD. alius dicitur ſimplex & unico orationis contextu conſtans, alius articulatus, qui plura poſitiva continet, per articulos ad circumſtantias facti & cauſæ accommodatos, nobis, **eys met middelen**/ quorum ille ut plurimum ex verborum dictamine ſcriptis inſeritur, hic non niſi in ſcriptis profertur. 9

Plures diverſæ actiones in eodem libello adverſus unum & eundem cumulari poſſunt. *l. 11. ff. de juriſdictione*, Bart, & DD. *ad* l. 3. *Cod. de Edendo.* Quæ licet ex una & eadem cauſa proveniant, dummodo ſeorſim competant & diverſæ ſint, ſimul conjungi poſſunt. 10

Ita propter unum idemque delictum & civiliter & criminaliter & ad plures pœnas agi poteſt, quæ in uno eodemque libello cumulari poſſunt *d. l. 11. ff. de juriſdict.* Vide Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 63. num. 3. & 9. & de Arreſtis cap. 5. num. 16.* Ant. Teſſaur. *deciſ.* 18, Hartmann. *obſerv. tit. 49. obſerv. 3. num. 6.*

Sed ſi alternative competant, una debet eligi, neque conjungi poſſunt niſi ſimul alternative proponantur, ut partis electioni detur, aut judicis arbitrio committatur utrum præſtandum ſit. Ut quoties dubitatur qualis ſit actio. *l. 1. §. 4. ff. Quod legat.* aut quoties alteri eſt ſucceſſoria, uti ſit in hypothecaria actione, quæ cum ſimplici conjungitur & pro una eademque reputatur. l. 16. *§. 3. ff. de pignorib.* aut quid alternative debetur, *§. 33. Inſtit. de actionibus.* Cæterum ſi duæ pluresve actiones, quæ ex una & eadem cauſa alternative competunt, quarum unius poſitio, alterius eſt ſublatio cumulative & ſimul petantur, cumulatio illa de jure non ſubſiſtit. Uti in *l. 1. Cod. de furt.*

Ex quo fundamento ſequitur plures actiones rei perſecutorias æque principales, quæ uni & eidem adverſus unum & eundem ex una & eadem cauſa competunt, in uno eodemque libello cumulari non poſſe, ſed unam aut alteram eligendam eſſe. Ita venditor, aut pretium petere aut legem commiſſoriam exercere, non utroque jure uti poteſt. *l. 4. §. 2. ff. de lege commiſſor. l. pen. ff. eod. l. 4. Cod. de pact. inter empt. & vendit. compoſit.* nec legatarius legatum petere, & teſtamentum quaſi falſum accuſare ſimul poteſt. *l. 6. ff. de petit. heredit. l. 6. Cod. ad l. Cornel. de falſ.* vel inofficioſum dicere. *l. 8. §. 14. l. 10. §. 1. ff. de inoffic. teſtam.* & ſic de cæteris.

Neque plures actiones perſecutoriæ pœnæ quæ adverſus unum & eundem ex uno & eodem facto competunt, in uno eodemque libello cumulari poſſunt. *l. 53. ff. de obligation. & action. junct. l. 41. in fin. ff. de pœnis.*

Sed ſi actio perſecutoria rei cum actione perſecutoria pœnæ concurrat licet ex eodem facto utraque uti licet. Ita concurrunt rei vindicatio, & condictio furtiva, & actio furti. *l. 5. §. 1. ff. de calumniatorib. l. 7. §. 1. ff. de condict. furtiv. l. 54. §. 3. ff. de furtis. l. 12. cod. eod. l. ult. cod. de noxalib. actionib.*

Sequi-

11 Sequitur, ut libellus minus apte propoſitus quando & quomodo emendari poſſit, videamus. Quod quidem ante litiſconteſtationem ſimpliciter licet, non ſolum quoad partem, ſed etiam in totum, nec etiam quoad accidentalia, ſed etiam quoad ſubſtantialia. per *l. 3. Cod. de edendo.* Sed poſt litiſconteſtationem non aliter quam permiſſu judicis, æquitate hoc ſuadente. *l. 23. ff. de judic. d. l. 3. Cod. de Edendo. & ibi DD.* Quod per ſimplicem libellum cum reſtitutionis clauſula ab eodem judice in judicio, parte audita & contradicente, ſi velit, peti & concedi ſolet, ſi judici æquum videatur, vulgo **bp Requeſt in judicio**. Quod licet coram inferioribus tribunalibus, à Superiori poteſtate per reſtitutionis remedium ut plurimum requiri ſoleat, ab eodem tamen judice cur non etiam peti, ac impetrari poſſit, non video. Sed & libelli mutatio, quum vix denegari ſoleat, ſi petatur, ut plurimum mutuo litigantium conſenſu permittitur moribus noſtris. *arg. l. pen. Cod. de pact.* Quamvis alii reſtitutionem omnimodo requiri velint. Ut videre eſt apud Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 24. num. 8.* Chriſtin. *volum. 2. deciſ. 88. num. 11.*

Ut libelli emendationem obtineat actor, expenſas & ſumptus refundere, novumque reo terminum concedere debet, ne damnum ſentiat ex mutatione libelli, & habeat deliberandi terminum, ſuper iis quæ emendare vel mutare voluerit actor. *l. 1. l. 8. §. 1. ff. de Edendo. l. 11. §. ult. ff. de interrog. in Jure fac.* Niſi ex primo libello & reſcripto ſibi dato plene poſſit inſtrui, quo caſu novus illi terminus concedi non debet, ſed ad cauſæ examinationem procedendum eſt. *cap. praterea. extr. de Dilationibus.*

Cap. XXV.

De Contumacia, & pœnis quas litigantes ad procedendum citati, in judicio non comparentes incurrunt.

Summaria.

1. *In Jus vocatus venire debet & quando non eſt neceſſe.*
2. *De Judicio ſiſti, an & quando conventus cavere debeat.*
3. *Cautio de litis expenſis, & domicilii citandi electio, quo caſu obtineat.*
4. *Contumacia quid ſit.*
5. *Contumacia requiſita quæ ſint, & quomodo in contumacia cauſa procedatur.*
6. *Contumacia effectus.*
7. *Moræ purgatio, an & quando admittatur cum, aut ſine contumacia effectu.*
8. *Edicti peremptorii effectus quis.*
9. *Quibus caſibus primum aut ſecundum contumacia decretum eſt peremptorium.*
10. *Quomodo propter tertiam contumaciam judex cognoſcere & pronunciare debeat.*
11. *Quæ ſit pœna, & quomodo procedendum adverſus actorem contumacem.*
12. *Quæ ſint pœna contumacia, in reliquis poſt concluſionem terminis commiſſa, tam à parte actoris, quam à parte rei.*
13. *Si neuter partium die ſerviente comparuerit, an & quatenus cauſa continuari intelligatur, & quid à parte actoris aut rei poſtea ſit faciendum.*

1 IN jus vocatus coram eo, qui juriſdictioni præeſt, venire debet, nec contemnere auctoritatem vocantis judicis *l. 2. ff. Si quis in jus vocatus non ierit. l. 5. ff. de judic.* Adeo ut licet vocetur ad incompetens forum, & quamlibet juſtam non parendi habuerit cauſam, comparere tamen teneatur cauſam allegaturus, ut is cognoſcat an ſua ſit juriſdictio. *d. l. 2. ff. Si quis in jus vocatus non ierit.* In quo præcipuum citationis effectum conſiſtere ſuperiori capite demonſtravimus. Quocirca alii ita diſtinguunt, ut hoc procedat, ſi dubitari poſſit, aut alias conventus mediate judici ſit ſubjectus, cæterum ſi nec mediate nec immediate ejus ſit ſubditus, impune non compareat: *arg. l. ult. ff. de juriſdict.* non quod notoria ejus ſit incompetentia, ſed quod coërcitionem nullam habeat, ac propterea illuſoria ſit ejus juriſdictio, quæ omni coërcitione caret. *l. 5. §. 1. ff. de officio ejus cui mandata eſt juriſdict.* *D. 11. v: Si quis in jus vocatus non irrit.*

Si ergo in jus vocatus non ierit, de contumacia accuſatur, & à competenti judice mulctatur, *d. l. 2. in pr. l. 71. ff. de judic.* Quod & moribus obtinet, quibus præter contumaciæ pœnam parti pro ſuo intereſſe adjudicandam, propter ſpretam judicis auctoritatem etiam aliqua mulcta imponitur. Vide *Inſtruct. Cur. Holl. art. 122.* **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie in de Steden ende ten platten Lande.** *art. 4.*

D. 11. vi. *In jus vocati ut eant, aut ſatis, vel cautum dent.*
D. 11. vi. 17. *Qui ſatisdare cogantur, vel jurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur.*

In jus vocati, venire, aut de judicio ſiſti idonee cavere debebant, quæ lex omnibus vocatis 2
impoſita erat. *tot. tit. ff. in jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent.* præterquam nobilibus, & collegiis publicis, qui jurato promittebant. *l. 17. Cod. de dignitat. & l. 6. in fin. ff. ut legator. nom. caveatur.* & parentibus, liberiſque, quorum promiſſioni committitur. *l. 2. & tot. tit. ff. Qui ſatiſd. cog. vel jurato promittant, vel ſua promiſſioni committantur.* Sed moribus noſtris in verbali citatione nullus ſatiſdationis uſus eſt, quibus in arreſto, ſive prehenſione tantum obtinet, ut ita conventus prehenſionem evadat, ſi idoneam de judicio ſiſti cautionem præſtiterit.

E contra vero reus conventus ab actore forenſi, cautionem de litis expenſis & domicilii ele- 3
ctionem petere poteſt, ad hoc ut ſi reconventionem adverſus eum inſtituere velit, habeat cui annunciet. *auth. generaliter. Cod. de Epiſcop. & cleric. junct. Nov. 112. cap. 2. & DD. ad l. 3. Cod. de his qui accuſare non poſſunt.* Vid. Marant. *prax. part. 6. de Satiſdatione, Octavo membro judicii, num. 16.* Si vero fidejuſſorem invenire non potuerit, ne interim hoc obtentu cauſa ſua fruſtretur, juramento ejus ſtari debet. *d. auth. generaliter.* Vid. Pyrrh. Maur. *tract. de fidejuſſorib. 1. part. princ. 3. ſect. prælud. cap. 25.* alias 34. *num. 21.* Imbert. *Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 30.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 46.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 41.*

Contumacia ſumitur hic pro pœna, quam incurrit is qui ad procedendum in jus vocatus non 4
comparuerit, quam duplicem eſſe diximus, alteram mere pœnalem fiſco propter ſpretam judicis auctoritatem applicandam, alteram rei perſecutoriam, reſpectu partis adverſæ, de qua hic proprie agitur.

Ut huic contumaciæ locus ſit, & quis ut contumax condemnari poſſit, requiritur peremptoria 5
citatio, aut edictum peremptorium, ad quod hoc ordine venitur; ut primo quis petat poſt abſentiam adverſarii edictum primum, mox alterum, & deinde tertium, per intervallum non minus decem dierum, quibus propoſitis, ulterius non patitur adverſarium tergiverſari, ſed abſente parte judex cognoſcit, & pronunciat. *l. 68. & ſeqq. ff. de judic.* Quod eodem fere modo in praxi eſt receptum, ſecundum quam poſt abſentiam primam reus, ſecundo, & poſt ſecundam tertio ad intervallum ut plurimum quatuordecim dierum vocari debet, antequam quis vere contumax pro-
nuncietur, & judex cauſæ cognitionem ſuſcipiat, ita tamen ut ejuſdem contumaciæ diverſi ſint 6
gradus & effectus, qui ſinguli ſuum habent effectum; ſed quum non ipſo jure, verum ex facto ſuo quis in commiſſum cadat, ſinguli contumaciæ effectus ab actore peti, & à judice decerni debent: Quod obiter hic notandum, & latius infra ſub finem hujus tituli demonſtrabitur.

Qui ſemel in jus vocatus non comparuerit, hoc ipſo judicem agnoviſſe videtur, ſic ut poſtea declinatoria fori exceptione uti non poſſit. Qui ſecundo vocatus non venerit, ab omni exceptione dilatoria removetur tertio venturus, & qui tertio in jus vocatus non ierit, omni exceptione peremptoria deſtituitur, ſimulque actor admittitur ut intentionem ſuam probet, adhoc ut judex in cauſa cognoſcat, & pronunciet, vulgo **te dienen van intendit/met de verificatien daer toe behorende.** Vid. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie binnen de Steden/** *&c. art. 3.* in ſuperiori vero Curia tribus illis terminis quarta in jus vocatio ſuperadditur, quam citationem ex ſuperabundanti vocant. vid. *Cur. Holl. Inſtruct. art. 108.* prout in omnibus fere publicis proclamationibus tam generalibus, quam ſpecialibus, in perſonam datis, præſertim in criminalibus, uſitatum eſt, ut quartum ex ſuperabundanti addatur edictum, ut latius infra ubi de contumacia delinquentium. Vide notata ad *Rhenolandiæ conſuetudin. art. 6.*

Qui ſecundo, aut tertio vocatus comparuerit, contumaciam ſuam purgare poteſt abſentiæ ratio- 7
nem redditurus, manente effectu quem actor eo ipſo conſecutus eſt, & refuſis ſumptibus propterea factis. Ne contra eum pronunciatur, qui propter adverſam valetudinem, vel majoris cauſæ occupationem, comparere non potuerit. *l. 53. §. 2. ff. de re judicat. l. 10. Cod. Quomodo & quando judex.* Vide Damhoud. *prax. civ. cap. 81.* Sed quum effectus propter contumaciam decreti manere & ſumptus refundi debeant, quilibet nobis ad hanc contumaciæ purgationem admittitur, licet juſtam abſentiæ ſuæ rationem non habeat. Vid. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie binnen de Steden/** *art. 5.* Niſi forte quis contumaciæ purgationem petat cum effectu ſuo, quo caſu juſtam abſentiæ cauſam allegare debet, *arg. d. l. 53. §. 2 ff. de re judicat. l. 10. Cod. Quomod. & quando judex. l. 2. §. 1. ff. Si quis cautionib. in judicio fact.* Cui & reſtitutionem neceſſariam eſſe quidam volunt, ſed apud nos ut plurimum abſque reſtitutione admittitur, ſi modo cauſa ſubſit. Vid. **Reglement ende ordre tot bevorderinge ende expeditie van de Juſtitie voor den Hoogen Rade in Holland/** *7. Junii 1658. art. 7.* Juſtas contumaciæ purgandæ rationes enumerat Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 34. cap. 3.*

Tertiæ contumaciæ commiſſum purgationem non admittit, ſed ejus edictum peremptorium 8
eſt, cujus ea vis eſt, ut etiam abſente diverſa parte judex cognoſcat, & pronunciet *l. 71. & l. 73. ff. de*

Digitized by Google

ff. de judic. **Ordo. op 't ſtuk van de Juſtit.** *art. 5. circa fin.* In ſuperiori vero Curia quarta citatione ex ſuperabundanti facta, ſi in citationis modo, ac forma quid culpare, eoque abſentiam ſuam excuſare conventus poſſit, admittitur: in cæteris vero, poſt tertiam denunciationem reſtitutione opus eſt. Vid. *Inſtruct. Holland. Cur. art. 122.*

9 Nonnunquam vero hoc edictum peremptorium, quod tribus & ternis illis contumaciæ gradibus circumſcribitur, etiam poſt primum aut ſecundum edictum decerni poteſt, quod arbitrio ejus committitur, qui jus dicit, ut pro conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporis, ordinem edictorum moderetur. *l. 72. ff. de judic.* Sed moribus noſtris ad certos tantum caſus reſtringitur. Ita ſi ex publico inſtrumento aut alia ipſius rei confeſſione ad hoc agatur, ut reus in anteceſſum fiduciarie condemnetur, recepturus poſtea, ſi ex altiori indagine ipſum nihil debere comperiatur, prout noſtris & Gallorum moribus receptum eſſe diximus. Si reus citatus non comparuerit, eo ipſo non tantum ipſius judicis juriſdictionem, ſed & ipſum debitum agnoviſſe videtur, adeoque pro prioris contumaciæ effectu fiduciaria proviſio decernitur, cum altera citatione, ad hoc, ut in petitorii cauſa principali ulterius procedatur. **Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie** *art. 3.* Cujus hæc ſunt verba:

Indien den gedaagde ten geſetten regt-dage niet en compareert, ende gedagvaart is om te kennen ofte ontkennen ſyn obligatie, conſtitutie-brieven, ſchuld-brieven, ofte andere brieven, ofte inſtrumenten van Verbande, ende om op het namptiſſement te verantwoorden, ſoo ſal tegens den ſelven op 't verſoek van den aenlegger verleent werden het eerſte defaut, uyt kragte van het welke de voorſz. brieven gehouden ſullen werden voor bekent, ende de gedaagde gecondemneert worden de geryſte penningen in de obligatie begrepen te namptiſeren in handen van den Griffier, onder cautie de reſtituendo, ende voorts verſteken van ſyn exceptie declinatoir, ende verleent werden een ander dagvaardinge ten naaſten Regt dage, &c.

Si conventus ad hoc ut chirographum, aliudve conſtituti debiti inſtrumentum recognoſcat, & fiduciariæ proviſioni reſpondeat, addicto die non comparuerit, adverſus eum, ad actoris inſtantiam primum contumaciæ decretum decernetur, cujus vi, dicta conſtituti debiti inſtrumenta pro recognitis habebuntur, & conventus fiduciarie condemnabitur actori, quod petitur, perſolvere, ſub cautione de reſtituendo: & porro declinatoria exceptione privabitur, ſub reiterata citatione ad proximum judicii terminum, &c.

Quo reus ſecundo citatus, moræ ſuæ purgationem, dilato decretæ proviſionis effectu, petere poteſt abſentiæ ſuæ rationem redditurus, ſimulque admittitur fiduciariæ proviſioni contradicere, quoquo modo poſſit. Quo pertinet *Art. 119. Inſtruct. Cur. Holland.* quo quidem pro contumaciæ pœna reus nomen ſuum agnoviſſe declaratur, & actori fiduciarie condemnatur, ita etiam ut ſecundo vocetur, ad hoc ut actori fiduciariam illam proviſionem plenius decerni videat, adhuc contradicturus ſi velit, aut poſſit, his verbis:

In ſaecken daer yemand gedaghvaert werd te kennen ofte ontkennen ſyn handteyken, geſchrift ofte zegel, ſal door 't proffijt van 't eerſte defaut, dat handteyken, geſchrift ofte zegel gehouden werden voor bekent, ende den defaillant gecondemneert de penningen te namptiſeeren, ende verleent een ander mandament, by den welken den voorſz. defaillant geroupen ſal zyn tegens den voorſz. impetrant, om hem te ſien verklaren 't namptiſſement op cautie, ende indien den defaillant niet en compareert, ſal door 't proffijt van 't tweede defaut den impetrant het namptiſſement gedelivreert worden op ſouffiſante cautie.

In cauſis, in quibus quis vocatur ad hoc ut nomen ſuum aut ſigillum recognoſcat, vi prioris defectus, ipſum nomen aut ſigillum pro recognito habebitur, & vocatus in id quod petitur fiduciarie condemnabitur, altero conceſſo mandato, quo ipſe adverſus impetrantem vocetur, ut dictam proviſionalem condemnationem probari videat ſub cautione. Quo termino ſi necdum compareat ſecundo vocatus, vi ſecundi defectus dicta proviſionalis condemnatio impetranti confirmabitur, ſub idonea cautione.

In præſcriptæ executionis renovatione, qua quis convenitur ut ſententiam annali termino præſcriptam renovari videat, vulgo **om nieuwe letteren van executie gedecerneert te hebben op een verjaart vonnis**, de quo ſupra *cap. 22.* aut in litium expenſarum erogatione, **om declaratie van koſten over te nemen.** Itemque in ceſſionis beneficii interinemento, ut vocant, unicus tantum contumaciæ terminus eſt. *Holland. Cur. Inſtruct. art. 114. & art. 118.* **Ordonnant. op 't ſtuk van de Juſtitie.** *art. 7. & ibi notata.*

Præterea ſi quis teſtimonii dicendi cauſa in jus vocatus ſit, ſummarie etiam proceditur, & reus, ſi citationis tempore præſens fuerit, nec compareat primo citationis termino, teſtimonium dare ſuis ſumptibus condemnabitur, ſub pœna prehenſionis. *arg. l. 1. §. 1. ff. de teſtib.* **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie.** *art. 8.*

In cauſa indemnitatis, aut interventionis pro alio, vulgo **guarand off indemnité** / ſecundo contumaciæ termino, reus condemnari poteſt, neque ulteriori inſinuationi locus eſt. *Cur. Holland. Inſtruct. art.* 115.

Quemadmodum in appellationum cauſis primo decreto ſententiæ executio inhibetur, ſecundo vero contumaciæ termino, ſi appellatus non comparuerit, male judicatum ac bene appellatum ab actore declaratur. Vide *Inſtruct. Cur. Holland. art.* 114. Et heredi defuncti convento, ut proceſſum à defuncto inſtitutum probet, & ſecundum ultima ejuſdem retroacta procedat, aut ei renunciet, duo tantum contumaciæ termini ab actore dantur. *d. art.* 114. *ſub fin.*

Poſt edictum peremptorium, ob contumaciæ pœnam impetratum, ſi actor ad intentionis ſuæ 10
probationem admiſſus, eandem plene probaverit, abſens reus condemnatur & in cauſæ expenſas damnatur; ſin minus, juramentum ſuppletorium actori imponitur; ſin vero nihil omnino probaverit actor, non obſtante adverſarii abſentia cauſa cadit, & reus ab inſtantia abſolvitur. Neque enim ſecundum præſentem pronunciatur, vel abſens cauſa cadit. *l.* 73. *in fin princ. ff. de judic. l.* 13. *§.* 2. *Cod. eod.* namque abſens propter ſolam abſentiam condemnari poteſt. *l.* 5. *ff. de pœnis.* Utroque tamen caſu propter ſpretam judicis juriſdictionem in litium expenſas condemnari debet. *d. l.* 13. *Cod. de judic. & ibi DD.* Vid. *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 108. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie** *art.* 3.

Si ipſe actor quovis contumaciæ termino abſit die cognitionis, is vero adverſus quam agitur, 11
adſit, circumducendum erit edictum peremptorium, & per ſolenne, (comparuit) verbum, reus refuſis ſumptibus, à litis inſtantia abſolvitur, ſic ut inſtantia tantum pereat, & ex integro actori litigare ſit permiſſum, ita tamen ut ſumptus reo refundere actor teneatur, antequam litem renovare poſſit. Vid. *Inſtruct. Holl. Cur. art.* 111. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtit.** *art.* 2. In cauſa vero appellationis, per appellantis contumaciam non tantum ipſa inſtantia, ſed ipſa appellatio deſerta declaratur, ſic ut amplius repeti non poſſit. vid. *Inſtruct. Suprem. Holland. Cur. art.* 225.

Si reus quidem primo comparuerit & actoris libello reſponderit, in reliquis vero terminis, vel- 12
uti ſunt replicandi, probandi, aut reprobandi, & ſimilibus defecerit, eum effectum amittit, ad quem dies ſive terminus iſte pertinet, vulgo **by verſtek van replyq/ dupliq/ productie/** &c. Vide *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 68. 121. & 124. *Supr. Cur. art.* 254. *Ampliat. Inſtruct. art.* 18. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtit.** *art.* 12. Vide Marant. *prax. aur. part.* 6. *tit. de dilit. num.* 2. Andr. Gail *lib.* 1. *obſ.* 91.

Similiter, ſi actor die ſerviente, libellum quidem ſuum propoſuerit, ſed poſtquam reus ut ei reſpondeat deliberandi terminum petierit, in ipſo reſpondendi termino non compareat, adhuc reus poteſt petere ut à litis inſtantia per ſolenne, comparuit, abſolvatur, *d. l.* 73. *§.* 1. *ff. de judic.* aut ſi putet ſe contraria probatione in totum ab ipſa cauſa abſolvi poſſe, pro contumaciæ pœna actor replicandi termino & effectu cadet, & ad probationis productionem admittetur reus, dato ad hoc termino, quo ſi actor contumaciam ſuam non purgaverit, ad negativam probationem reus admittitur, aut quia ejus probatio difficilis eſt. *l.* 23. *Cod. de probat.* juramento ſuppletorio liberabitur. Facit *art.* 121. *Inſtruct. Holland. Cur. junct. art.* 108. *ejuſd. Inſtruct. & art.* 254. *Supr. Cur. Inſtruct.* Vide etiam Marant. *prax. aur. part.* 6. *membro* 2. *de contumacia. num.* 37. *in fin.* Andr. Gail *lib.* 2. *obſ.* 59.

Sed quid ſi neuter partium die ſerviente comparuerit? ipſa cauſa tacite continuari videtur, uſque 13
ad tertium procedendi terminum, *arg. l.* 53. *ff. de re judic. l.* 73. *§.* 1. *ff. de judic. & l.* 8. *Cod. quomodo & quando judex.* Nunquam enim prætermiſſa contumaciæ accuſatione adverſarius in mulctam condemnatur, quia officium ſuum judex impertire non debet niſi imploratus. *l.* 4. *§.* 8. *ff. de damno infecto.* Et nemo pro contumace habetur, niſi ejus contumacia accuſetur, ac ſuper ea ſententia feratur declaratoria. *l.* 68. *ff. de Judic. junct. l.* 13. *§.* 1. *Cod. eod.* Quod & Galliæ moribus convenire dixi ad *art.* 2. **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie.** in verbis, **indien den gedaagde 't ſelve geregtelyk verſoekt** / & in Germania receptum teſtatur Carpzov. *proceſſ. Jur. tit.* 8. *art.* 1. *num.* 5.

Dico *uſque ad tertium procedendi terminum*] Sic ut reus quovis termino, ſuum comparuit, adverſus actorem intendere poſſit, actor vero, quia ſingulis contumaciæ gradibus adverſus reum intentandis, novæ citationes requiruntur moribus noſtris, eo quod ipſe non comparuerit, citationis effectu cadit, neque ulterius adverſus reum procedere poteſt, niſi is de novo citetur. Vid. Marant. *prax. aur. part.* 6. *membro* 2. *de contumacia. num.* 1. & quæ notavi ad **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie.** *art.* 2. *num.* 3.

Cap.

Cap. XXVI.

De Exceptionibus & præjudiciis tam peremptoriis quam dilatoriis.

Summaria.

1. *Exceptio, quid.*
2. *Alia dilatoria, alia peremptoria.*
3. *Dilatoria iterum alia declinatoria, alia dilatoria proprie dicta.*
4. *Declinatoria exceptio quæ ſit & ex quibus cauſis competat.*
5. *Suſpecti judicis recuſatio, an & quando locum habeat.*
6. *Litiſpendentia quid, & quando locum habeat, adverſus actorem, & reum.*
7. *Exceptio proprie dicta quæ ſit.*
8. *Exceptio dilatoria ex termino nimis anguſto, quæ & qualis ſit moribus noſtris, & quibus caſibus locum habeat vel non.*
9. *Feriæ quæ ſint & quales.*
10. *Mandati exhibendi, qualitatis docendæ, & cautionis pro ſumptuum condemnatione, & domicilii conſtituendi exceptio.*
11. *Exceptiones peremptoriæ quæ ſint.*
12. *Doli mali & metus exceptio quæ ſit.*
13. *Exceptio jurisjurandi quando competat.*
14. *Rei judicatæ exceptio quæ ſit.*
15. *Præſcriptiones exceptionales quæ ſint.*
16. *Litigioſi exceptio.*
17. *Exceptio de calculi errore quæ ſit & quando locum habeat.*
18. *Peremptoriarum exceptionum ſpecies enumerata.*
19. *Exceptio dilatoria ante litem conteſtam, peremptoria etiam poſt litem conſtatam proponenda, neque omnes ſimul, ſed quandocunque proponenda.*
20. *Singuli termini propriis ſuis dilationibus adſtringuntur, quibus prætermiſſis non amplius competunt.*
21. *Exceptiones quando & quomodo moribus noſtris proponantur.*
22. *Quomodo in exceptionum cauſis concludendum.*
23. *Exceptiones fiduciariam proviſionem, vulgo* Proviſie van Namptiſſement / *impedientes, quæ itidem aliæ ſunt dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, quæ & quales ſint.*

1 Exceptio eſt defenſio, ex juſta ac legitima cauſa competens, adverſus id, quod ab adverſario intenditur, qua tanquam clypeo actorum tela excipit. *l. 2. ff. de Exceptionib. l. 4. l. 9. & ſeqq. Cod. eod.* Quæ vel ex perſonis judicium conſtituentibus, vel ex ipſa cauſa controverſa deſumi- D. XLIV. I. Cod. VIII. XXXVI. Inſtit. IV. XIII. *De Exceptionibus, præſcriptionibus & præjudiciis.*
2 tur, unde communiter exceptio alia eſt dilatoria & temporalis, alia peremptoria & perpetua: Omnis enim exceptionis finis & effectus eſt, ut vel declinet juriſdictionem judicis, vel removeat perſonam litigantis, vel impediat litis conteſtationem, vel excludat, & perimat jus actoris. Quarum illa, quæ temporalis eſt, Præſcriptio dicitur: Ex peremptoriis vero illa, quæ competit ex eo quod per propoſitam actionem alteri actioni graviori, quæ primo loco intentanda erat, præjudicetur, Præjudicium appellatur. *l. 16. l. 18. ff. de Excep.*

3 Exceptio dilatoria iterum alia eſt declinatoria judicii, alia dilatoria proprie dicta.

4 Exceptio declinatoria judicii alia eſt, quæ propter incompetentiam judicis, ad declinandum ejus judicium comparata eſt. Extra territorium enim jus dicenti impune non paretur. *l. ult. ff. de Juriſdict.* ex quacunque tamen cauſa ad eum qui juriſdictioni præeſt in jus vocatus venire debet, ut hoc ipſum ſciatur, an juriſdictio ejus ſit *l. 2. ff. Si quis in Jus vocat. non ierit.* quæ qualis ſit, & ex quibus cauſis competat, ex his, quæ de foro competenti ſupra ſcripta ſunt, ſatis dignoſci poteſt. Alia quæ adverſus inhabilitatem perſonæ litigantis intentatur, veluti quod non habeat perſonam ſtandi in judicio, de quibus etiam ſupra, vel indebitam qualitatem actor ſibi adſumat, aut reo tribuat, aut in jus vocatus eſt ſine venia, qui vocari non debebat. *l. 4. §. 1. ff. de in Jus vocando.* quam moribus receptam diximus, vel, ſi procurator, nullum vel non idoneum habeat mandatum, aut is qui alieno nomine agit, qualitatem ſuam non probare poſſit. *arg. l. 24. Cod. de probationib.* Sed quo poſteriori caſu moribus noſtris non declinatoriæ, ſed dilatoriæ exceptioni locus eſt, qua actori dato termino qualitatem ſuam plenius probare permittitur. Ut latius ſupra *cap. 5.*

5 Ad declinatoriam exceptionem etiam pertinet ſuſpecti judicis recuſatio, quo caſu cauſæ cognitio ad judicem ſuperiorem defertur. *l. 16. & auth. ſeqq. Cod. de judic. l. 17. ff. eod. l. 9. ff. de liberal. cauſa.* Sed quum noſtris & aliorum moribus, quælibet judicia ſufficienti Senatorum,

& Judicum numero conſtent, ex iis unus aut alter propter amicitiæ, vel inimicitiæ cauſam velut ſuſpectus recuſari poteſt, cujus locus, dum ille judicio removetur, aut ſe ipſum excuſat, ab aliis ſuppletur, totum vero conſilium, aut Senatus recuſari non poteſt. Vide Damhouder, *Prax. Civil. cap.* 125. Merul. *Prax Civil. lib.* 4. *tit.* 40. *cap.* 4. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 148. *num.* 15. Niſi forte omnes collegii aſſeſſores, aut major pars eorum, eſſent ſuſpecti, quo caſu, recuſationis cognitio ad ſuperiorem judicem pertinet, aut alii non ſuſpectis judicibus à Principe adjungi ſolent. Vide Gudelin. *de Jure Noviſſim. lib.* 4. *cap.* 2. *in fin.* & poſt eum Groenewegen *de legib. abrogat. ad d. l.* 16. *Cod. de Judic.* Idem de Germaniæ moribus teſtatur Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 33. & Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit.* 3. *art.* 4. *num.* 82. *& ſeqq.* De ſuſpicionum & propter eas recuſandi judicis cauſis vide Joann. Zanger. *de Exceptionibus, part.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. Marant. *Prax. aur. part.* 6. *De appellation. ſupplic. & recuſat. jud. num.* 27. Stephan. Aufrer. *tractat. de Recuſat. ſuſpecti judicis.* Merul. *Prax. Civil. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 4. *& ſeqq.*

Hiſce accedit litiſpendentiæ exceptio, quoties ab actore vocatur ad judicem, coram quo 6 cauſa pendet, quo caſu alterius judicis, alias competentis, juriſdictio dicitur præventa. Eaque, reus conventus petit eandem cauſam, ad priorem judicem, coram quo lis inchoata eſt, remitti. Nam ubi cœptum eſt ſemel judicium, ibi & finem accipere debet. *l.* 30. *ff. de judic.*

Quando vero litiſpendentiæ locus eſſe dicatur? per ſolam & ſimplicem citationem adverſus reum inductam videri, in praxi eſt receptum, ut latius ſupra *cap.* 23. ubi de citationis effectu: ſic ut is eandem cauſam, tanquam actor, adverſus actorem primum, velut reum, coram alio judice æque competente inſtituere non poſſit, quin litiſpendentiæ oppoſitionem patiatur. *arg. l.* 7. *ff. de Judic. cap. Ut lite* 2. *Ut lite pendente. In Clement. cap. propoſuiſti extr. de foro competenti, & ibi DD.* Wurmſer. *Pract. tit.* 13. *cap.* 6. Mynſinger. *Centur.* 4. *obſerv.* 26. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv. num.* 11. Maſcard. *de probationibus, volum.* 2. *concluſ.* 986. Joann. Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 7.

Adverſus actorem vero, qui primo reum coram alio judice in jus vocavit, ſi poſtea coram hoc vel illo æque competenti judice maluerit adverſus eundem cauſam peragi, ipſo illo prior in jus vocatio ipſi non obſtabit, cui ſemper renunciare poteſt; quouſque reus per coordinatam reſponſionem litem fuerit conteſtatus, quæ demum adverſus actorem à parte rei litiſpendentiam introducit. *per text. in l.* 25. *ff. de rei vindicat. l.* 52. *ff. de Judic. l.* 4. *Cod. de Juriſdict.* Vide Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 74. *num.* 5. *& ſeqq.* Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 82. *& ſeqq.* Joann. à Sande *lib.* 1. *tit.* 7. *defin.* 1. Adde Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 11. *defin.* 9. Damhoud. *Prax. Civil. cap.* 202. & ibi Tulden. Radelant. *deciſ. Cur. ultraject.* 79.

Exceptio dilatoria proprie dicta eſt quæ litis conteſtationem impedit, & temporis di- 7 lationem reo tribuit. *§.* 10. *Inſtit. de Exceptionibus.* quæ vel ex cauſa provenit vel ex judicii termino.

Ex ipſa cauſa provenit exceptio pacti conventi, ne intra certum tempus petatur, quales ſunt omnes obligationes quæ temporis dilationem habent, ac propterea ante tempus peti non poſſunt, *§.* 10. *Inſtit. de Exceptionib.* aut ſi quæ ſit ſimilis obligatio, quæ temporis dilationem in ſe contineat, de quo in *l.* 73. *ff. de verb. obligat.* Sed ex iis in judicio agens, exceptione, quod pecuniæ conſtitutæ dies non venerit, repellitur. *l.* 213. *ff de Verb. Significat. l. unic. Cod. ut act. ab hered. l.* 7. *ff. de compenſat.* Et quia plus petit, qui ante tempus petit. *l.* 2. *§.* 6. *ff. de eo quod certo loco. l. unic §. unic. ff. Quando dies Uſusfruct. leg. cedat. l.* 118. *§.* 1. *ff. de Verb. oblig.* In plus petitionis pœnam incidebat, qua eadem oppoſita exceptio non tantum nocebat, ſed perpetuam liberationem debitori tribuebat, *§.* 33. *Inſtit. de actionib.* Quod ex Zenonis conſtitutione, à Juſtiniano confirmata *§.* 10. *Inſtit. de Exceptionibus*, in tantum eſt ſublatum, ut actor ante tempus litem inferens, non amplius totam cauſam amitteret, ſed hanc pœnam ſufferret, ut reliquas inducias reo conduplicare teneretur, iiſque præterlapſis, non ante audiatur litem repetiturus, quam prioris litis expenſas omnes debitori refuderit. *d. §.* 10. *Inſtit. de Exceptionibus.* Sed moribus noſtris, quemadmodum plus petitionis pœnam ex cauſa quantitatis ſublatam eſſe diximus ſupra *cap.* 23. ita nec temporis ratione plus petitum pœna mulctatur, niſi quod actor, ſi ante tempus petit, quod ſibi conſtituto tempore debetur, in expenſas litis condemnetur, & reus ab obſervantia judicii abſolvatur, ſi eo contendat, ſalva facultate actori repetendi litem, quum dies ceſſerit. Quod & Gallorum, aliorumque moribus convenire conſtat ex Rebuff. *ad conſtit. Regias in Procemio, num.* 53. & Imbert. *lib.* 2. *Inſtit. forenſ. cap.* 151. & iis quos citat Arnold. Vinnius *ad §.* 33. *Inſtit. de Actionib.*

Ex-

8 Exceptio dilatoria competit ex judicii termino nimis anguſto, aut feriis de ſerviente intervenientibus. *D. 11. tit. Cod. 1. tit. 11. De Feriis & dilationibus.*

Exceptione termini nimis anguſti utimur, quoties judex actui expediendo terminum nimis anguſtum & brevem præfixit. Hic terminus inter præſentes, decem *l. 68. ff. de Judic.* inter abſentes viginti, & quandoque triginta erat dierum *Novell. 53. cap. 5. Novell. 112. cap. 3. cap. 1. Extr. de dilationibus.* quem coram Hollandiæ Curia quatuordecim, in civitatibus & pagis tribus ad minimum diebus concludi, inter præſentes: inter abſentes pro re nata prolongari, diximus, ex *Holland. Cur. Inſtruct. ampliat. art. 9* **Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie** / *art. 1.* Quæ exceptio cauſæ cognitionem differt in diem juridicum proxime ſubſequentem.

Quæ termini dilatio non tantum ex anguſtia termini, citato datur: ſed ex qualibet cauſa etiam debite citato competit pro deliberandi jure, utrum cedere an contendere velit. *arg. l. 1. ff. de Edendo.* Et in quolibet termino, ſi quid intercedat, reus dilationem petere poteſt, & ſimilis ei terminus, pro replicando, ut & actori pro duplicando, & utriſque pro teſtium aut inſtrumentorum editione competit, vulgo **om productie te doen** / *l. 1. Cod. de dilationib.* **Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie** / *art. 12.* Ita tamen, ut non niſi ex cauſa concedatur, quæ judicis arbitrio committitur, ut non aliter, quam ſi rerum urgentiſſima ratio flagitaverit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit, neque amplius quam ſemel dilationis termini concedantur. *d. l. 1. Cod. de dilationibus.* Cui concord. *Inſtruct. Holland. Cur. art. 69. art. 75. art. 124. & art. 131.* **Ampliat. van de Inſtructie** / *art. 18.* Vide Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 53. & obſerv. 91. num. 13.* Merul. *Prax. Civil. lib. 4. tit. 80. cap. 1. 2.*

Quomodo in jus vocatus, ſi plene ſit inſtructus & libellus ipſi citationi ſit inſertus, aut in tempore ei libelli copia ſit tradita, ad impetrandum deliberandi terminum amplius non admittitur per *cap. praterea extr. de dilationib. l. 1. in fin. & l. 2. Cod. eod. l. ult. ff. de feriis. & ſimilib.* Quod pro cautela legitimæ citationis ſupra notavi *cap. 23.* ubi vide DD. allegat.

Similiter ſi reus in reſpondendo ultra ſimplicem negativam, vulgo **contrarie concluſie** / aut actor in replicando, præter priorem libelli concluſionem, nihil novi poſuerint, illis dilationis terminus denegari debet, quod probe notandum ab inferiorum tribunalium judicibus, qui ex nudo verborum conſpectu in concedendis dilationibus admodum faciles eſſe ſolent, & ſingulis procedendi articulis, novos dilationis terminos competere, magno litigantium præjudicio, ſibi perſuaſum habent, quod cum etiam in ſuperiori Curia, Procuratoribus, in rem ſuam, (uti ſolet) id ſibi invicem conniventibus in praxi fuerit irreptum, à ſupremo Curiæ Senatu hac declaratoria interpretatione proviſum eſt.

By het Reglement ende ordre tot bevorderinge van de expeditie van de Juſtitie voor den Hoogen Rade in Holland, van den 7. Junii 1658.

Art. 3.

Dat van wegen de gedaagde off gerequireerde op de concluſie van eyſ tegens hem genomen / ofte op 't verſoult tegens hem gedaan / het zy daar dat ſal weſen genomen dag om te antwoorden / ofte ilico geantwoort werdende / ſimpelijk genomen ſal werden contrarie concluſie in ordinaris forme / ſonder daar by gevougt te zijn eenige preſentatie / verklaringe / ofte yets anders / daar op eenige nader deliberatie ofte inſtructie van de impetranten / eyſchers / ofte requiranten van noode ſoude mogen zijn / daar op ilico ſal moeten werden gerepliceert / ſonder daar toe dag ofte eenig uytſtel ofte dilay te mogen verſoeken / ofte nemen / gelijk mede indien ſimpelijk ſonder eenige bybouginge als boven gepersiſteert werd voor repliicq / als dan ilico ſal moeten werden gedupliceert / op peyne dat de gebreekige van den voorſz. termijn in 't voorſz. cas ilico te voldoen / daar van ſal weſen verſteeken / ende de ſaak in deſſelfs reguard gehouden ſal werden voor voldongen.

Per Decretum atque Ordinat. promovenda atque expedienda Juſtitia coram Suprema Hollandia Curia inſtituta ergo, lata, 7. Junii 1658.

Art. 3.

Ut à parte conventi aut requiſiti ad petitionis libellum, ſive poſtquam reſpondendi terminus datus ſit, ſive ilico fuerit reſponſum, adverſus eum, propoſitum, ſimplici contrariæ concluſioni ſecundum ordinariam formam locus ſit, nulla addita præſentatione, interpretatione, aliove ſimili medio, cui aliqua ulteriori impetrantis, aut actoris deliberatione aut indagatione opus ſit, ſed cui concluſioni ilico replicando reſponderi poterit, ut neque ullus dilationis, aut deliberandi terminus requiratur, quemadmodum, ſi quando ſimpliciter nullo addito replicando fuerit reſponſum, ilico duplicari debebit, ſub privatione juris eodem termino competentis, utque eo prætermiſſo penitus in cauſa concluſum habeatur.

Nec ut hi dilationis termini ob cauſam minimam concedantur. *arg. d. l. 1. Cod. de dilation. junct. l. 4. ff. de in integrum reſtitutionib.* In civitatibus & pagis cauſæ intra certam ſummam ſummarie ſunt expediendæ, neque ulli dilationum termini conceduntur. In quam rem exſtat **Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie** / *art.* 11. his verbis:

In ſaaken die in de beſloten Steden beleyd ſullen werden / daar by hondert guldens in gelde / ofte in andere goederen / off daar beneden geeyſt werd / ende voor Baljuw ende Mannen / ofte Regters van Dorpen van vijftig guldens / off daar beneden / ſal de gedaagde terſtont moeten antwoorden by monde / ende d' eyſſcher repliceeren / ende de verweerder dupliceeren / om daar op ende op de ſtukken ende verificatien die partyen overleveren ſullen / by de Regters regt gedaan ende geordonneert te werden naar behooren / &c.

In cauſis, coram munitorum civitatum tribunalibus inſtituendis, quibus centum florenorum, aut minoris ſummæ, & coram Baljuorum & Scabinorum tribunalibus quinquaginta aut minoris ſummæ aut quantitatis petitio eſt, reus conventus die ſerviente ilico reſpondere, eique actor replicare, rurſumque ille duplicare ſtico tenetur, ut ſuper iis, & quæ porro ab utraque parte adducentur, judex ſententiam aut decretum ferat, prout ipſi æquum videbitur. &c.

Feriæ ſunt dies quibus jus publice non dicitur, & qui actibus judicialibus ſunt vacui, hæ ſunt 9
vel ſolennes, quæ certis temporibus celebrantur, & quotannis recurrunt, vel extraordinariæ, quæ ob incidentem cauſam extra ordinem indicuntur. Ordinariæ & ſolennes iterum ſunt vel Sacræ, quæ ad cultum Dei ſpectant, ut ſunt dies Dominici & feſta ordinaria, *l. 2. l. 6. & l. fin. Cod. de feriis.* aut prophanæ, quæ ad uſum prophanum inſtitutæ ſunt, veluti ſunt meſſium vel vindemiarum tempore, & ſi quæ ſimiles *l. 7. & l. 8. Cod. eod.* Quæ quales ſint moribus noſtris vidend. eſt *Inſtruct. Holland. Cur. art. 333. ejuſdemque ampliat. art. 29.* Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 28. cap. 1.*

Citatio ſive in jus vocatio in diem feriatum facta, jure civili prorſus erat nulla, & invalida. *l. 7. & ult. Cod. de feriis.* Sed noſtris & Gallorum moribus ex juris Canonici præſcripto in *cap. 6. Extr. de dolo & contumacia*, citatio in diem feriatum ſive feſtum facta non eſt invalida, ſed in proximum diem non feriatum & juridicum differtur. vid. Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 24. cap. 14. num. 12.* Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 158. num. 11.* Bugnon. *de legib. abrogat. lib. 5. cent. 54.* Et de moribus noſtris vid. Groeneweg. *de legib. abrogat. ad l. 53. l. 3. & l. ult. Cod. de feriis.*

Adverſus eos, qui alieno nomine agunt, aut cauſam defendunt, antequam cum iis lis conteſte- 10
tur, objici poteſt, ut legitimum domini ſui mandatum exhibeant *l. 65. ff. de Procurator. l. 24. Cod. de probat.* Ut latius ſupra *cap. 5. num. 3.* aut de aſſumpta qualitate, & quæſito actionis jure doceant *l. 21. Cod. de probation.* Vide Damhoud. *prax. civ. cap. 97. & cap. 1, 2. 135.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 40. cap. 7. 8.* & actione ad exhibendum adverſus eum qui ex empto nomine agit, experimur, ut antequam petitioni reſpondeamus, de pretio perſoluto doceat, ad deliberandum an retractus jure ex *l. 22. & 23. Cod. Mandati* uti velimus.

Et ſi actor ſit extraneus, qui neque per ſe ejuſdem judicis juriſdictioni ſubjectus eſt, neque bona ibidem ſita poſſidet, antequam ejuſdem petitioni reſpondeatur, cautio pro ſumptibus, & eo quod per reconventionem ab eo viciſſim comperere videbitur, exigi poteſt, & ut domicilium citandi & exequendi, ſub eadem juriſdictione aſſignet, *auth. generaliter. ſubject. l. 25. Cod. de Epiſcop. & cleric. junct. Novell. 111. cap. 2.* DD. ad *l. 3. Cod. de his qui accuſare non poſſunt.* Vide Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit. 7. art. 19.* Marant. *prax. aur. part. 6. Octavo membro, num. 16.* Horat. Carpan. *ad ſtatuta Mediolanenſ. part. 1. cap. 44. num. 11.* Quocirca tamen notandum, ut ſi quis idoneam cautionem præſtare non poſſit, jurato promittens ſe ſoluturum admittatur. *d. auth. generaliter.* Vide Pyrrh. Maur. *de fidejuſſor. part. 1. princ. 3. ſect. prælud. cap. 25. aliis 34. num. 21.* Andr. Gail *lib. 2. obſ. 47. num. 8.*

Exceptiones peremptoriæ & perpetuæ ſunt, quæ ſemper agentibus obſtant, & rem, de qua 11
agitur, perimunt; veluti ſunt exceptiones doli, metus, non numeratæ pecuniæ, pacti conventi ne pecunia petatur, jurisjurandi, rei judicatæ, ſive litis finitæ, aut ſi quid contra legem Senatuſve conſultum factum eſſe dicatur, uti ſunt exceptiones ex Senatuſconſulto Macedoniano, Vellejano, &c. *§. 1. 2. 3. 4. 5. & 9. Inſtit. de Exceptionib. l. 3. ff. eod.*

D. XLIV. IV. *De doli mali & metus exceptione.*

Et quidem doli mali & metus exceptio competit & movetur ex eadem cauſa, ex qua de dolo, 12
& metu actio eſt adverſus eum, cujus dolo aut metu quid factum eſt, quod adverſario noceat. *l. 2. §. 1. & tot. tit. ff. de Doli mali & metus exceptione.*

Jurisjurandi exceptio competit ex cauſa jurejurando ex conſenſu utriuſque partis, vel ad- 13
verſario inferente delato & præſtito, vel remiſſo deciſa. *l. 1. Cod. de reb. cred. §. 4. Inſtit. de except.*

14 Rei judicatæ exceptio eſt, quæ reus allegat de eadem re & cauſa, de qua agitur, inter eaſdem perſonas ſententiam latam ac litem finitam eſſe, ac propterea ob eam cauſam litem non poſſe reſuſcitari *l. 3. & ſeq. l. 12. l. 15. l. 14. ff. de Exceptionib. rei judicat.* Cui moribus noſtris annumeratur exceptio tranſactionis & compromiſſi in arbitros. *art. 10. Ampliat. Inſtruct. Holland. Cur.*

D. XLIV. II. *De exceptione rei judicatæ.*

15 Sunt & exceptiones temporales, quas præſcriptiones vocamus, quæ tot ſunt numero, quot ſunt præſcribendi aut uſucapiendi modi. *tot. tit. ff. de Diverſ. & temp. præſcription.*

D. XLIV. III. *De diverſis & temporal. præſcript.*

16 Et litigioſi exceptio eſt, qua repellitur is, qui rem litigioſam ex aliquo contractu perſequitur, cujus alienatio irrita eſt, & lis per eos peragenda eſt, per quos cœpta eſt. *l. 2. Cod. de litigioſ.* Sed quæ moribus noſtris non obtinet, quibus res litigioſa alienari, & quovis modo legitimo in alium transferri poteſt, adeoque ſententia contra alienantem lata adverſus quemlibet rei litigioſæ poſſeſſorem executioni mandari poteſt, per ea quæ tradunt Grot. *Introduct. lib. 3. cap. 14.* Gudelin. *de Jure Noviſſimo, lib. 3. cap. ult. in fin.* Chriſtin. *volum. 4. deciſ. 175. num. 10. & volum. 6. deciſ. 96.* Sypæ. *Notit. Jur. Belg. tit. de litigioſ.* Statut. Antverp. *tit. 51. art. 10.* Quod & de Gallorum moribus referunt Gothofred. & Autumn. *ad tit. ff. & Cod. de litigioſ.* Bugnon. *de legib. abrogat. lib. 2. ſect. 48.* Imbert. *Enchirid. Jur. Gallic. verb. pœna pecuniaria.*

D. XLIV. VI. Cod. VIII. XXXVII. *De litigioſis.*

17 Hiſce accedit exceptio de calculi errore; quandocunque enim & in omni cauſa quis calculi errorem allegare poteſt, & petere ut rationes ex cauſa propoſiti & demonſtrati erroris revideantur: modo rationes quas quis revideri petit, in forma conſiſtant, ut ſic revideri poſſint, neque interim controverſia de errore tranſactione finita ſit. *l. unic. Cod. de Errore calculi. junct. l. 2. Cod. de re judicat.* Vide Maſcard. *de probationib. vol. 1. concluſ. 253. num. 24. & ſeqq.*

Cod. II. V. *De Errore Calculi.*

18 Et plures ſunt exceptionum peremptoriarum ſpecies, quas hic numeraſſe ſuffecerit, veluti ſunt liberationis legatæ, *tit. ff. de liberat. legat.* rei venditæ, quæ vindicanti objicitur *tit. de Except. rei venditæ.* præſcriptiones omnes ex temporis lapſu competentes, ſolutionis, compenſationis, novationis, falſitatis, & ſi quæ ſint aliæ, quæ cauſam, de qua agitur, perimunt.

19 Proponitur exceptio dilatoria ante litem conteſtatam, quia cauſæ merita non reſpicit, ac proinde de ea ante principalem cauſam diſceptari debet *l. penult. Cod. de Except.* præſertim ſi ſit declinatoria fori vel ſimilis, ad judicem, vel judicium declinandum pertinens *l. ult. ff. de Except.* reliquæ vero, quæ ad cauſam referuntur, licet ante litem conteſtatam proponi debeant, pariter cum ipſa cauſa peraguntur. *l. 19. Cod. de probationib.*

Peremptoria etiam poſt litem conteſtatam ante ſententiam proponi poteſt, modo ante conteſtatio de ea fiat, & utrimque de ea diſceptetur. *l. 9. Cod. de exceptionibus.* neque conſtringitur reus omnes exceptiones dilatorias ſimul & uno eodemque tempore opponere, ſed quandocunque uſque ad litem plene conteſtatam illis uti poteſt. *l. 19. Cod. de probationibus. l. 13. l. 14. Cod. de Procuratoribus. l. 9. Cod. de Exceptionibus.* niſi judex ex cauſa illi breviorem, & peremptorium præſcripſerit terminum, quo omnes ſuas exceptiones dilatorias ſimul proponat, quod niſi faciat, is deinceps minime audiatur. Quod facere omnino poteſt, ne per exceptiones, quæ litium abbreviandarum cauſa adinventæ ſunt, ipſæ lites in infinitum protrahantur. *cap. paſtoralis. 4. Extr. de exceptionibus. l. 2. ff. de re Judicata. & l. 43. ff. de Reg. Juris.* Vide Menoch. *de arbitrar. Judic. quæſt. centur. 3. cap. 140. num. 9.* Joann. Zanger. *de Exceptionib. part. 2. cap. 21. num. 21. & ſeqq.*

20 Notandum tamen eſt ſingulos terminos, proprias ſuas habere dilationes, quibus prætérlapſis, illæ exceptiones iiſdem terminis proponendæ, omiſſæ, & poſthabitæ intelliguntur. Unde ſi reus die ſerviente non comparuerit, ſive comparuerit, neque declinatoriam propoſuerit, ſed reſpondendi, aut alterius dilationis terminum petierit, eo ipſo, licet adhuc vere non reſponderit, judicem agnoviſſe, & declinatoriæ exceptioni renunciaſſe videtur, niſi hanc facultatem ſibi expreſſe reſervaverit. *arg. l. 4. ff. de Except.* hac fere clauſula, Mitsgens te antwoorden / excipieren / off eenig ander verſouk te doen / verſoekt &c. & ſic de cæteris.

21 Moribus noſtris, litium & dilationum abbreviandarum cauſa omnes omnino exceptiones ſemel & ſimul proponuntur, eæque principali cauſæ adjunguntur, ut cum ipſa paripaſſu probantur, & decidantur, exceptis deliberatoria (quam judicis arbitrio commiſſam diximus) declinatoria, litiſpendentiæ, & litisfinitæ exceptione, de quibus ante principalem cauſam diſceptari poteſt. *Inſtruct. Holland. Cur. art. 88.* his verbis:

Van nu voortaan ſullen de Advocaten ende Procureurs gehouden weſen alle haare exceptien t'eenemaal te proponeren / ende niet-te-min andertmindert hunne exceptien ten principalen heute concluſie te nemen / begeerende regt by ordine / uytheſondert de exceptie declinatoir / litiſpendentie / ofte litisfinitæ / dewelke ſy alleen ſullen mogen proponeren / ende daar by preſiſteren.

In poſterum Advocati, & Procuratores omnes ſuas exceptiones ſimul & ſemel proponere & ſalvo earundem jure, atque ordine in cauſa concludere tenebuntur, niſi ſint declinatoriæ, litiſpendentis, aut litisfinitæ exceptiones, quas ſeparatim proponere, iiſque inhærere & perſiſtere poſſunt.

Quod & poſtea per *Ampliat. ejuſd. Inſtruct.* ad tranſactiones, & compromiſſa in arbitros extenſum eſt. *Ampliat. ejuſd. Inſtruct. art.* 10, his verbis:

Dat het lxxxviij. Artijckel van de voorſz. inſtructie ſtrictelijck ende preciſelijck ſal werden onderhouden / ende onder d'exceptie van litiſpendentie mede begrepen ende verſtaan ſal werden ſubmiſſie abſolute / ofte pœnale aan arbiters ofte goede Mannen / ende ſoo wanneer daar van by publijcque inſtrumenten / ofte d'eygen hand van partyen blijcken ſal / ende gelijck onder d'exceptie litisfinitæ begrepen ſullen werden exceptien van tranſactien / ende uytſpraaken van arbiters ofte goede Mannen / ſoo wanneer daar van promptelijk blijkt als vooren.

Ut dictus lxxxviii. ejuſdem inſtructionis art. ſtricte ac præciſe obſervetur, & ſub litiſpendentis exceptione etiam comprehendantur ſubmiſſiones in arbitros, & arbitratores ſive ſimpliciter, ſive ſub pœna factæ, ſi modo de iis per publicum inſtrumentum aut propriam contendentium manum conſtiterit, quemadmodum & ſub litis finitæ exceptione comprehendentur tranſactiones & arbitrorum deciſiones, ſi de iis etiam liquido conſtiterit.

Quibus conſonant Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie in de Steden ende ten platten Lande / *art.* 13. Vide Mynſinger. *Centur.* 5. *obſerv.* 89. Chriſtin. *volum.* 4. *deciſ.* 174. *num.* 15. Gudelin. *de Jure Noviſſimo lib.* 4. *cap.* 7. Merul. *Prax. Civil. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 15. Idem fere in Saxonia conſtitutum eſt, teſte Georg. Schultz. *ad tit. Inſtit. de Exceptionibus, verſ. Et licet.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Electoral. part.* 1. *conſtit.* 3. *num.* 1. & poſt eos Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit.* 9. *art.* 1. *num.* 13. 14.

In exceptionum cauſis bifariam concluditur, vel ad plenam liberationem, ſi exceptiones per- 22
emptoriæ ſint & perpetuæ, ſi vero temporales ſint, & dilatoriæ illæ quæ ipſam cauſam concernunt, ad inſtantiæ tantum abſolutionem contenditur, in reliquis dilatoriis, antequam ad ulteriora procedere cogatur reus, terminum ſibi concedi petit.

Hactenus de exceptionibus quæ in principali cauſa obtinent, quum vero in plerisque actioni- 23
bus, actor fiduciarie ſibi ſatisfieri petat, moribus noſtris, & aliæ exceptiones fiduciariam illam proviſionem impedientes adinventæ ſunt, quæ itidem dilatoriæ, aut peremptoriæ ſunt.

Dilatoriæ ſunt, inſtrumentorum copia, ſuper quibus fundatur intentio actoris, & ſi interſit, originalium exhibitio, addito deliberandi termino.

Peremptoriæ ſunt primo inſtrumenti ultro citroque obligatorii, *veluti ſunt emptionis & venditionis*, aut ſimilis contractus, unde exceptio non impleti contractus objici poteſt. Nemo enim ex contractu mutuo agere poteſt, niſi eum prius ex ſua parte adimpleverit. Vide Joann. Zanger. *de Exceptionib. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 89. Andr. Gail *lib.* 2. *obſerv.* 17. Cald. *lib.* 2. *quæſtion. forenſ.* 45.

Eodem modo, ſi quis ex teſtamento agat, ſuper eo quod in jure conſiſtit, quod adverſarius ex iiſdem teſtamenti verbis, aut negat, aut contradicit, fiduciariæ proviſioni locus non eſt: quia par utrimque cauſa eſt, & uterque ex eodem inſtrumento, eodemque jure ſe agere contendit, ergo nec aliquo privilegio inter ſe gaudere poſſunt. *arg. l.* 2. *Cod. de Jure fiſci. l.* 12. *Qui potiores in pignore. & l.* 9. *Cod. de Jure dot.* Quibus privilegiatus adverſus æque privilegiatum non utitur jure ſuo. *l.* 11. *§. penult. ff. de minoribus.*

Ceſſat etiam proviſio, ſi debitor ſuper exceptione jusjurandum deferat creditori, quo tota ſimul cauſa decidatur: veluti, ſi exceptionem non numeratæ pecuniæ debitor objecerit, eamque ſuam exceptionem, aut juramento ſuo ſe comprobare, aut contrarium juramentum in actorem deferre ſit paratus; exceptionem enim non numeratæ pecuniæ, quæ facti eſt, neque contra propriam confeſſionem præſumitur, ſed probari debet, moribus noſtris tam ante quam poſt biennium, ab eam opponente probari debere, diximus ſupra *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 6. Ac proinde proviſionis petitioni impedimento non eſt, ut latius à me notatum ad Rhenolandiæ conſuetudines, ſuper *Ordin. Generalis Juſtitia, in Holland. Urbibus ac Pagis obſervanda, art.* 10. *num.* 2. ſubject. *art.* 85. *d. Rhenoland. conſuetud.* niſi in continenti ſit probabilis, quod quum rarius accidat, quum difficilis ſit probatio ejus quod in negatione conſiſtit, *l.* 23. *Cod. de*

proba-

probationibus, hocce unicum fere ſupereſt remedium, ut nempe jusjurandum actori deferatur, quod quum litis deciſorium ſit, proviſione amplius opus non eſt; ſi modo creditor cui juramentum defertur in propinquo degat, aut in judicio adſit, nec ob id aliquam moram intercedere neceſſe eſt. Nam ſi creditor in longinquo commoretur, ut ejus copia difficulter haberi poſſit, præſumitur juramentum ideo tantum deferri, ut proviſio interim protelетur, quo caſu poſthabita jurisjurandi delatione fiduciaria conſignatio decernenda eſt. Per ea quæ à Tholoſano Parlamento deciſa & ab aliis confirmata probat Maynard. *lib. 3. deciſ.* 47. Et in Gallia obſervari notat Imbert. *Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap.* 35. *verb. Tradendum.* Vide porro Rebuff. *ad conſtit. Reg. tract. de literar. obligat. art.* 5. *gloſſ.* 5. Joann. Papon. *lib.* 9. *tit.* 6. *de Jurejurand. Arreſt.* 7. Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 4. *tit.* 12. *defin.* 31. *num.* 5. Chriſtin. *volum.* 2. *deciſ.* 2. *num.* 13.

Fiduciariam hanc proviſionem etiam impedit exceptio ex inhabilitate contrahentis reſultans, ſi forte debitor minorennitatem ſuam in contrahendo oppoſuerit, aut ſi mulier pro alio interceſſerit abſque privilegii ſui renunciatione. Ita tamen ut in continenti de iis conſtare poſſit, quod omnino requiritur, vide Boër *deciſ.* 295. Argentr. *ad Conſuetud. Brittan. art.* 235. Maynard. *deciſ. Tholoſan. lib.* 3. *deciſ.* 45. & 46.

Sed quid ſi agatur ex obligatione in alterius quam actoris nomen conſtituta, ſub clauſula, illi, aut huic litterarum latori, vulgo den toonder deſes / ac propterea debitor in actoris qualitatem excipere velit, quum illa exceptio principalem cauſam concernat, præſumptio pro actore ſit, & pro eo qui tales litteras exhibet, per eam fiduciaria proviſio impediri non poteſt.

Reliquæ peremptoriæ exceptiones quæ facti ſunt, veluti ſolutionis, compenſationis, novationis, pacti de non petendo, falſitatis, & id genus aliæ, ad impediendam proviſionem haud aliter admittuntur, quam ſi in continenti per inſtrumentum publicum vel privatum de iis conſtet, ſecus ſi per teſtes debitor exceptiones ſuas probare velit, quæ altioris ſunt indaginis, ac propterea proviſionem impedire non poſſunt. Veluti ſi quis ex debitoris chirographo agat, debitor vero à quo petitur, ejuſdem debiti ſoluti apocham vel inſtrumentum tranſactionis edat, *arg. l. 3. ff. Ut in poſſeſſ. legator. cap. litteras extr. de reſtit. ſpoliator. & cap. veniens extr. de teſtib.*

Proviſioni locus non eſt, ſi quis ſe probaturum dicat, ſe eo loco abfuiſſe eo die, quo obligatio contracta dicitur, niſi in continenti doceat, ad impediendam proviſionem non admittetur. *arg. l.* 14. *Cod. de contrah. & commit. ſtipulat. junct. l.* 18. *Cod. de conſtit. pecun.* Vide in hanc rem Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 194. *cap.* 2. *num.* 23. *& ſeqq. & part.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. *& num.* 195. Dan. Moller. *lib.* 2. *Semeſtr. cap.* 2.

Ex inſtrumento vitioſo, aut eo quod ex eſſentialibus circumſtantiis falſitatis argui poteſt, aut ſi obligatio ſit indiſcreta, nullam cauſam habeat, aut ſcheda ex qua agitur ſit vilis & ingentem ſummam contineat, utrum proviſioni locus ſit, arbitrio judicis committitur. Vid. Joann. Papon *lib.* 10. *tit.* 2. *arreſt.* 1. 2. Rebuff. *ad Conſtit. Reg. tractat. de literar. obligat. art.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 25. *& tractat. de Chirograph. & Schedular. recognit. in præfat. num.* 66. Mornac. *ad l.* 18. *Cod. conſtit. pecun. & ad authent. Sed novo Jure, cod. Si certum petatur.* Chriſtin. *volum.* 2. *deciſ.* 5. *num.* 9.

Si reus ad reſpondendum ſit paratus, neque à ſua parte dilationis terminum petierit, ſed exceptionem ſuam in jure fundatam eſſe proponat, ita ut nec facti, aut teſtium probatione opus ſit, ipſo jure ceſſat hæc fiduciaria conſignatio, quia de ipſa cauſa ſimul & ſemel dijudicari poteſt. Vide Argentr. *ad Conſuetud. Brittann. art.* 63. *gloſſ.* 1. *in fin.* Imbert. *Inſtit. forenſ. lib.* 1. *cap.* 35. *verb. Tradendum.* Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 276. *num.* 10. Nicol. Tulden. *ad Damhoud. Prax. Civil. cap.* 103. *litt. M.* Joann. Papon *lib.* 18. *tit.* 1. *arreſt.* 5. Rebuff. *ad Conſtit. Reg. tract. de Sentent. Proviſionalib. art.* 1. *gloſſ.* 6. *in fin.*

Utrum per in integrum reſtitutionem poſtulatam, impediendæ aut differendæ proviſionis exceptio opponi poſſit, dubium videtur ex *l. unic. Cod. in integr. reſtitut. poſtulat.* Sed magis eſt illas, ut plurimum protelandarum litium cauſa adinventas, fiduciariam proviſionem, quæ litium abbreviandarum cauſa introducta eſt, impedire non poſſe. *per text. in cap. ſuſcitata extr. de in integr. reſtit.* Vide Rebuff. *ad conſtit. Reg. de literar. obligat. art.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 47. *& art.* 11. *gloſſ.* 3. *num.* 31. *& tract. de Chirograph. & Schedular. recognit. art.* 1. *num.* 47. *& de ſentent. proviſionalib. in præfat. num.* 132. Anton. Fabr. *ad Cod. lib.* 1. *tit.* 33. *defin.* 1. Chriſtin. *volum.* 2. *deciſ.* 137. *num.* 6. Joann. Papon *lib.* 18. *tit.* 1. *Arreſt.* 28. *&* 30. Joann. à Sande *deciſ. Friſic. lib.* 1. *tit.* 8. *defin.* 4.

CAP. XXVII.

De Litiſconteſtatione, ubi de Reconventione, Reſponſionibus, Replicationibus, Duplicationibus, & Reaſſumptione litis.

SUMMARIA.

1. *Litiſconteſtatio quæ ſit.*
2. *Alia affirmativa, alia negativa an recte dicatur.*
3. *Solutionum Induciæ, vulgo atterminatie, an & quales dandæ, remiſſive.*
4. *Reconventio quæ ſit, quando & quomodo proponenda.*
5. *An in executionis puncto aut in appellatione opponenda.*
6. *Utrum ejuſdem naturæ, conditionis aut qualitatis eſſe debeat cum ipſa conventione.*
7. *Replicatio actoris quæ ſit.*
8. *Duplicatio rei contra replicationem actoris.*
9. *Ad litis reaſſumptionem prædefuncti heres an teneatur, & quomodo petenda.*
10. *Procuratoris defuncti renovatio, vulgo* Procureur acceptant.
11. *An adverſus tutoris defuncti ſucceſſorem proponenda.*
12. *Litiſconteſtationis forma, alia verbalis, alia in ſcriptis quomodo proponenda.*

POſt Exceptiones dilatorias aliaſque præparatorias ambages, ſi reus neque declinatoriam litiſ- 1
pendentiæ aut litis finitæ exceptionem proponat, quibus ſolummodo litiſconteſtationem impediri, iiſque abſque ulteriori reſponſione perſiſti poſſe ſupra diximus; tandem deveniendum eſt ad ipſam litiſconteſtationem, quæ proprie eſt reſponſio rei ad actoris libellum & actionem intentatam *l. unic. Cod. de litiſconteſt. l.* 14. §. 1. *Cod. de judic.* Per quam judicium primo inchoatum & lis pendere dicetur *d. l. unic. Cod. de litiſconteſtat.*

Cod. III. IX. De litiſconteſtatione.

Dicitur conteſtatio, quod per hanc reus conteſtetur, ſe cum actore non modo litem ſuſcepturum, ſed & ſuſceptam proſecuturum eſſe, haud aliter quam ſi contrahendo per ſtipulationem ſe obligaverit. *l.* 3. §. 11. *l.* 5. §. 2. *ff. de peculio.*

Hanc alii faciunt affirmativam, aut negativam, ſed verius eſt eam ſemper eſſe negativam; ad 2
hoc enim ut lis ſit inter partes, contradictio intercedere debet, neque litiſconteſtatione opus eſt ſi cedere quam contendere maluerit reus. *l. unic. Cod. de litiſconteſtat. l.* 14. §. 1. *Cod. de judic. l.* 73. *ff. de Procuratorib.* Niſi forte quis per affirmativam intelligat eam, quæ non abſolute negat, ſed conditionem aliamve qualitatem petitionis libello apponi velit, qua demum refuſa ejuſdem præſentationis beneficio, ut loquuntur, negative concludit, & per negativam, abſolutam contradictionem ſignificari velit, vulgo contrarie concluſie.

Si quidem reus ipſum debitum inficiari, & ſolutionem ejus quod petitur nullo modo declinare 3
poſſit, ſupereſt illi dilationis impetrandæ remedium, qua debitum quidem agnoſcit, moderatas tamen & arbitrarias ſolvendi inducias ſibi concedi requirit, vulgo atterminatie. De quibus quales & quantæ concedi ſolent vid. *infra cap.* 32.

Antequam reſpondeat reus, deliberandum etiam illi eſt utrum ne ab ipſo actore ſibi invicem 4
quid competat, quo caſu coram eodem judice alias non competente per reconventionem adverſus eum agere poteſt, neque is eum judicem, quem in conventione adverſus reum elegit, declinare poteſt. Unde dicitur Mutua petitio in *l.* 11. §. 1. *& 2. ff. de juriſdict. cap.* 1. *extr. de mutuis petit.* Facit *l.* 14. *& auth. ſeq. Cod. de ſentent. & interlocut.* Soletque reconventionis formam ex abrupto ante litiſconteſtationem, in ipſo conventionis termino opponi, hac fere clauſula, alvorens te antwoorden / doende reconventie / concludeert &c. ende antwoordende in conventie / concludeert &c. Ad hoc ut pari paſſu cum ipſa principali conventionis cauſa procedat, & ſimul terminari poſſit. *cap. ex litteris* 1. *in fin extr. de mutuis petit.* Vide Marant. *prax. part.* 4. *diſtinct.* 6. *num.* 7. Mynſinger. *cent.* 1. *obſerv.* 10. Damhouder. *prax. cap.* 141. *num.* 15. Merul. *prax. civil. lib.* 4. *tit.* 43. *cap.* 2. *num.* 3.

Alias in omnibus litis partibus ante ſententiam opponi & interjungi poteſt, ſed eo caſu conventionis præventionem, & ulteriorem litis progreſſum impedire non poteſt, per ea quæ tradunt Marant. *prax. aur. part.* 4. *diſtinct.* 6. *num.* 6. Cancer. *var. reſolut. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. Wurmſer. *prax. tit.* 12. *obſerv.* 4. Chriſtin. *volum.* 1. *deciſ.* 180. *num.* 6. *& volum.* 4. *deciſ.* 94. *num.* 5. *in fin. & ad leg. Mechlin. tit.* 1. *art.* 24. *ſub num.* 5. Berlich. *practic. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 22. *num.* 64. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 7. *defin.* 15. Sed jure Saxonico reus non poteſt acto-

actorem reconvenire, niſi primum actio contra eum inſtituta, ad finem ſit producta, per ea quæ poſt Zanger. & alios teſtatur Carpzov. *proceſſ. Jur. tit. 6. art. 3. num. 9.*

5 Opponi tamen non poteſt reconventio in executionis puncto. Vid. Marant. *prax. part. 4. diſt. 6. num. 39.* Joann. à Sande *lib. 1. tit. 6. defin. 2.* Neque in priori inſtantia omiſſa in judicio appellationis inſtitui poteſt, ut late probat Jac. Cancer. *var. reſolut. cap. 13. num. 5.* Alexand. Trentacinq. *lib. 2. reſolut. tit. de mutuis petitionibus, reſolut. 1.* & poſt eos Joann. à Sande *lib. 1. tit. 6. defin. 1.*

6 Utrum ejuſdem naturæ, conditionis, ac qualitatis cauſa eſſe debeat propter quam reconventio inſtituitur, non requiritur neceſſario, ſed & diverſæ cauſæ in judicio conventionis & reconventionis inſtitui poſſunt. *arg. l. 1. §. ult. ff. de var. & extraord. Cognit.* Marant. *prax. part. 4. diſtinct. 6. num. 35.* Joann. Zanger. *de Except. part. 2. cap. 1. num. 374.* Quamvis ejuſdem naturæ & conditionis cauſæ in quibuſdam cæteris prævaleant & quandoque requirantur.

Ita ubi in conventione proviſioni locus eſt, & ſummarie proceditur, per quamlibet reconventionem ea impediri non poteſt, ſed per talem propter quam itidem proviſioni locus eſt & ſummarie proceditur. *arg. l. pen. Cod. de ſentent. & interlocut.* uti ſuperiori capite, ubi de exceptionibus fiduciariam proviſionem impedientibus, ſuper inſtrumentis, ultro citroque obligatoriis notatum. Eſt enim quaſi quædam compenſatio, quæ non eſt niſi liquidi ad liquidum, *l. ult. §. 1. Cod. de compenſat.* Vid. Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part. 1. cap. 3. num. 20.* Neque contra alimentorum petitionem cum eodem effectu opponi poteſt *arg. l. 3. Cod. de compenſat.* Vid. Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 53. num. 5. 6.* Molignat. *tract. de reconvent. quæſt. 46.*

Neque inſtitui poteſt adverſus eum qui alieno nomine agit, pro eo quod ille ipſe ſuo nomine debet *arg. l. 2. §. 3. ff. de judic. l. 14. §. ult. Cod. de ſentent. & interlocut.* Vid. Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 21. num. 13. & num. 23.* Carpzov. *defin. forenſ. part. 1. conſtit. 7. defin. 6.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 12. num. 3.* Wurmſer. *prax. lib. 3. tit. 12. obſerv. 7. num. 1.* Card. Tuſc. *practic. concluſ. tom. 6. concluſ. 61. num. 20.* Sed & in foro Saxonico omnis reconventio ad cauſas connexas reſtricta eſt, teſte Carpzov. *proceſſ. jur. tit. 6. art. 7. num. 28. & ſeqq.* Reconventionis praxin vide apud Merul. *prax. lib. 4. tit. 43.* Damhouder. *prax. civil. cap. 141.*

7 Reſponſionem rei ſequitur replicatio actoris, quæ eſt defenſio actoris contra exceptionem rei *pr. Inſtit. de Replicationibus*, & ſi non niſi ſimplicem negativam reus reſpondendo oppoſuerit, pro replicatione ſe ad libelli repetitionem conferre ſolet, quod *perſiſtere* communiter vocant. Inſtit. IV. XIV. *De replicationibus.*

8 Replicationi actoris, opponitur duplicatio rei, & ſi ulterius partes procedebant, triplicationi à parte actoris, & quadruplicationi à parte rei locus erat. *§. 1. & 2. Inſtit. de replicat.* Sed noſtris & Gallorum moribus triplicatio non admittitur, ſed per duplicationem plene concluditur. Ita conſtitutum *Ampliat. Inſtruct. Cur. Holland. art. 12.* Vid. Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 46. cap. 1. num. 4.* In Germania tamen adhuc triplicæ & quadruplicæ uſum eſſe conſtat, ex iis quæ tradit Carpzov. *proceſſ. Jur. tit. 15. art. 3. num. 13.* Reinhard. *de differ. Jur. civil. & Saxon. lib. 2. part. 6. diff. 59.* Matth. Coler. *ad Rubr. de Exceptionib. num. 4.* Georg. Schultz. *ad tit. Inſtit. de Replicationibus.* Quod & in Gelria paſſim uſitatum de re judicanda ſæpius conſultus, memini.

9 Si alteruter litigantium lite pendente ante cauſæ concluſionem moriatur, jure communi lis cœpta non extinguitur: ſed ad heredes eorum & active & paſſive ipſo jure tranſmittitur. *l. 33. ff. de fidejuſſoribus. l. 19. ff. de judic. l. 58. ff. de obligat. & actionib.* Sed noſtris & aliorum moribus introductum eſt, ne quis invitus agere vel contendere per indirectum conſtringatur, ut rei defuncti heres de novo conveniatur ad hoc ut litem reaſſumat, & ex poſtremis retroactis cum actore ulterius procedat, aut actori cedat, quod petitur, vulgo om d'attrementen van het proces aan te vaarden / ende met den eys voorts te procederen volgens de laatste retroacten. Idemque à parte rei, ſi actoris heredes liti cœptæ renunciaturos putet, aut ejus intererit abſolutoriam ſententiam proſequi.

10 Eodemque modo ſi alterutrius procurator ante cauſæ concluſionem obierit, ulterius procedi non poteſt, niſi alter, in prædefuncti locum ſurrogetur, vulgo Procureur acceptant ſtellen / ſed quæ mandati tantum procuratorii ſurrogatio eſt, neque proprie ad litis reaſſumptionem ſpectat, ut recte diſtinguit Anton. Fab. *ad Cod. lib. 2. tit. 8. defin. 4.*

11 Quod idem in tutore vel curatore juris eſſe, poſt eundem Fabrum contendit Carpzov. *proceſſ. Jur. tit. 6. art. 4. num. 42.* Sic ut ſi tutor vel curator deceſſerit lite cœpta non completa, ſufficeret quod alius in ejus locum ſuccedat, neque litis reaſſumptione in eo opus eſſet, ex eo quod tutor vel curator non propria, ſed pupilli aut minoris negocia gerat, ac proinde in hoc procuratori æquiparandus ſit. *arg. l. 2. ff. de adminiſtrat. tutor. l. 4. §. 1. ff. de re judicat.* Sed quum pupilli & minores propriam perſonam ſtandi in judicio non habeant, & in lite proſequenda ipſum tutoris, aut curatoris factum ſpectetur, quod in defuncti locum ſurrogatus reprobare poteſt, vix

eſt ut per ſimplicem illam ſurrogationem inceptæ litis factum probatum dicas; unde conſultius facturos putem eos, qui tutorem vel curatorem in prædefuncti locum ſurrogatum pro litis aſſumptione convenerunt.

De litis aſſumptione vide praxin Merul. *lib.* 4. *tit.* 83. *cap.* 5. 6. Andr. Gail *lib.* 1. *Obſerv.* 99. *num.* 6. *&* 7. Papegay *pag. mihi* 96.

Cæterum litis conteſtationis forma aut verbalis eſt, quæ viva voce proponitur, aut ſcripto 2 comprehenditur, quæ alia vel in jure conſiſtit, vel in facto, cui tum ipſa concludendi forma inſervit. In jure plerumque ſummarie & verbali concluſione proceditur, niſi cauſa ſit fuſior, & multa juris loca contineat, quo caſu partibus injungitur, aut inter ſe tranſigentibus, cauſam per breviorem cauſæ conſummationem ſcripto comprehendere, vulgo, om te ſchryven by memorien / ende advertiſſementen van regten. In facto vero omnes concluſionum partes ſcripto comprehenduntur, quo per ſcripturas petitionis, defenſionis, replicationis, & duplicationis cauſa inſtruitur, vulgo by eys/ antwoord/repliicq ende dupliiq. quæ concluſiones ſimul & formam, & cauſæ merita comprehendunt.

Qui procedendi modus, quo proceſſus juris ad ſcripti formam redigitur, in utraque Hollandiæ Curia frequens eſt, ſecundum præſcriptum *art.* 27. Nad. Ampl. van den Hove ende Hogen Rade / van Holland. in inferioribus vero tribunalibus ut plurimum ordinario concludendi modo proceditur, ut cauſa viva voce judici exponatur, rariuſque ad ſcribendi formam proceditur.

De concluſione in cauſa & quomodo pro actionum & cauſarum diverſitate in ea procedatur vide late Damhoud. *prax. civil. cap.* 191. *& ſeqq.* & Merul. *prax. lib.* 4. *tit.* 84. *cap.* 1. *& ſeqq.*

CAP. XXVIII.

De Proceſſus Verbalis & Scripti differentiis, eorumque forma ac modo procedendi.

SUMMARIA.

1. *In quibus cauſis per verba perorando ſummarie procedatur.*
2. Memorien ende Advertiſſementen van Regten/ *& num.* 10.
3. Additien / *& num.* 11.
4. Eys / antwoord / repliicq / ende dupliicq / *& num.* 13.
5. *Productio per Inventarium*
6. Acte maken ende dienen.
7. *Deductio cauſa, vulgo* deductie ofte advertiſſement van Regten / *& num.* 15.
8. *Productio teſtium quomodo facienda,* Acte maken ende productie doen.
9. *In perorandis cauſis qualis ſit ſervandus ordo.*
10. Memorien / Additien / *eorundemque forma.*
12. Nieuwe feyten.
13. Eys met middelen.
14. *Debat, contradebat, ſolutien, ſuperſolutien.*
15. *Articulorum & probationum Index,* Inventaris van ſtukken.
16. *Productio teſtium quomodo facienda.*
17. *Interrogatoria, & contrainterrogatoria.*
18. *Refutationes & ſalvationes.*
19. *Enqueſten valetudinair.*
20. *Mandatum commiſſoriale.*

POſt cauſæ concluſionem ad ulteriorem proceſſus perfectionem proceditur, ſecundum juris, aut facti formam. Juris forma iterum aut in dicendo, aut in ſcribendo conſiſtit. Ut ſi in jure conſiſtat cauſæ deductio, neque altioris ſit indaginis, argumenta viva voce judici exponantur. 1 Quod ut plurimum uſu venit in cauſis in quibus ſive actor ſive reus aliquid per modum reviſionis adjudicari ſibi poſtulaverit.

Cæterum ſi altioris ſit indaginis, ita ut ſummarie de cauſæ meritis judicari vix poſſit, licet in 2 jure conſiſtat cauſæ deductio, ad ſcripti formam proceſſus dirigitur, qua cauſæ merita, per brevem poſitivorum narrationem, ab utraque parte adjunctis inſtrumentis, quibus uterque uti velit, comprehendi diximus, vulgo Memorien ende advertiſſementen van Regten.

Quibus hinc inde communicatis & traditis contradicendi & ſalvandi ſcriptura ab utraque 3 parte opponi ſolet, quæ additamentorum nomine veniunt, ac propterea Additien / vocari ſolent.

Hiſce ſi cauſa paulo ſit fuſior, & multa loca ſpectet, poteſt alteruter, vel uterque litigantium monitorium ſuper addere, quo ratio juris extendatur, facta & poſitiones ad jus applicentur,

Digitized by Google

tur, & tota materia planius explicetur, vulgo een deductie ofte advertiſſement van regten / quod etiam
in verbali peroratione admittitur.
4 In facto vero omnes cauſæ ſcripto peraguntur, per petitionem, defenſionem, replicatio-
nem, & duplicationem, ſuis mediis & rationibus munitas, nobis eyſ / antwoord / repliecq
ende dupliecq.
5 Quas ſequitur probationum exhibitio, per ſolenne inventarium alphabetico ordine confecta,
quæ ſi ſine teſtium examinatione & productione fieri poſſit, poſt inſtrumentorum exhibitionem
utrimque per inventarium factam cum ulterioris productionis renunciatione, ſalva reprobatione,
ac ſalvatione juris, plenius in cauſa concluditur, hac fere clauſula, partijen employeeren generale re-
prochen ende ſalvatien van regten / concluderen in regten / ende verſouken vonnis. Quod coram Hol-
6 landiæ Curia vocare ſolent, Acte maken ende dienen.
His etiam plerumque addere ſolent monitoria in ſcriptis redacta, quibus ea quæ juris ſunt, &
7 cauſæ merita quam maxime ſpectant quaſi in unum faſcem congeruntur, & plenius deducuntur,
vulgo deductie ofte advertiſſement van Regten.
8 In cauſis vero quæ mere facti ſunt & in quibus teſtium productione atque examinatione opus
eſt, per eaſdē quidem petitionis, defenſionis, replicationis, & duplicationis ſcripturas cauſa inſtrui-
tur: ſed inſuper teſtes corā judice examinandi produci debent, vulgo acte maken ende productie doen.
9 In perorandis cauſis idem fere qui in concludendo ordo ſervari ſolet, ut primæ dicendi partes
incumbant affirmanti, ſive ſit actor ſive reus, qui proviſionem petit, aut reconventionem, &
definitivam exceptionem apponit. Non enim ſemper actori, ſed ei qui aliquid dicit, in quo ſuam
fundat intentionem probare, ac proinde in proponenda cauſæ deductione præcedere debet. *arg.*
l. 2. l. 18. §. 1. ff. & l. 1. Cod. de probation. Secundo dicit is qui quoquam modo affirmanti con-
tradicit. Tertius qui primo, & quartus, qui tertio dixit, locus datur. Ultra quas duplicatas vi-
ces, quemadmodum in cauſæ concluſione, ita nec in peroratione triplicatio aut quadruplicatio
admittitur. Quæ quidem cauſæ peroratio aut coram duobus Commiſſariis rotulæ, ut vocant
præpoſitis, vulgo Commiſſariſſen van de Rolle / fieri ſolet, qui aut ipſi, ſalva totius Senatus reaudi-
tione, ſententiam ferunt, aut ſi aliqua difficultas videatur, Senatui cauſæ merita referunt, niſi
majoris præjudicii cauſa ſit, quæ ad partium requiſitionem in ipſo Senatu ventilari admittitur,
vulgo voor den vollen Raad. Quo pertinet *art. 50. Inſtruct. Holland. Cur. ejuſque Ampliat. Noviſſim.*
art. 27. 28.
10 Scripturæ quibus cauſas juris deduci diximus (vulgo memorien/) concluſionis repetitionem con-
tinent cum ſolenni proteſtatione, deinde narratio facti & juris media ex facto competentia pro-
ponuntur quam excipit mandati impetratio, eamque ſubſecuta rei citatio, & brevis remiſſio ad
ſolennis concluſionis formam, prout latius apud acta.
Cui & negativam ſcripturam opponit Reus eadem fere forma, mutatis mutandis concepta, in
quæ & ipſe per brevem facti narrationem negationis ſuæ rationem exponit.
Utraque hæc ſcriptura per articulos diſtingui & numeris ſuis notari ſolet, qui in repertoriis vel
ut calendario, ſingulis ſuis probationum inſtrumentis, alphabeti characteribus inſignitis applica-
ri & ſuis quibuſque locis apponi & enumerari ſolent.
Quibus hinc inde cum ſuis repertoriis, & probationum munimentis eo pertinentibus prolatis,
& productis, eorum exempla partes ſibi viciſſim edi petunt, ut iis per replicationis, & duplica-
tionis alteram ſcripturam ſi velint ulterius reſpondeant, vulgo Additien/ quibus poſt brevem poſiti-
votum remiſſionem, cujuſque adverſarii contrariæ poſitiones refutantur, ſuæ ſtabiliuntur, & ju-
ris rationibus ac mediis per leges ac Doctorum auctoritates in priori ſcriptura prætermiſſis ple-
nius muniuntur. Quæ propterea poſteriori ſcripturæ addenda reſervantur, quod hæc ſecreta ſit
ſcriptura, quæ à ſolis judicibus inſpicitur, nec alterutri partium communicatur, quod nemo cau-
ſas orans jus in quo verſatur ignorare præſumatur. *l. 2. §. 43. ff. de Origin. juris.* Niſi forte in ap-
pellationum cauſis, ubi ex iiſdem actis an bene vel male judicari debeat, & ut cauſa plene defenda-
11 tur, partibus omnium productorum exempla edi debent. Quapropter ne juris media, quibus quis
uti velit, parti in appellationis termino pateſiant, quidam in ipſis additionum ſcripturis perparce
de juris mediis loquuntur, ſed ea ad juris monitorium, quod vulgo Advertiſſement van regten/ nun-
cupari diximus, referendum reſervant, quod in appellatione parti adverſæ communicare non eſt
neceſſe. Quibus monitoriis applicandis nullus datur terminus, ſic ut poſt additionum ſcripturas
nihil reſtet, quam ut Curia ſententiam ferat, neque iis ulteriores probationes adjungi poſſunt,
quæ priori ſcripturæ termino circumſcribuntur.
12 Ne tamen cuiquam præcidatur juſtiſſimæ cauſæ defenſio, per ſupplicem libellum ad ulterio-

tem

rem productionem, qui id bona fide perit, admittitur, vulgo nieuwe feyten. Ita tamen ut parti adverſæ novus detur terminus, ut per aliam ſecretam ſcripturam ei reſpondeat, & ſi quid contra probare velit, viciſſim admittatur novos articulos cum ſuis probationibus adverſario edere, quibus, ſi velit, eodem modo reſpondeat.

Cauſæ quæ in facto conſiſtunt, per petitionis, reſponſionis, replicationis, & duplicationis ſcripturas inſtruuntur, uti ſupradictum, vulgo eyſch / antwoorde / replijcq ende duplijcq. Quarum petitio 13
ab actore cum facti narratione articulatim proponitur, facta ſub finem relatione ad libellum, ſive concluſionem actis inſertam, vulgo eyſch met middelen / cui poſtquam ei copia data eſt, contraria ſcriptura reſpondet, qua omnes actoris poſitiones articulatim refutat, & in cæteris ſe refert ad concluſionem actis inſertam, ſi ea non præceſſerit, ipſi quoque reſponſioni libellum ſive concluſionem reſponſionis ſubjicit: poſt quam actor per modum replicationis ea quæ à reo allegata ſunt elidere, ſuaſque poſitiones novis argumentis ſtabilire contendit, cui tum poſtremo reus per duplicationem ſecundo reſpondet.

His fere reſpondent ſcripturæ formulæ in ratiociniorum materia uſitatæ, per rationum con- 14
tradictionem, reſponſionem, replicationem, & duplicationem, vulgo Debat / Contradebat / Solutien / Superſolutien / quæ mutatis mutandis, eodem fere modo concipiuntur.

Hiſce ita confectis ab utraque parte articulorum & probationum index & repertorium ſubji- 15
citur, vulgo Inventaris van ſtukken. Quo litteris Alphabeticis diſtinguuntur ea inſtrumenta quibus quis ut velit, iiſque ſubnectuntur omnes articulorum numeri eo pertinentes, quibus tum reliqui juris, illationis, aut negationis articuli, qui nulla probatione indigent, ſuis numeris ſubjiciuntur. Quæ probationis inſtrumenta ſi juris ſunt nec teſtium probatione muniantur, eo ipſo cauſa in judicium deducta eſſe intelligitur, ut ſecundum ea judicetur, vulgo in Staat van wijſen / niſi quod ab utraque parte juris monitoria addi poſſint, quibus ea quæ juris ſunt plenius deducuntur, vulgo advertiſſement van regten / ſed quæ in tempore addenda, ut quibus ſerviendis nullus detur terminus; ſupra *num.* 11.

Si vero teſtium probatione opus ſit, hi producendi ſunt, ut à judice examinentur, & parte 16
præſente ſi adeſſe velit, jurato reſpondeant. Hoc modo: Ut is qui teſtes audire deſiderat, ejus rei facultatem à Curia impetret, quæ aliquem è Senatoribus cum Graphiario ei rei præficit, ſimulque ſtatuit terminum quo teſtes produci debeant, ſecundum præſcriptum *Inſtruct. Holl. Cur. art.* 127. *& ſeqq.*

Cui Commiſſario die ſerviente ab eo qui teſtes examinari velit exhibetur ſchedula continens nomina teſtium & articulos ſuper quibus examinari velit, quæ *interrogatoria* vocari ſolent. Qui- 17
bus etiam pars adverſa à ſua parte articulos ſuper quibus eoſdem teſtes interrogari velit Commiſſario exhibere poteſt, vulgo, Contrainterrogatorien. Quos tum articulos Commiſſarius ipſis teſtibus ad ſe admiſſis prælegi ordine curat rogatque eos an quid addere vel demere velint, quo facto eos juramentum de veritate dicenda præſtare jubet. Teſtibus auditis uterque partium ulteriori teſtium productioni renunciare debet, neque poſtea ulla probatio admittitur, niſi ex cauſa. *Inſtruct. Holl. Cur. art.* 146.

Teſtium dicta à Graphiario notata, & in mundum redacta utriſque partibus eduntur, ut ſi velint 18
refutationem adverſus eorundem perſonas aut dicta ſalvationem pro vindicatione refutationis & comprobatione atteſtatorum ſuperaddant, vulgo Reprochen ende Salvatien.

Si cauſa ad teſtium productionem nondum ſit perducta, & teſtes producendi ſeniores, & vale- 19
tudinarii ſint, ne forte morte præveniantur, ad perpetuam rei memoriam examinari petuntur: vulgo Enqueſte Valetudinair. Vide porro *Inſtruct. Holl. Cur. art.* 126. *& ſeqq.* Et quomodo coram inferioribus tribunalibus hac in cauſa procedatur, Ordonn. op 't ſtuk van de Juſtitie *art.* 15. *& ſeqq.* Adde Damhoud. *prax. civ. cap.* 163. 167. 170. Merul. *prax. lib.* 2. *tit.* 4. *& lib.* 4. *tit.* 65. *cap.* 10. Wurmſer. *prax. tit.* 18. *obſ.* 23. Andr. Gail *lib.* 1. *obſ.* 95.

Eſt & alius procedendi modus coram utraque Curia uſitatus, quo, in cauſis levioribus & celeritatem requirentibus, aut ſi quando ſpes eſt ut aliquo dato vel accepto, aut aliis conditionibus per amicabilem compoſitionem intercedentibus Commiſſariis, tota lis aſſopiatur, mandatum impetratur, quo litem coram Commiſſariis dirigi permittitur, & quandoque ex officio injungitur, vulgo Mandament / ofte appointement commiſſoriaal. Quo partibus coram uno vel pluribus Com- 20
miſſariis adjuncto Secretario conveniendis, certus dies præfigitur. Quo ſerviente uterque litigantium cum ſuis Advocatis & Procuratoribus ſe ſiſtere cogitur, ubi actoris Advocatus quæſtionis ſtatum ſummarie referre ſolet, ſuamque intentionem præcipuis quibus poteſt argumentis ſtabilire, cui ſuo ordine contradicit rei Advocatus, qua diſceptatione audita Commiſſarius concor-

diæ

diæ viam tentat, ejuſque rationem, & media ſuggerit, quibus partes ad eam ineundam adhortatur. Quæ ſi à partibus acceptetur, aut ſi alio quovis modo tranſactio ineatur, ſcripto ea à Secretario comprehendi, & in eam uterque partium condemnari ſolet. Ad quam ſi partes omnibus adhibitis mediis induci nequeunt, litigatores ilico litem conteſtantur, actore petitionem ſuam, reo defenſionem, vel voce dictante vel brevi ſcripto comprehendente, quibus per notulas à Secretario ordine ſcripto inſertis, uterque partium paucos dies ſumit ad edenda inſtrumenta, quibus viciſſim editis, cauſa coram iiſdem Commiſſariis peroratur, aut ad ſcripturas proceſſus dirigitur, eodem quo ſupra diximus ordine ac modo. Quæ omnia per Secretarium probe notata, à Commiſſariis recipiuntur, qui deinde totam cauſam ad Curiam referunt, ut lui per ſententiam finis imponatur, vulgo Proces verbaal / cujus praxin & exempla vide Papegay *pag.39. & ſeqq.*

Cap. XXIX.

De Probationibus, & Præſumptionibus, ubi de fide Inſtrumentorum, de Teſtibus, & Jurejurando.

Summaria.

1. *Probatio quæ ſit, & quotuplex.*
2. *Artificialis.*
3. *Inartificialis.*
4. *Quis probare debeat.*
5. *Negatio an & quando probanda.*
6. *Quæ & qualia probanda, quæ facti, non quæ juris, & quid de DD. communi opinione, circa ea quæ certi juris eſſe profitentur, an & cujus ſit auctoritatis.*
7. *Plena probatio quæ ſit, & quomodo fiat.*
8. *Inſtrumenta probatoria quæ ſint.*
9. *Alia publica, alia privata.*
10. *Tabelliones ſive Notarii qui ſint, quale eorundem officium ſit, & cujus auctoritatis ſint inſtrumenta coram iis confecta.*
11. *Ex longinquo allata legali teſtimonio corroborata eſſe debent.*
12. *Quæ ad Notarii munus ſpectent in conficiendis inſtrumentis.*
13. *Obligationis, ſive debiti confeſſionati inſtrumentum, non niſi ipſum exemplar quod primo editum eſt plene probat, & quid ſi caſu amittatur.*
14. *Quæ exempla, & quomodo ad plenam probationem ſufficiant remiſſive.*
15. *Regula, quod ſimulata & abuſiva Notarii extenſio, veritati obeſſe non debeat, in quibus procedat.*
16. *Quæ & qualia ſint publica inſtrumenta, præter ea quæ à Notariis ſive Tabellionibus conſciuntur, aut eorundem jure veniunt, & cujus auctoritatis ſint illa inſtrumenta quæ à quibuſlibet collegiorum publicorum præpoſitis conſciuntur.*
17. *Tributorum, redituum, & annuorum cenſuum libri an & quomodo probent.*
18. *Privata inſtrumenta quæ ſint, & quomodo probent.*
19. *Libri mercatorum quomodo probent.*
20. *Teſtes quot & quales probent.*
21. *Qui ſint & qui poſſint, & qui prohibeantur eſſe teſtes.*
22. *An & quomodo inviti ad dicendum teſtimonium conſtringantur.*
23. *Qui & quales teſtimonii recuſandi habeant cauſam.*
24. *Confeſſio adverſarii an & quatenus probet.*
25. *Extrajudicialis declaratio an & quatenus probet.*
26. *Confeſſio qualificata an & quatenus poſſit dividi.*
27. *Ocularis inſpectio an & quatenus probet.*
28. *Notoria quæ ſint & quomodo probent.*
29. *Semiplena probatio quæ ſit.*
30. *Jusjurandum quid ſit & quotuplex.*
31. *Judiciale, voluntarium, & neceſſarium.*
32. *Juramentum delatum an & quatenus recuſari poſſit.*
33. *Interrogatoria actiones per verbum credit vel non, & jusjurandum de calumnia an & quatenus in uſu.*
34. *Juramentum cui deferendum.*
35. *Præſumptio quæ ſit & quotuplex.*

HActenus de probandi ac reprobandi formâ, ac modo ſequitur ut de probationum jure, & inſtrumentorum fide agatur.

1 Probatio eſt actus judicialis per quam judici fides fit de re controverſa, *arg. l. 12. ff. de probat. l. 5. l. 19. Cod. de teſtib. l. 1. & 3. Cod. de condict. ob turp. cauſ.* D. XXII. III. Cod. IV. XIX. De Probationibus & Præſumptionibus

2 Alia eſt Artificialis, alia Inartificialis. Artificialis eſt quæ ex ipſa cauſa per argumenta & judicia

cia neceſſario concludentia deducitur. Unde & illa plenam fidem facit. *l. 19. Cod. de Rei vindic. l. 19. l. ult. Cod. de probat l. 2. Cod. de Teſtibus. l. 34. Cod. ad l. Jul. de Adulter.*

Inartificialis eſt quæ in legum, teſtium, & inſtrumentorum auctoritate conſiſtit. *l. 2. Cod. de Teſtib. l. 11. Cod. de fide inſtrumentorum.* alia plena, alia minus plena. *l. 31. ff. de jurejurando, & ibi DD.* 3

Probare debet is qui in facto aliquo intentionem ſuam fundat, & aliquid aſſerit, ſive is ſit actor, 4
ſive reus. *l. 2. ff. de probat. §. 4. Inſtit. de legat. in fin. l. 2. l. 23. Cod. de probat. l. 4. Cod. de Edendo.* non utique ſemper verum eſt actori incumbere probationem, ſed quandoque etiam reo incumbit. Quamvis enim puræ negationis probatio nulla ſit. *l. 23. Cod. de probat. l. 10. Cod. non numerat. pecun.* quum tamen illa quandoque circumſcripta ſit loco, tempore, vel alia circumſtantia aut ad- 5
juncto, probari poteſt, ac debet. *l. 5. §. 1. ff. de probat. l. 14. cod. de Contrah. Stipul.* Ita ſi ſuper intentione actoris controverſia non ſit, ſed exceptione reus utatur, debet is in propoſita exceptione actoris partibus fungi. Ut puta ſi pacti conventi, aut ſolutionis exceptione utatur, docere debet pactum conventum, aut ſolutum eſſe. *l. 19. §. 1. & ſeqq. ff. de probat. l. 1. §. 13. ff. de Magiſtrat. conveniend. l. 9. Cod. de Except.*

Judici probationem fieri diximus per *l. 12. in fin. ff. de probat.* qui proinde judicat prout relligio ei ſuggerit. *l. 79. §. 1. ff. de judic.* eamque fidem teſtibus tribuit, quam pro animi ſui ſententia mereri putat. *l. 3. in pr. §. 1. 2. ff. de Teſtibus.* Unde quæſtio illa an judex ſecundum acta & probata, an ſecundum propriam ſcientiam judicare debeat. De qua ſequenti capite.

Probari debent ea quæ facti ſunt, non quæ juris, quæ certa ſunt, & judici cognita eſſe debent, 6
l. 2. ff. de jur. & facti ignorantia, quapropter allegari ea ſufficit, imo ſi non allegentur, à judice ſuppleri debent. *l. unic. Cod. ut quæ deſint Advocat. part. jud. ſuppleat.* Nec movet, quod ſubinde inter Advocatos controvertatur, quid certi juris ſit, quod cumulata Doctorum auctoritate velut communi opinione quandoque probare conantur, quorum ille hoc, alter illud certi juris eſſe dicit, quoniam quid certi juris ſit non ex Advocatorum & Doctorum probatione atque auctoritate, ſed ex ipſa lege & Principum conſtitutionibus judex diſcere debet, qui non de opinione, ſed de veritate inquirere debet. *pr. Inſt. de offic. judic. Novell. 82. in fin.* quæ quidem præſumptionem juris pro ſe habet, veritatis tamen plena probatio non eſt: omnis enim opinio, quæ ut plurimum ex animi paſſionibus regitur, licet multorum adſtipulationibus ſuffulciatur, falſa eſſe poteſt, præſertim in jure noſtro, ubi toties eſt compertum communes & accumulatas illas DD. opiniones, quoties ad certa juris fundamenta deducantur, aperte falſas eſſe, & nihil minus quam jus certum continere: nec mirum, quum hujus aut alterius Doctoris auctoritati tantum olim fuerit conceſſum, ut ne quidem ulterius de ipſius opinionis ratione quæſitum fuerit, &, quod difficilior quibuſdam fuerit certi juris inveſtigatio, Doctorum auctoritas, pro ſufficienti juris probatione, magno certi juris præjudicio fuerit admiſſa. Sed & inter DD. ipſos alter alterum magno agmine ſine ulteriori aut juris, aut rationis cenſura, velut grus gruem ſecutus ſit. Quod ne noſtratibus accidat, in ſuperioribus curiis ſummo jure introductum eſt, ne Advocatorum conſultationibus & præjudiciis aliqua apud eos ſit auctoritas, ſed & præterea conſtitutum, ut ſi cauſa quæ in jure conſiſtit majoris ſit momenti, aut altioris indaginis, non ſimplici Advocatorum juris allegationi ſtandum ſit, ſed in ſcriptis cauſa inſtruatur, by memorien / ende advertiſſement van Rechten / ad hoc ut tanto certius de jure per judicem inquiri poſſit.

Probatio omnis debet eſſe plena, & ſufficiens, quæ conſcientiam judicis ſatis inſtruere poſſit, 7
aut ſi minus plena ſit, aliis adminiculis ita adjuvari & ſuppleri debet, ut plenæ probationi æquivaleat, de qua ſuo loco. Plena probatio fit per inſtrumenta vel teſtes.

D. XXII. IV. Cod. IV. XXI. *De fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.*

Inſtrumenta ſunt tabulæ vel ſcripturæ ad fidem rei geſtæ confectæ, *l. 1. ff. de fide Inſtrumentor.* 8
l. 7. ff. de feriis. l. 99. §. ult. ff. de Verb. Signific. veluti ſunt obligationum inſtrumenta, Apochæ, Antapochæ, & ſimilia.

Inſtrumenta alia ſunt publica, alia privata. Publica ſunt, quæ auctoritate publica confecta 9
vel corroborata ſunt. Qualia ſunt acta publica tam judiciorum, quam extrajudicialium negociorum *l. 2. Cod. de edendo. l. 31. Cod. de Donationib.* & ea inſtrumenta quæ à Tabellionibus præſentibus teſtibus fiunt *Novell. 45. & Nov. 73.*

Cod. X. LXIX. *De Tabulariis, Scribis, logographis &c.*

Tabelliones, quos Notarios vocamus, ſunt perſonæ publicæ à magiſtratu loci, ubi illud offi- 10
cium exercere velint, cognita earum fide, ad inſtrumenta inter partes conficienda nominatæ, & à Suprema poteſtate, prævio Senatus Præſidialis examine conſtitutæ. Vid. *Placit. Holland. Ordd. 20. Martii 1624.* Idem de Brabantiæ moribus teſtatur Zyp. *Notit. Jur. Belgici, lib. 2. tit. de juriſdict. omn. jud. num. 31.*

In Gelria viciniſque regionibus à Scribis & actuariis publicis illa expediri moris eſt, quibus omnia

11 omnia inſtrumenta publica judicialia ſunt, & coram magiſtratu loci ab actuario publico conficiuntur. Qui nec propterea notarialibus inſtrumentis noſtris aliquid deferunt, niſi & illa à magiſtratu loci legali, ut loquuntur, atteſtatione ſint recognita, qua profitentur eundem Notarium eſſe hominem bonæ fidei, Notarium publicum, cujus in omnibus coram ſe ſolenniter confectis publica fides ſit.

Quamvis alias inſtrumento, quod ex longinqua regione affertur, fides adhiberi debeat, ſi producens ſit bonæ, & integræ famæ, & juret eſſe verum, & à publica perſona confectum, ut per practicam Azonis, Durandi, Papienſis, & ſimul in Germania uſitatum refert Berlich *practic. concluſ. part. 1. concluſ. 44. num. 34.* Ubi tamen pro cautela addit, tutius eſſe, ut is qui inſtrumento ex longinquis regionibus uti velit, in rei fidem teſtimoniale ſcriptum ſecum adferat, publico aliquo ſigillo munitum, per quod teſtificetur, eum qui inſtrumentum illud, talem rem comprehendens ſcripſit, publicum Notarium atque legalem eſſe.

Germania, Gallia, Italia & Hiſpania ſuos etiam habent tabelliones, nulli conditioni, ut apud Romanos, de qua in *l. 1. 2. & ult. Cod. de Tabulariis*, & latius ſupra *cap.* 8. addictos, ſed in honore & dignitate conſtitutos.

12 Ad Notarii munus ſpectat ut prothocollo ſit inſtructus, in quo omnia referat quæ proponuntur, debent perſonas coram ſe comparentes bene noſſe, aut ſi dubitent, teſtes tales adhibere qui eos noverint, cujus etiam mentionem facere debent, deinde rem geſtam rite notare, & ut partes de rebus bene geſtis certiores ſint ſolennibus clauſulis cavere. Nomina, cognomina, officia, & domicilia eorum, ad quorum rogationem ſcribunt, locum, annum, menſem, & diem contractus apponere, ipſumque inſtrumentum, juxta ſua, ac teſtium ſubſcriptione ut muniatur curare debent, in qua à cæteris actibus judicialibus differunt, quod illa partium ſubſcriptione non indigeant.

Hujus inſtrumenti authenticum prothocollo ſuo inſerere debent, cujus exemplar in mundum redactum partibus ſuo nomine & ſyngrapho corroboratum edunt, ipſum authenticum reconditum ſervare debent, ut omni tempore his, quorum intereſt, ejus copia dari poſſit. Ita conſtitutum *Plac. 4. Octob.* 1540. *art.* 13. eorumque inſtrumentis ita editis publica datur fides, haud ſecus ac ſi coram magiſtratu aut judice loci confecta fuerint. *l. 10. ff. de probat. l. 31. Cod. de donationib. l. 2. ff. de fide inſtrument. l. 7. & auth. ſeq. Cod. de Edendo.*

13 Circa quæ tamen obſervandum eſt, eorum inſtrumentorum, quæ nomina & obligationes vocare ſolemus, quibus quis alteri ſe debere confitetur, non niſi ipſum exemplar quod primo editur plene probare, cæteras vero ejuſdem obligationis copias, etiamſi publica & opti-
14 ma fide ex authenticis ſint deſcriptæ, non probare ad condemnandum, niſi juſtam ob cauſam authenticorum & originalium inſtrumentorum primum exemplar veluti incendio, aliove infortunio ſit amiſſum. Amiſſio enim inſtrumenti rei veritati non obſtat, modo ea aliter probari poſſit. *l. 6. 7. 8. Cod. de probat. junct. l. 57. in pr. ff. de adminiſtrat. tutor.* Quo caſu ſi creditori juramento veram prioris exemplaris amiſſionem confirmaverit, ſub indemnitatis cautione, quod ſi poſtmodo reperiatur, ex ea nulla detur actio; ex ſimplici copia agere, aut debitorem ad novam obligationem conſcribendam compellere poteſt. *arg. d. l. 57. ff. de adminiſtrat. tutor.* Vide Andr. Gail *lib. 2. obſerv.* 37. & quæ ſupra *lib. 4. cap. 33. num.* 4. quæ exempla, & quomodo ad plenam probationem ſufficiant, ſcribit idem Gail *lib. 1. obſerv. 94. num. 2. & obſerv. 134. num.* 24.

15 Si in ipſo inſtrumento ſimulate aut abuſive quid ſit conceptum, quod tamen ex veroſimili mente & contrahentium aut conſtituentium intentione aliter elici poſſit, nihil veritati obſtabit, quia plus valere debet quod agitur, quam quod ſimulate concipitur. *tot. tit. Cod. plus valere quod agit.* Sive ſimulatio illa contingat de perſona in perſonam, quum alius contrahens pro alio ſubornatur. *l. 2.* aut de alio ſcribitur, quod de alio actum eſt. *l. 4. Cod. eod.* ſive de contractu in contractum, veluti ſi res ipſa pignus accipiatur, & ſimulate ematur, qui revera eſt & manet pignoratitius contractus. *l. 3. Cod. eod.* ſive de re in rem, cum pro pecunia data de frumento ſcriptum eſt, aut vice verſa. *l. 7. §. 3. ff. ad Senatuſconſult. Macedon.* Ut plerumque apud nos fieri ſolet, quibus debitorum obligationibus ex quibuſvis cauſis reſultantibus, ſæpiſſime numeratæ pecuniæ cauſa apponitur.

Cod. IV. XXII. *Plus valere quod agitur quam quod ſimulate concipitur.*

16 Publicis inſtrumentis etiam annumerantur omnia inſtrumenta, omneſque actus in quibuſvis collegiis publicis celebrati, & confecti. His enim perſonis, quæ alicui officio publico publica auctoritate ſunt præpoſitæ, licet publicæ perſonæ, & Notarii non ſint, plena fides adhiberi debet. *arg. l. 2. Cod. de offic. Civil. jud.* Ut poſt Bart. Bald. Jaſon. & Menoch. *de arbitrar. jud.*

lib. 2. *centur.* 1. *caſu* 91. *num* 12. concludit Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 36. *num.* 20. etiam in rebus ad ipſum collegium ſpectantibus. Quamvis enim præpoſiti illi teſtimonium ferant de actu à ſe geſto, in commodum ipſius collegii ſive corporis cui præpoſiti ſunt, illud tamen non ſui, ſed officii ratione exequuntur, cujus cauſa ipſi in perſonis ſuis, neque commodum, neque incommodum, neque laudem, aut vituperium exſpectant, haud aliter quam Notariis atteſtantibus aliquid eſſe à ſe ſcriptum, aut nunciis referentibus ea quæ ad officium ſuum ſpectant, creditur. Ut poſt Cyn. Salicet. Alexandr. Bart. & alios optime diſtinguit idem Menoch. *d. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 99. *num.* 2. 3. 4.

His adde libros in quibus tributa, reditus, & annui cenſus conſcribuntur, per text. *cap. ad audientiam.* 13. *extr. de præſcript.* & libri ex archivis publicis deſumpti, licet nullo alio adminiculo juventur, quam quod ibi ſint & ab antiquo fuerint, ſuper eo quod iis continetur, fidem faciunt. *auth. ad hæc. verſ. Item & charta. Cod. de fide inſtrumentorum.* 17

Quo pertinent Eccleſiarum, Noſocomiorum, Orphanotrophiorum, aliorumque publicorum collegiorum, antiquorum redituum libri rationales, quibus ſolis creditur, licet nullis aliis adminiculis adjuventur. *arg. l.* 10. *ff. de teſtib. l.* 29. *§. ſed ne aliqua. Cod. de Teſtam.* Publici etiam inſtrumenti jure gaudet quælibet ſcriptura à tribus teſtibus ſubſignata. *l.* 11. *ff. Qui potiores in pignore.* Sed hoc ſingulare eſt, in pignoris prælatione, quod ad exemplum non trahitur, ſic ut in reliquis ſit & maneat privata ſcriptura, cui nulla major fides, quam ſi duobus teſtibus eſſet confirmata, quæ etiam plene probat, ſed privata non publica auctoritate.

Privata inſtrumenta ſunt quæ à privato homine confecta, nulla auctoritate publica firmantur. 18
Qualia ſunt Codex rationum, *l. penult. ff. de reb. credit. l. ult. ff. l.* 6. *Cod. de probat.* Privata annotatio quæ memoriæ cauſa fit. *l.* 7. *Cod. de probat.* Chirographum. *l.* 10. *Cod. de fide inſtrument.* Apocha privata, qua creditor ſibi ſolutum profitetur, & antapocha qua debitor ſe ſolviſſe notavit. *l.* 19. *Cod. eod. l.* 34. *ff. mandati.*

Hæc contra ſcribentem etiam plene probant, ſi modo per eum conſcripta eſſe conſtet. *l.* 30. *ff. de Verb. obligat. l.* 26. *§. ult. ff. depoſiti. l.* 25. *in princ. ff. de probat. Auth. ſi quis Cod. qui pot. in pignor.* non contra tertium *l.* 11. *Cod. eod.* aut pro ſcribente, ſi non aliis adminiculis adjuventur. *l.* 5. 6. 7. *Cod. de probation. l.* 6. *Cod. de Teſtament. l. ultim. Cod. de conven. fiſci debitor.*

Sed hoc in publicæ mercaturæ favorem introductum eſt noſtris, & aliorum moribus, ut li- 19
bris mercatorum, in quibus adverſarius fidem ejus ſecutam inficiari haud poſſit, pro ſcribente credatur, ſi is ſolenni juramento rationum ſuarum veritatem affirmare ſit paratus. Quod ita limitatur, ut ſiquidem neget adverſarius contractum cum mercatore habitum, liber mercatoris nihil efficiat, ſin vero contractus non negatur in totum, ſed quæſtio tantum ſit pretii quantitate, aut ſimili circumſtantia, ejuſdem libris juramento aut more confirmatis ſtandum ſit. Ita tamen, ut is fuerit homo integræ opinionis & rationes propria manu conſcripſerit, iiſque dies, menſis, annus, data, & accepta, & obligationis cauſa contineantur. Per ea quæ tradunt Nicol. de Paſſerib. *de privat. ſcriptur. lib.* 4. *cap.* 21. *de libr. mercator. num.* 11. 30. & 82. Maſcard. *de probat. concluſ.* 976. *num.* 28. & *concluſ.* 977. *num.* 33. Andr. Gail *lib.* 2. *obſerv.* 20. *num.* 8. Chriſtin. *volum.* 3. *deciſ.* 25. *num.* 1. Berlich. *pract. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 36. *num.* 46.

D. XXII. V. Cod. IV. XX. *De Teſtibus.*

Poſt inſtrumentorum probationes veniunt teſtes. Qui ut probent, ad minimum duo numero 20
eſſe debent. Ubi enim teſtium numerus expreſſus non eſt, duo ſufficiunt. *l.* 12. *ff. de Teſtibus.* niſi ex cauſa plures exigantur; veluti in conſuetudine probanda, ubi teſtes per turbas produci, & major vel ſaltem ſanior pars populi teſtimonii perhibendi cauſa audiri, & examinari ſolet. *l.* 1. *§. ult. l.* 3. *§.* 2. *ff. de Teſtib. DD. ad l.* 32. *ff. de legib.*

Jure Romano in teſtamentis ſeptem *§.* 3. *Inſtit. de teſtam. l.* 21. *Cod. eod.* In Codicillis quinque *l. ult. §. ult. Cod. de codicill.* & in inventarii confectione tres requirebantur. *Novell.* 1. *cap.* 2. *§.* 1. *verſ. Si vero abſunt.* Sed quæ moribus ad inſtar reliquorum negotiorum ad Notarii publici & duorum etiam teſtium ſolennitatem redacta eſſe ſuis locis notavimus.

Teſtes ſunt perſonæ quæ rei dubiæ & controverſæ fidem faciunt. *tit. ff. & Cod. de teſtib.* 21

Teſtes poſſunt eſſe omnes qui non prohibentur *arg. l.* 43. *§.* 1. *ff. de Procurator. l.* 12. *in pr. ff. de judic.*

Probibentur eſſe teſtes vel in totum, vel in quibuſdam tantum cauſis.

In totum prohibentur illi qui ipſa natura prohibentur, veluti ſunt impuberes, *l.* 3. *§.* 5. *ff. de teſtibus. junct. l.* 9. *l.* 18. *Cod. de teſtib.* Mente capti *§.* 8. *Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Item hi

qui

qui ſunt infames, & publico judicio damnati, qui enumerantur in l. 3. §. 5. ff. de teſtib. l. 15. l. 18. l. 21. ff. eod.

In certis ſolummodo cauſis prohibentur eſſe teſtes: Omnes & ſinguli in cauſis propriis & domeſticis, aut ad ſe quoquam modo pertinentibus, l. 10. ff. & Cod. de teſtib. l. 3. Cod. eod. l. 24. ff. eod. Quod & ad cedentem in cauſa ejus cui ceditur, ad venditorem in cauſa emptoris arg. l. 4. §. 3. ff. de Appellat. Itemque ad Advocatum & Procuratorem in ea cauſa quam patrocinatur, vel perſequitur, extenditur. l. ult. ff. de Teſtibus. Uti judicatum referunt Sande Friſiæ cur. deciſion. lib. 1. tit. 10. defin. 4. Anton. Fab. Sabaud. cur. definit. ad tit. Cod. de probationib. defin. 19. niſi & ipſi ab adverſa parte in teſtes provocentur: quo caſu ad teſtimonium dicendum admitti, & cogi poterunt. arg. l. 14. §. 1. Cod. de judic. Ita in Gallia receptum teſtatur Mornacius ad l. 4. ff. de Teſtibus. Ann. Robert. rer. judicat. lib. 2. cap. ult. In Belgio Chriſtin. volum. 1. deciſ. 83. Quo caſu tamen ſecreta ſibi à cliente commiſſa pandere, nec debet, nec poteſt, per text. cap. Sacerdos. De pœnitentia diſtinct. 6. cap. omnis. 2. extr. de pœnitentia. Ita deciſum referunt Argentr. ad conſuetud. Britt. art. 157. Chriſtin. dict. deciſ. 83. num. 1.

Ad domeſticos referuntur non tantum parentes, liberi, & fratres, l. 6. Cod. de teſtib. Vir & Uxor. l. 195. §. 1. ff. de verb. Signif. l. 1. §. 15. ff. ad Senat. Syllan. aut reliqui conſanguinei, ſed & famuli mercede conducti quamdiu ſerviunt l. 6. ff. de teſtib. l. 11. §. 1. ff. de pœnis.

Plures enumerantur in l. 3. ff. de Teſtib. Sed moribus noſtris quilibet audiuntur ſalva eorum reprobatione vel quoad perſonam, vel quoad dicta, in quibus multum judicis arbitrio committitur, quantum ei fidei tribuat l. [illegible] §. 1. & 2. l. 21. §. 1. ff. de Teſtib. Buſ. ad d. l. 3. §. 1. Zyp. Notit. Jur. Belg. lib. 2. tit. de Teſtibus. num. 3. Bugnon. de legib. abrogat. lib. 1. Satyr. 108.

22 Quum & publice, & privatim interſit rei veritatem cognoſcere, hi qui alicujus rei notitiam habere dicuntur, neque excuſandi cauſam habent, ad teſtimonium dicendum & de veritate dicenda juramentum præſtare inviti cogi poſſunt l. 16. Cod. de Teſtib. pignoribus captis, aut mulctæ indictione, l. 19. Cod. de teſtib. & tot. tit. extr. de Teſtibus cogend. quod moribus noſtris per perſonalem apprehenſionem adverſus invitos peragitur, vulgo gyſelinge / in qua ſi dato termino in detrectatione ſine cauſa perſtiterint, in facti æſtimationem condemnari ſolent. Vide Andr. Gail lib. 1. obſ. 100. Ne tamen officium alicui ſit damnoſum, Teſtes antequam teſtimonium dicant expenſas & ſalarium petere poſſunt l. 16. §. 1. Cod. de teſtib. Quod à judice pro re nata in anteceſſum taxari ſolet, ſecundum Inſtruct. Holland. cur. art. 130. Vid. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 99. Papon. lib. 6. tit. 12. arreſt. 6. Guidon. Pap. deciſ. 68. num. 6.

23 Qui iſtam recuſandi cauſam habent ſunt decrepiti ſenes & alii qui propter ſexuum imbecilitatem, à dicendo teſtimonæ excipanter, l. 8. ff. de teſtib. domeſtici & qui in propriis ſuis cauſis, aut à ſe pertinentibus, teſtimonium dicitur riſum, l. 10. & l. 24. ff. l. 3. & l. 6. Cod. de Teſtib. conſanguinei. l. 4. & ſeqq. ff. de teſtib. & affines, qui inter ſe parentum liberorumq; loco ſunt. d. l. 4. & ſeq. junct. l. ult. in princip. ff. de Gradib. Quouſque vero conſanguinitas teſtimoniis dicendis impedimento eſt, certo definitum non eſt, quare & illud judicis arbitrio committendum. Vid. Jul. Clar. §. final. quæſt. 24. num. 21. Teſſaur. deciſ. 41. Merul. prax. civil. lib. 4. tit. 65. cap. 4. Ad plenam probationem teſtes ut minimum duos requiri ſupra diximus per l. 12. ff. de teſtib. Qui propterea in depoſitionibus ſuis circa narrationem negotii aut facti convenire, & conſonantes eſſe debent. Alioqui ut ſingulares conſiderabuntur nec fidem facient l. 9. §. 1. Cod. de teſtib. l. 20. ff. de Quæſtionib. Vid. Marant. part. 6. tit. de confeſſ. num. 14. Maſcard. de probat. concluſ. 347. num. 55. 56. Ant. Fab. ad Cod. lib. 4. tit. 15. defin. 46. Carpzov. defin. for. part. 1. conſtit. 16. defin. 40.

Hactenus de probationibus plenis, per inſtrumenta, vel teſtes ad minimum duos omni exceptione majores. Sequitur ut de ſemiplenis probationibus agatur, & quibus adminiculis illæ adjuvari poſſint, & debeant. Sed priuſquam ad eas accedamus, monendum eſt & alia quædam eſſe quæ quidem directo non probant, ſed pro probatione cedunt, ejuſdemque ſunt effectus. Veluti ſunt confeſſio adverſarii, inſpectio judicis, evidentia facti, & jusjurandum.

24 Confeſſio eſt declaratio facti, coram judice competente facta; cujus vi confeſſus pro judicato habetur, neque alia probatione opus eſt. l. unic. Cod. de confeſſ. l. 1. & tot. tit. ff. eod. l. 26. ff. de re judicata. Anton. Fab. ad Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 53. num. 13. Matth. Coler. de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 3. num. 99. Dan. Moller. lib. 4. Semeſtr. 43. neque contra eam ulla appellatio admittitur. l. 2. Cod. Quorum appell. non recip. Hinc, moribus noſtris à condemnatione in voluntariam ceſſionem lata, vulgo willige condemnatie / nulla datur appellatio; quia ei ſemper obſtat proprius conſenſus & mandatum condemnatorium ei inſertum. arg. l. 1. ff. de confeſſis. Ut ſuo loco notavimus. Neque plenior & melior probatio quam ipſa ac propria rei confeſſio dari poteſt. l. 9. Cod. de probat. l. 14. Cod. de rei vindicat. cap. per tuas. extr. de probat. & cap. Si cautio. extr. de fide Inſtrument. Vide Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 59. num. 39.

D. Rub. 11. Cod. VII. lib. De Confeſſis.

& lib. 1. quæſt. 1, num. 37. Et de recuper. poſſ. remed. 1. num. 217. Andr. Gail *lib. 2. obſerv.* 106. *num. 2.*

Dixi *coram judice*] Quia extrajudicialis confeſſio vere non probat, ſed ſemiplenam tantum 25
efficit probationem, *l. unic. Cod. de confeſſ. l. 6. §. 3. ff. eod.* l. 58. *§. ult. ff. de Ædilit. edict. junct. l. 4. l. 7. ff. de probat. l. 47. ff. de re judic.* Vide Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 41. num. 2. circa med.* Maſcard. *de probat. concl.* 347. Marant. *prax. part. 6. tit. de confeſſ. num. 2.* Nicol. Everhardi *conſil 72. num. 5.* Niſi parte præſente & expreſſa cauſa facta, duobus teſtibus probetur, quo caſu Stipulationis loco eſt. *l. 26. §. fin. ff. depoſiti. l. 25. §. fin. ff. de probat.* Vid. Maſcard. *de probat. concluſ.* 345. *num. 1. 5.* Idem Marant. *d. loco.* Hartmann. Hartmanni *obſerv. 1. num. 1.* Nicol. Everhard. *conſil.* 186. *num. 11.* Specul. *tit. de confeſſ. §. nunc videndum. num. 5.* Coſſal. *ad l. 26. depoſiti*, Surd. *deciſ. 12. num. 1.* Aut in ſcriptis facta ſit, qualis confeſſio deliberata eſſe præſumitur. *cap. Si quis juratus. 2. quæſt.* Luc. de Penna in *l. 3. Cod. de Apoch. public. præſumpt.* 49. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 61. n. 1.* & in tantum probat moribus noſtris, ut adverſus eum qui chirographum ſuum agnoſcere cogitur, nec inficiari poteſt, fiduciaria decernatur condemnatio, non obſtante exceptione oppoſita *arg. l. 25. §. final. ff. de probat. junct. l. 20. in fin. ff. de donationibus.* Rebuff. *ad conſtit. Reg. tract. de chirograph. recognit. in præfat. num. 25. & ſeq.* Boër. *deciſ. 295. num. 13. & ſeq.* Jac. Curen *rer. judicat. obſerv. 35. litt. V. in notis.* Quemadmodum & illa confeſſio quæ geminata aut iterata à parte acceptata eſt. Maſcard. *de probation. d. concluſ. 347. num. 37. & num. 122.* Marant. *d. tit. de confeſſ. num. 15. & num. 18.* Anton. Fab. *ad Cod. tit. de probat. definit. 25. num. 2.* vel tendat ad liberandum debitorem. Maſcard. *d. concluſ. 347. num. 60. & ſeqq.* Teſſaur. *deciſ.* 109. Anton. Fab. *ad Cod. tit. de Teſtibus. defin. 31.* Berlich. *practicab. concluſ. part. 1. concluſ. 36. num. 12.* quibus caſibus confeſſio etiam extrajudicialis adverſus confitentem plene probat.

Hoc tamen notandum confeſſionem aliquibus circumſtantiis qualificatam, non niſi cum ſua 26
qualitate acceptari, nec dividi poſſe, veluti ſi promiſiſſe quidem fateor, ſed ſub certa conditione, confeſſio illa non nocebit, ac perinde ac ſi factum prout opponitur negatum eſſet. text. eſt in l. 9. *Cod. de Exceptionib.* Unuſquiſque enim verborum ſuorum optimus interpres. l. 39. *ff. de oper. libert.* niſi qualitas adjecta plane ſit diverſa & à confeſſionis facto aliena, veluti ſi debitum quidem agnoſcam, ſed ſolutum eſſe, aut pactum de non petendo adjiciam, quo caſu confeſſio debiti acceptari, & adjecta ſolutio, aut non petendi pactum reſpui poteſt, quæ quum ad ipſius debiti cauſam non pertineant, ſeorſim probari debent, quod niſi fiat, confeſſioni omnino ſtandum eſt. Vide Marant. *prax. aur. part. 3. tit. de confeſſ. num. 27.* Boër. *deciſ. Burdigal. 263. & 339.* Card. Tuſc. *pract. concluſ. lit. C. concluſ. 673.* Alexand. *vol. 1. conſil. 87.* Surd. *deciſ.* 258. Grivell. *deciſ.* 12. Hieron. Cævall. *Spec. comm. opinion. quæſt.* 362. Andr. Gail *de Pace publ. lib. 11. cap. 27.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 7. tit. 24. defin. 1.*

Oculari inſpectione ſive demonſtratione parte præſente judici facta agrorum limites, & præ- 27
diorum ſervitutes, probari optimo modo poſſunt. *l. 8. ff. finium regundor.* Quæ vel à partibus in anteceſſum fieri petuntur, vel ab ipſo judice, ſi quando cauſa id poſtulet, partibus fieri imponuntur. Quæ ſi artificialis ſit, ejuſdem artis peritioribus committitur, qui judici de compertis fidem faciunt, veluti ſi de agrorum menſura pro diſcernendis limitibus quæſtio ſit, agrimenſorum opera utimur, ſi de vulnere lethali, aut de incurabili coëundi defectu inter conthorales pro matrimonio ſolvendo, aut de prægnata aut non prægnata muliere quæſtio ſit, medicis & obſte-

D. XXV. IV. *De inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu.*

tricibus inſpectio committitur, iiſque in arte ſua plena adhibetur fides. l. 1. *ff. de ventr. inſpic. cap. laudabilem. in pr. extr. de frigid. & malef. cap. nec aliqua. cap. propoſuiſti. extr. de probat.* Vide Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. Rubric. 1. des juſtices & droict. §. 6. in verb. par leurs Sermens. num. 8. 9.*

In cæteris evidentia facti & notorium plenam facit probationem, nulla enim eſt melior pro- 28
batio quam quæ fit per aſpectum, & evidentiam rei, *cap. evidentia. 9. extr. de accuſat. cap. de manifeſta. 17. cauſ. 2. quæſt. 1. cap. ſuper. 3. extr. de teſtib.* & notoria nulla probatione indigent, modo conſtet notoria eſſe, & pro notoriis haberi quæ proponuntur. Vide Specul. *tit. de probationib. §. 3. num. 9.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 9. num. 4. & ſeqq.* Matth. Coler. *de Proceſſ. executiv. part. 1. cap. 3. num. 51. & ſeqq.* Mynſinger. *centur. 6. obſerv. 3.* Et quid ſit notorium, & ex quibus inducatur, & probetur vide Menoch. *de arbitrar. judic. lib. 2. centur. 2. caſ. 166.* & Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ. 1107.* & Ant. Butring. *tract. de Notorio.*

Jusjurandum etiam pro probatione cedit, ſi quis adverſario deferente, vel utriuſque partis conſenſu

ſenſu delatum & præſtitum jusjurandum probaverit. *l.* 1. *Cod. de reb. credit.* quod pro veritate habetur. *l.* 5. *§.* 2. *ff. de Jurejurand.* Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. quæſt.* 1. *num.* 36.

29 Semiplena aut minus plena probatio eſt, quæ quidem aliquo modo probat, ſed minus plene quam ut ex ea cauſa decidi poſſit, veluti ſi per unum tantum teſtem probetur. *l.* 3. *Cod. de reb. credit. junct. l.* 9. *§.* 1. *Cod. de teſtib.* Quæ licet ipſa per ſe probationem inducere non poſſit, hoc tamen efficit, ut is qui ſemiplene ſuam intentionem probaverit, ad jurisjurandi ſupplementum præſtandum admittatur.

30 Jusjurandum eſt divini numinis adſumptio ſive conteſtatio, ad id quod aſſeritur confirmandum.

Aliud eſt judiciale, quod propter controverſiam præſtatur & in litem incidit, aliud extrajudiciale, quod alterius negotii cauſa præſtatur, quo negotium, quod geritur, geſtumve eſt, arctius confirmatur.

D. XII. II. *De jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali.*

31 Judiciale quod ad litis deciſionem pertinet, de quo hic potiſſimum agitur, communiter ita diſtinguitur, ut aliud ſit voluntarium, aliud judiciale, aliud neceſſarium. Voluntarium quod pars parti extra judicium defert. *l.* 17. *in pr. l.* 28. *§. ult. de Jurejurando.* Judiciale eſt quod pars parti defert in judicio. *l.* 12. *§.* 1. *Cod. de reb. cred. l.* 34. *§.* 6. *ff. de Jurejur.* Neceſſarium eſt quod in dubiis cauſis à judice defertur *l.* 3. *l.* 12. *Cod. de reb. cred. l.* 31. *ff. de Jurejur.* Ex his, ſi quis juraverit nemine ei jusjurandum deferente, ex eo nulla datur actio. *l.* 3. *in pr. ff. de Jurejur.* Itaque deferri & acceptari debet, poſtquam enim delatum & acceptatum fuerit, tranſit in contractum, & pactum quod ſervari debet. *l.* 7. *§.* 2. *ff. de pact.*

32 Utrum vero delatum juramentum acceptandum ſit, neque parti oblatum recuſari poſſit? Diſtiguendum eſt inter juramenta judicialia & neceſſaria. Ut judiciale quidem juramentum quod à parte parti in judicio defertur, æque ac voluntarium recuſari poſſit; neceſſarium vero, quod à ſolo judice ex cauſa defertur, recuſari non poſſit. Ita ut tunc demum locus ſit regulæ *l.* 38. *ff. de Jurejurando.* Manifeſtæ turpitudinis eſſe nolle nec jurare, nec juramentum referre, à partibus enim ſtare non debet, à communi probationis medio declinare, & pro lubitu, ad extraordinarium jurisjurandi remedium recurrere, quod ſi deferatur acceptari vel referri quidem poteſt, ſi in id convenerit, & acceptans tanquam ex pacto convento in id condemnatur. Recuſatum vero, (ſive à reo actori, qui intentionem ſuam ordinario modo probare, ſive ab actore reo deferatur, qui negationi ſuæ ſtare maluerit) utrum bene vel male recuſatum ſit, judicis arbitrio committitur, qui actore nihil, aut minus quam ſemiplene probante, poſthabita juramenti delatione, reum abſolvere debet, *l.* 4. *in fin. Cod. de Edendo. cap. fin. in pr. extr. de Jurejur.* Sic ut & ipſum judiciale juramentum, quod in judicio defertur, voluntarium ſit, & ex voluntate litigantium totum dependeat, an illud ſuſcipere, vel non ſuſcipere velit. *l.* 17. *in pr. ff. de Jurejur.* Neque ex ipſa delatione, ſed ex prævio judicis juſſu, ſi ita illi videbitur, ad id reus conſtringi poſſit ut aut præſtet, aut ab actore præſtari patiatur. Vide Anton. Fabr. *ad Cod. lib.* 4. *tit.* 1. *defin.* 3. *& defin.* 23. *num.* 1. *& defin.* 45. *num.* 10. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 14. *defin.* 14. 15. Quum enim multi homines religionis contemtu admodum ſint faciles ad jurandum & quandoque ad pejerandum, alii perquam timidi & ad ſuperſtitionem uſque abhorrentes. *l.* 8. *in pr. ff. de condit. inſtit. l.* 21. *Cod. de fide inſtrum.* non immerito in praxi eſt receptum, ut nullum juramentum admittatur, nec præſtitum alicujus momenti habeatur, niſi aut in judicio parti rite delatum, ſuper eo à judice ſit pronunciatum, aut alterutri partium cauſa cognita à judice ex officio fuerit impoſitum. Facit text. *in l.* 12. *Cod. de reb. cred. in fin. pr. l.* 38. *l.* 34. *§.* 6. *ff. de Jurejur.* Vide Daniel. Moller. *lib.* 2. *Semeſtr.* 36. Carpzov. *Proceſſ. tit.* 11. *art.* 1. *num.* 2. *& num.* 8. *& art.* 2. *num.* 12.

33 Jure Veteri interrogatoriæ actiones proditæ erant, quibus adverſarius ante judicium ſuſceptum de ſuo jure reſpondere tenebatur, ſed quæ poſtmodo ſublatæ ſunt eatenus ut nemo cogatur ante judicium de ſuo jure reſpondere, *l.* 1. *ff. de Interrogat. in jure faciend.* neque aliter quam poſt litem conteſtatam, vel poſt ſententiam interlocutoriam admittuntur. *d. l.* 1. *§.* 1. *& l. pen. ff. eod.* Quod in diverſis tribunalibus etiam num obtinet, ut partes utrimque articulos ſeu poſitiones adverſariis ſuis proponant, ad quas adverſarii ſub juramento calumniæ reſpondere tenentur per verbum *credit, vel non*, uti loquuntur, quæ ad hoc proſunt, ut ſecundum ea quæ ille negavit aut ſimulate reſpondit, teſtes examinentur, ita in Friſia paſſim obſervatur, & de Curiæ Ultrajectinæ praxi teſtatur Radelant *deciſ. Ultrajectin.* 107. *num.* 2. de Germaniæ moribus vide Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 95. Idem in Gallia uſitatum teſtatur Rebuff. *ad conſtit. Reg. tom.* 3. *tract. de Reſponſ. per credit.* Quod & Hollandiæ *Inſtruct. art.* 128. cautum. Sed cum ipſo calum-

D. XI. II. *De interrogationibus in jure faciendis & interrogatoriis actionibus.*

Cod. XI. XIX. *De jurejurando propter calumniam dando.*

Digitized by Google

lumniæ juramento inter partes juxta *tit. Cod. de Jurejurando propter calumniam dando.* (quod ab uſu receſſit) propter perjurii periculum minus frequentatur, ſic ut interrogationum ſolennium uſus, vulgo hangen op articulen / in criminalibus quidem cauſis adverſus reos, in praxi ſit receptus, in civilibus vero non niſi adverſus ipſos teſtes, & dicta eorundem admittatur. Vide Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 44. cap. 5. in fin.* Groeneweg. *de legib. abrogat. ad tit. ff. de Interrogat. in Jure faciend.* Illud tamen calumniæ juramentum, quod ab Advocatis, & Procuratoribus præſtari ſolet ſecundum *l. 2. Cod. de Jurejur. propter calumniam dando.* nobis non in ſingulis cauſis, ſed in ipſa adſumpti muneris inauguratione præſtari ſolet, quod coram Hollandiæ Curia quotannis renovatur. *Inſtruct. Holland. Cur. art. 71.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit 44. cap. 3. num. 1.* Groeneweg. *ad d. l. 2. Cod. de Jur. propt. calumn.* & *§. 1. Inſtit. de pœna temere litigant.* De aliorum moribus vide Faſch. *de differ. Jur. civil. & Saxon. lib. 1. diff. 47.* Reinhard. *differ. 81.* Rebuff. *ad conſtit. Reg in proœm. gloſſ. 5. num. 50.* Bugnon. *de leg. abrogat. lib. 1. ſat. 3.* Gudelin. *de Jure noviſſ. lib. 8. cap. 8.* Sande *ad conſ. feudal. Gelr. tr. 3. tit. 1. cap. 4. num. 30.*

Si partes in plena probatione defecerint, neque jusjurandum judiciale in ſupplementum pro- 34
bationis alterutri partium fuerit delatum, ad officium judicis pertinet, de juramento neceſſario cogitare utrumne & illi locus eſſe poſſit aut debeat, & cuinam partium ſit deferendum; an actori pro affirmativo ſuo condemnatorium, an reo pro negativo judicii ſive litis abſolutorium ſive purgatorium injungendum ſit. Vide Alexand. *conſil. 53. num. 6. vol. 1.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 108. num. 4.* Carpzov. *defin. forenſ. part. 1. conſtit. 23. defin. 1.* Berlich. *part. 1. concluſ. 53. num. 36. & ſeqq.* Neoſtad. *deciſ. Cur. Holland. 57.* ſecundum hanc regulam, quod actore non probante reus ſit abſolvendus. *l. 9. Cod. de obligat. & act. l. 2. Cod. de probat. l. 3. Cod. de teſtib.* etiamſi nihil ipſe contra præſtiterit, ſi vero actor aut reus pro ſua intentione quid, ſed minus plene probaverint, ſic ut præſumptionem quidem pro ſe habeant, ipſam vero deciſionem importare non poſſint, *l. 3. Cod. de reb. cred. l. 9. §. 1. Cod. de teſtib.* Juramentum ſuppletorium deferendum eſt ei pro quo fortior ſtat præſumptio, qui magis probat, probior ſit, dignior, & ditior, ſive is ſit actor ſive reus. *cap. ult. verſ. Sane extr. de Jurejur.* Cæteris paribus reo potius quam actori deferri debet, quum proniores ad liberandum, quam ad condemnandum eſſe debeamus. *l. 47. ff. de oblig. & act. l. 125. ff. de Regul. Jur. l. 5. in pr. ff. de pœnis.* Vide Fachin. *lib. 1. controv. cap. 18.* Carpzov. *defin. forenſ. part. 1. conſtit. 23. defin. 6.* Merul. *prax. lib. 4. tit. 71. cap. 1. num. 11. 12. & ſeqq.* Berlich. *deciſ. 233.* & Kadelant. *deciſ. cur. Ultraject. 7.*

Præſumptio neque probatio eſt, neque pro probatione cedit, ſed onus probandi in adverſa- 35
rium transfert, *l. 2. ff. de pact. l. 8. l. 9 l. 24. ff. de probat. l. 2. Cod. eod.*

Præſumptio eſt legitima & probabilis conjectura deſumpta ex eo quod plerumque fieri ſolet. *l. 9. ff. de probat. & d. l. 2. ff. de pact. l. 18. ff. de adimend. vel transferend. legat.*

Hanc vulgo triplicem faciunt, præſumptionem aliam hominis, quum homo de aliquo quid præſumit, ex quo ad quid agendum inducitur. De qua eſt *l. 10. l. 17. Cod. de probationib.* Aliam Juris, quum jus ex aliqua circumſtantia factum aliquid præſumit. Ut in *l. 24. l. 25. in pr. §. 1. 2. & ult. ff. de probat. l. 16. Cod. eod. l. ult. in pr. ff. quod metus cauſ.* Aliam præſumptionem Juris & de Jure, quum lex aliquid ſuper eo quod præſumit ſtatuit. *l. 23. Cod. ad Senatuſconſ. Vellejan. l. ult. §. ult. Cod. ad Senat. Macedon.* Sed quæ præſumptio eſſe deſiit poſtquam jus certum, conſtitutumque eſſe cœpit. Et præſumptio hominis magis ſuſpicio & opinio eſt, quæ nullum aut perexiguum effectum in jure habet. *arg. d. l. 10. & l. 17. Cod. de probat.* Ita ut præſumptio Juris ſola ſit præſumptio proprie dicta, quæ onus probandi in adverſarium rejicit. *d. l. 9. l. 25. ff. de probat. l. 24. §. 8. ff. de fideicommiſſ. libert. l. 57. ff. de Jure dot.* eumque graviori probatione onerat, ita ut licet ſemiplene intentionem ſuam probaverit, obſtante Juris præſumptione ad juramentum ſuppletorium admitti non poſſit. per ea quæ tradunt Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 957. num. 5. 6. 7. & 23.* Mynſinger. *lib. 5. obſerv. 68.* Everhard. *conſil. 3. num. 14.* Andr. Gail *lib. 2. obſerv. 128. num. 12.* Berlich. *practic. concluſ. part. 1. concluſ. 37. num. 15. & concluſ. 54. num. 50. & 91.*

In cauſis criminalibus præſumptiones juris indicia vocari ſolent, de quibus ſuo loco.

Cæterum in dubiis cauſis ubi minus plenæ probationes & præſumptiones utrimque ſunt pares, neque juramento locus eſſe poteſt, veluti in probanda conſanguinitate, pro capienda hereditate defuncti, quæ ab utraque parte ſemiplene probatur, ſic ut dubium ſit cui partium ſit deferenda? Dividenda eſt hereditas, ut utrique parti dimidium obveniat, & ſic de cæteris ubi cauſa ita ſe habet, ut res in judicium deductæ dividi poſſint, per text. *in l. 3. verb. medietatem quandam. ff. Si pars hereditatis petatur.* Atque ita deciſum referunt Boër. *deciſ. 42. num. 39.* Teſſaur. *deciſ. 89.*

ciſ. 89. Papon. *lib.* 17. *tit.* 2. *art.* 1. 5. 6. *&* 7. ita aliquoties in poſſeſſorio à Supremo Senatu judicatum vidi inter duos de poſſeſſione contendentes, quorum probationes utrimque erant pares. per ea quæ tradit Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *quæſt.* 56. *num.* 3.

CAP. XXX.

De Ordine Judiciorum, & officio Judicis.

SUMMARIA.

1. *Officium judicis quale eſſe debeat.*
2. *Utrum judex ſecundum acta & probata, an ſecundum propriam ſcientiam judicare debeat.*
3. *Ordo judiciorum quis & qualis ſit.*
4. *Terminus intra quem judicium finiendum.*

1 POſt conſummatam cauſæ concluſionem judicis officium eſt, ſecundum ea quæ legibus & moribus prodita ſunt judicium ferre. *pr. Inſtit. de officio judicis.* & majorem conſcientiæ quam falſo probatorum habere rationem. *l.* 6. *§.* 1. *ff. de offic. præſid.* ſic ut in adeundo quidem facilis ſit, in æquali tamen converſatione contemni ſuam dignitatem non patiatur, & in cognoſcendo neque excandeſcat adverſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum inlachrymetur: quod non eſt conſtantis & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit; & ſummatim ita jus reddat, ut dignitatis ſuæ auctoritatem ingenio augeat. *l.* 19. *ff. de offic. præſid.* Inſtit. IV. XVII. De officio judicis.

2 Hinc quæſtio illa utrum judex ſecundum acta & probata, an ſecundum propriam conſcientiam judicare debeat? Quod inter Martinum & Joannem antiquos Gloſſatores controverſiæ fuit. Quorum hic conſcientiam amplexus eſt, ille acta & probata recepit. Juri vero magis conſentaneum eſt, ut quum judex in iis quæ ipſe ex ſua ſcientia deponeret, ſingularis tantum teſtis loco ſit, qui produci, probari & reprobari deberet, antequam ejus teſtimonium admitteretur, nec ex ejus ſolius teſtimonio, ſi non & aliis adminiculis adjuvetur, cauſa decidi poſſet. *l.* 9. *§.* 1. *Cod. de teſtibus.* ſecundum acta & probata judicare debere text. eſt in *l.* 6. *§.* 1. *ff. de offic. præſid.* Et ſi ipſe ex propria ſcientia cauſam, vel acta falſis inſtrumentis & probationibus lædi & violari ſibi certo conſtare putaverit, ne judicii ordo invertatur, judicium detrectare, cauſam alteri decidendam committere, & ipſe teſtis perſonam adſumere debet. Ipſe enim de ſe ipſo judicare non poteſt, & qui teſtis eſt ſententiam decidere nequit, quia & ipſe in ſcientiæ ſuæ notitia falli poteſt. Quod enim dicitur judicem conſcientiam ſequi & pronunciare debere prout relligio ſuggerit. *l.* 3. *& l.* 13. *ff. de teſtib.* de notoriis intelligendum eſt, ut ſi per ocularem inſpectionem in rem præſentem venerit, *l.* 32. *ff. de minorib. l.* 3. *Cod. de tranſact. l.* 8. *§.* 1. *ff. fin. regundor.* Aut ſi quid omiſſum, aut perperam allegatum, quod in jure conſiſtit, quod ut ex judicis conſcientia ſuppleatur, ad ejus officium pertinet. *l. unic. Cod. Ut quæ deſunt advocator. part. judex ſuppl.* Secus ſi in facto conſiſtat. Secundum hanc diſtinctionem ad concordiam vocantur quæ à DD. varie in hanc rem diſputari ſolent. Vide Hottomann. *Illuſtr. quæſt.* 27. Cujac. *lib.* 12. *obſervat. cap.* 19. Giphan. *in diſput. libr* 4. *diſput.* 49. *num.* 61. *& ſeqq.* Bronchorſt. *cent.* 1. *Aſſert.* 14. Coſtal. *ad d. l.* 6. *§.* 1. *ff. de offic. præſid.* Covarruv. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 4. *in fin. & vol.* 2. *deciſ.* 148. *num.* 21. Corraſ. *lib.* 4. *miſcell. cap.* 20 Arnold. Vinn. *ad pr. Inſtit. de offic. Judic. num.* 5.

3 Ordo autem judiciorum eſt, ut major cauſa minorem quæſtionem ad ſe trahat eique præferri debeat. *l. fin. Cod. de Ordine judicior.* Quomodo prius de tota hereditate quam de parte aut re ſingulari. *l.* 7. *ff. de petit. heredit.* & regulariter prius de criminali quam civili cauſa agendum eſt. *d. l. fin. Cod. de Ordin. judicior.* cui concordat *Cur. Holland. Inſtruct. art.* 48. Et momenti, ſive poſſeſſionis cauſa, proprietatis quæſtioni præfertur. *l.* 3. *Cod. de judic. l.* 13. *Cod. de rei vindic. §.* 4. *Inſtit. de Interdict. l.* 37. *ff. de judiciis. & l.* 3. *Cod. fin. regundor.* Niſi forte unum judicium ex altero ſequatur, & unum alteri ſit conjunctum, quo caſu ſimul inſtitui ſolent. Uti fieri ſolet in vulgari proviſionali petitione, quæ principali cauſæ connectitur, & cumulatim proceditur. Deinde præfertur actio, quæ alteri præjudicium facit, ita ſi quis judicio familiæ erciſcundæ acturus eſt, & de ſtatu controverſia fiat, prius de præjudiciali ſtatus actione agetur. *l.* 2. *Cod. de Ordin. judicior.* Quo faciunt *l.* 54. *ff. de judic. l.* 16. *l.* 18. *ff. de except.* Et hinc ſi de evictione quæſtio eſt, emptori terminus conceditur, quo prius contra venditorem agat, ut pro eo intercedat, vulgo guarand. *l.* 53. *ff. de Evictionib. l.* 8. *l.* 20. *Cod. eod.* Cod. III. VIII. De Ordine judiciorum.

Terminus intra quem judicium ſuo modo inſtructum finiri & terminari debeat, in civili cauſa triennio. *l. 13. in princ. Cod. de Judic.* in criminali biennio, à litis conteſtatæ tempore concluditur. *l. ult. Cod. Ut intra certum temp. criminal. quæſt. terminet.* 4

Cod. 12. xt. 19. *Ut intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur.*

Sed moribus noſtris nullum certum tempus definiendarum litium præſcriptum eſt. Quibus in criminalibus ſummarie proceditur, & cauſæ criminales præ cæteris celerrime peraguntur, ſecund. *Cur. Holland. Inſtruct. art. 48. in fin. arg. l. 18. Cod. de pœnis.* Vide Grot. *Apolog. cap. 15.* & quæ latius infra ſuo loco.

In civilibus vero, ſi ſubalterni judices, poſtquam in cauſa eſt concluſum, litem finire longiuſcule protrectaverint, per evocationem ad judicem ſuperiorem, cauſam deferri poſtulatur. *Novell. 17. cap. 3. & auth. Statuimus. ſubjeſt. l. 33. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Cujus praxin vide apud Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 1. num. 21. obſerv. 28. & 41.* Damhouder. *prax. civil. cap. 193. num. 3.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 2. cap. 27.* Papegay *pag. 105.* De aliorum moribus vide Boër. *ad conſuet. Bitur. tit. 2. §. 23. in pr.* Autumn. *cenſur. Gallic. ad tit. cod. Ut intra certum tempus.* Gutier. *de Juramento confirmatorio part. 3. cap. 5. num. 4.*

Cap. XXXI.

De Sententiis & re Judicata.

Summaria.

1. *Referendarius quis ſit, &*
2. *Præſes collegii quomodo pro ſententiis ferendis ſuffragia colligere debeat.*
3. *Quid ſi diſſona ſententia utrimque pari numero proferantur?*
4. *Interpretatio Statuti Leydenſis.*
5. *Sententia quid ſit, an & quomodo à re Judicata diſtinguatur.*
6. *Alia definitiva, alia interlocutoria, in quibus differant.*
7. *Interlocutoria iterum duplex, alia quæ procedendi modum, alia quæ ipſam cauſam ſpectat.*
8. *Quæ procedendi modum, alia ad cauſæ compoſitionem pertinet.*
9. *Alia ad ulteriorem litis inſtructionem.*
10. *Interlocutoria ipſam cauſam ſpectans quæ & qualis ſit?* Probiſie van namptiſſement / reſtabliſſement / terrrbentie / immiſſie in de poſſeſſie.
11. *Ad definitivam ſententiam quæ neceſſario requirantur? an & quatenus libello conformis eſſe debeat?*
12. *Ut certa & determinata ſit, quid continere debeat.*
13. *An expenſas in petitione omiſſas judex ſupplere poſſit, & quando victus victori in eas condemnandus, aut utrimque compenſanda veniant?*
14. *Quæ ſint juſtæ cauſæ propter quas victus à condemnatione ſumptuum excuſetur.*
15. *Fructuum, aliarumque acceſſionum ratio quando habenda.*
16. *Judiciorum ordo in pronunciandæ & ferendæ ſententia qualis ſervari debeat.*
17. *An & quando judex male judicando litem ſuam faciat? & quid moribus.*
18. *Si ex falſis inſtrumentis male fuerit judicatum, an & quando reſtitutioni locus ſit.*

PRobationibus omnibus auditis, ad ferendam ſententiam, & rem judicandam proceditur. Hoc modo, ut collegii præſes à referente primum, ſi quis ſit (ſolent enim cujuſque fere cauſæ 1
merita alicui ex Senatoribus ad referendum committi, quem referendarium vocant) deinde ab iis qui poſtremo in eum ordinem ſunt cooptati ſuffragia colligat Præſes, qui ipſe ultimus ſententiam dicit. Inter quos ſi inter impares numero Senatores diſſonæ ſint ſententiæ majori parti ſubſcribitur: 2
quia pro votorum pluralitate juris ratio & præſumptio eſt, quod enim facit major pars, omnes facere videntur in iis quæ ſunt communia pluribus *l. 19. ff. ad Muncipal. l. 160. §. 1. ff. de Reg. jur. l. 46. Cod. de Decurion.* & à multis perfectius haberi poteſt veritas, quam à paucis *arg. l. ult. Cod. de fideicommiſſ. cap. prudentiam extr. de offic. delegator.*

Si vero diſſonæ ſententiæ utriumque pari numero proferantur, Præſidi incumbit ex integro ſingulos rogare, ut aliis in aliorum ſententias tranſeuntibus, vincat ea pars quæ tum numero potior reperietur, Quod ſi vero in prima opinione quiſque perſeveret, nec alterius abſentis votum deficiat quod in utramvis partem conſuli poteſt, aut abſente Senatorum aliquo ipſum negocium moram aut dilationem minime patiatur, ſuccedet favor rei & cauſæ, veluti poſſeſſionis *l. 3. ff. de poſſeſſion. l. 2. §. ult. ff. pro herede*, matrimonii, teſtamenti, libertatis, aut pietatis *l. 38. l. 39. ff. de* 3

re

re judicat. Quibus ceſſantibus ut plurimum vincet reus, quod in omnibus ejus partes favorabiliores ſunt, quam actoris *l.* 125. *ff. de Reg. Jur.* potiſſimum in criminalibus *arg. l.* 5. *ff. de pœnis. junct. l.* 47. *ff. de obligat. & actionib.* Contra eos qui in pari votorum numero eam partem vincere putant, quæ pro ſe habet votum Præſidis, cui nihil præ cæteria niſi ſuffragii ſuſcipiendi dignitas tribuitur. Quo jure utimur. Quod & in Sabaudiæ & Germaniæ curiis receptum teſtantur Anton. Faber *ad Cod. lib.* 1. *tit.* 7. *defin.* 2. Carpzov. *Illuſtr. deciſ.* 8. In Senatu tamen Pedemontano eam partem vincere, cui Præſidis ſuffragium patrocinatur, exceptis criminalibus, in quibus paribus votis pro reo concludi referunt Teſſaur. *deciſ. Pedemont.* 1. *num.* 5. *&* 13. *& deciſ.* 2. Franc. Marc. *lib.* 2. *deciſ.* 405. Qua diſtinctione etiam ſuccurrendum generalitati Statuti, quod Lug-
4 duni Batavorum 28. *Novemb.* 1592. pro votorum paritate cautum: Dat in alle vergaderingen beſtaande in even perſonen daar de ſtemmen gelijk ſtaan/ ende tegens malkanderen ſtecken/ naar gedane overweginge wederom een omdraag ſal werden gedaan off iemand van ſijn ſtem wil wijkken/ende in gevalle van neen/ ſal de ſtemme van die geenen dewelke in't ſelve college præſideert 't ſy Burgermeeſter / off Schepen / kragt hebben van twee ſtemmen: Id eſt, *Ut in omnibus collegiis parium membrorum, in cauſis, quibus ſententiæ fuerint pares, nec ob id ad deciſionem cauſa procedi poteſt, poſt ſuffragiorum repetitionem quæratur, utrum quis in alterius partis ſententiam tranſeat, iis perſiſtentibus, Præſidi ejuſdem ſive Conſulum ſive Scabinorum collegii, duæ cedantur voces.* Illud nempe in politicis & publicis cauſis, ubi neque cauſæ, neque partium favoris ratio haberi poteſt, deinde in civilibus tantum cauſis admittendum eſſe, in criminalibus nequaquam, in quibus in minimo dubio præſtat nocentem dimittere, quam innocentem condemnare *l.* 9. *ff. de pœnis.* adeoque liberationibus omnino favendum *d. l.* 47. *ff. de oblig. & act.* quum neque ſtatuta civilia ad criminalia recte extendantur. Atque ita in Senatu Mechlinienſi communiter obſervatum refert Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 8. *num.* 9. *& ſeqq.*

5 Sententia igitur eſt res judicata quæ judicis pronunciatione vel in condemnando vel in abſolvendo finem controverſiarum inducit. *l.* 1. 3. 4. *ff. de re judicat. l.* 2. *Cod. de ſentent. ex periculo recitand. l.* 21. *ff. de recept. arbitr.* Diſtinguitur tamen ſententia à re judicata, quod ſententia ſit ſimplex judicis pronunciatio, quæ nondum in rem judicatam tranſiit; res judicata vero, quæ poſt elapſum provocationis tempus, nullam pati poteſt controverſiam. Quod vocatur tranſire in rem judicatam, vocaturque ſententia homologata, quæ pro veritate habetur *l.* 207. *ff. de Reg. l.* 25. *ff. de ſtatu hominum. l.* 1. *Cod. de Sentent. & interloc. l.* 32. *Cod. de tranſact. l.* 3. *Cod. Quomodo & quando judex.*

D. XLII. I. Cod. VII. LI. *De re judicata & effectu ſententiarum & de Interlocutionibus.* Cod. VII. XLV. *De Sententiis & Interlocutionibus.*

6 Sententia alia eſt definitiva, quæ finem principali negocio infert, alia interlocutoria, quæ fertur ſuper aliquo incidenti *l.* 3. *Cod. de ſentent. l.* 1. *ff. de re judicata.*

Interlocutoria ſententia à definitiva differt. 1. quod in uno eodemque negocio non poſſit niſi una ſententia definitiva ferri *l.* 55. *ff. de re judicat.* nec retractari ullo modo poteſt, quia judex ſemel vel bene vel male officio ſuo functus eſt. *d. l.* 55 *ff. eod.* Interlocutoriæ vero in una eademque cauſa tot poſſunt fieri, quot pro re nata neceſſariæ fuerint, & explicari poſſunt, quandocunque judex voluerit. *l.* 14. *ff. de re judicat.* Deinde à ſententia definitiva appellari poteſt, quod ab interlocutoria non eſt permiſſum *l.* 2. *Cod. de Epiſcop. audient. l.* 16. *Cod. de Judic. l. pen. Cod. quorum appell. non recip.* niſi infamiam, aut gravamen contineat, quod per definitivam reparari non poteſt. Vide *Ampliat. cur. Holland. Inſtruct. art.* 3. & *Noviſſim. Ampliat. utriuſque cur. Inſtruct. art.* 1.

Cod. VII. L. *Sententiam reſcindi non poſſe.*

7 Sententia interlocutoria alia eſt quæ procedendi modum ſpectat, alia ipſam cauſam concernit.

8 Quæ procedendi modum ſpectat iterum alia ad cauſæ compoſitionem tendit, qua partes ad certos arbitratores tranſigendi cauſa remittuntur, vulgo Renvoy voor goede mannen ten fine van accoord / qui concordiæ viam tentant ejuſque rationem & media ſuggerunt, quibus neglectis, dati arbitratores facti contingentiam judici referunt, qui tum ſingulis ponderatis per ſententiam litis finem faciunt.

9 Alia ad ulteriorem litis inſtructionem pertinet, qua alterutri partium, in probandis iis quæ ad cauſæ deciſionem pertinent, deficienti, injungitur, ut hoc vel illud latius probet, hoc in praxi vocatur poincten van officien openen/ quod ſcilicet judex ex officio partibus indicet, quæ ad cauſæ deciſionem deſiderentur; hujus praxin & procedendi modum deſcribit Guilhelm. Grot. *Iſagog. ad praxin For. Batav. lib.* 2. *cap.* 2. Quibus adde formulas ſolennes Pſittaci nomine editas, nobis Papegay *pag.* 39. *& ſeqq*

10 Interlocutoria ipſam cauſam concernens eſt condemnatio proviſionis, qua quis ex chirographi agnitione, vel alia debiti confeſſione publico inſtrumento probata, præjudicio condemna-

tur ut certam pecuniæ ſummam actori in anteceſſum numeret, ſub cautione de reſtituendo, ſi poſtea ex altiori indagine ita ſe habere comperiatur, vulgo **provisie van namptiſſement.** Cui accedit momentaneæ vel fiduciariæ poſſeſſionis adjudicatio, & in poſſeſſionem immiſſio, actori proviſionaliter adjudicata, vulgo **reſtabliſſement/ recredentie/ immiſſie in de poſſeſſie.**

Ut definitiva ſententia effectum ſuum habeat, requiritur I. ut ſit conformis libello. *l. 18. ff. commun. dividundo.* adeo ut ſi ſententia & libellus diſcrepent, ſententia ipſo jure ſit nulla. *l. ult. Cod. de fideicommiſſ. libert.* Quod ita tamen intelligendum eſt, ut judex quidem libelli genus & formam ſequi debeat, quoad ſubſtantiam vero, non ita petitioni actoris adſtringatur, ut eam prout concepta eſt totam adjudicet, ſed in arbitrio ejus poſitum eſt, eam minuere, *l. 2. §. 8. ff. de eo quod certo loco.* vel etiam aliud pro alio æſtimare, quomodo is à quo vinum aut frumentum petitur, quandoque in id quod intereſt condemnari ſolet. *l. 22. ff. de reb. cred.* ut latius ſupra *cap. 24.* licet de eo quod intereſt taxando, pro damno accepto, vel amiſſo lucro, inter partes diſputatum non ſit. Quo caſu ipſæ partes judicis arbitrium, in taxando eo quod intereſt, requirunt, quo caſu, id quod pœnæ nomine pro intereſſe adjicitur, duplum cui ſimplum ineſt excedere non debet. *l. unic. Cod. de Sentent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.* ne in immenſum excreſcat, quod ob factum non præſtitum ſua intereſſe quis putaverit, moribus conveniens eſt, quibus ſecundum dupli hujus taxationem judicandum, poſt Galliæ mores, cenſet Groeneweg. *de legib. abrogat. ad tit. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer.* 11

Cod. VII. XLVII. *De Sentent. quæ pro eo quod intereſt profer.*

II. Requiritur ut ſententia ſit certa, & determinata *§. 32. Inſt. de actionib.* & condemnationem vel abſolutionem contineat. *l. 1. 3. 4. ff. de Re Judicata. l. 21. ff. de recept. arbitr. l. 4. Cod. de Sentent. quæ ſine certa quantitate profer.* Vide Card. Tuſc. *pract. concluſ. vol. 7. verb. Sententia. concluſ. 131.* Quo pertinet *Ampliat. Inſtruct. Holland. Curiæ, art. 16.* his verbis: 12

Cod. VII. XLVI. *De Sent. quæ ſine certa quantitate profertur.*

Alle ſententien definitive ſullen inhouden condemnatie/ ofte abſolutie in 't geheel ofte deel van 't geen daar om queſtie ſal zijn geweeſt/ ofte litis conteſteert / ſonder dat die van den Rade van nu voort aan in de definitive van de proceſſen ſullen gebruyken de clauſule van den eyſ ende concluſie te ontſeggen / ſulks ende in dier voegen als die gedaan ende genomen is geweeſt / ofte diergelijke.

Omnes definitivæ ſententiæ contineant condemnationem aut abſolutionem in totum, aut pro parte ejus propter quod quæſtio aut litiſconteſtatio facta fuerit, ita ut nec Curiæ Senatores in poſterum ſententiis definitivis inſerent, denegandi petitionis concluſionem, prout ſe habeat, clauſulam, aliamve ſimilem.

cum quo verbotenus concordat **Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie** / *art. 19.*

III. Ut ſumptuum & expenſarum condemnationem, aut compenſationem contineat. Quæ in proviſionalibus reſervari ſolet, hac clauſula, **reſerverende de koſten ten uyt eynde van de ſaak.** Regulariter enim victus victori in expenſas judicis arbitrio taxandas, & moderandas, condemnari debet. *Novell. 82. cap. 10. auth. poſt Juſjurandum. Cod. de Judic. l. 79. ff. eod. §. 1. in fin. Inſtit. de pœn. temer. litigant. l. 4. Cod. de fructib. & lit. expenſ.* licet petitæ non ſint, nam licet parte non petente id facere obſtrictus non ſit, neque peccet, ſi condemnationem in expenſas omiſerit, poteſt tamen eas ſupplere, ſi ita videbitur. *l. 42. ff. de re Jud. l. 4. §. 8. ff. de damno infecto.* Sed in libello expreſſas, eas adjudicare vel compenſare debet. *l. 18. ff. commun. dividund.* Vide Marant. *Prax. part. 6. tit. de libell. oblat. num. 18.* Joann. Papon *lib. 18. tit. 4. Arreſt. 1.* & Bacchov. *in notis ad Arreſt. 9.* Daniel. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 8.* Mynſinger. *centur. 2. obſ. 22.* Johann. Schneiduin. *ad §. 1. Inſtit. de Action. num. 128.* Carpzov. *defin. Forenſ. part. 1. conſtit. 31. defin. 20.* 13

Cod. VII. LI. *De fructibus & litium expenſis.*

Compenſandæ autem non ſunt litium expenſæ ſi victus juſtam litigandi cauſam habuerit. *arg. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2. l. 29. & l. 79. ff. de Judic.* Vide Anton. Fab. *ad Cod. lib. 7. tit. 18. defin. 4. num. 3.*

Quæ autem ſint juſtæ litigandi cauſæ per quas in lite ſuccumbens ab expenſis excuſetur, judicis arbitrio committitur. Veluti ſi victus unum idoneum teſtem pro ſe habuerit, vel ſi actor ſemiplene tantum probaverit, & per juramentum ſuppletorium victoriam reportaverit, vel ſi ex delato, aut relato juramento victoriam obtinuerint litigantes. Menoch. *de Arbitr. Jud. lib. 2. cent. 2. caſ. 177. num. 3. & 8.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 236. num. 1. & ſeq.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 1. num. 6.* Excuſatur etiam victus ab expenſis in cauſis, quæ in jure conſiſtunt, & communem DD. opinionem, vel duorum clariſſimorum DD. aut ſaltem unius pro ſe habuerit conſilium. Menoch. *d. caſ. 177. num. 3.* Fulv. Pacianus *lib. 2. de probat. cap. 41. num. 256.* Andr. Gail *lib. 2. obſerv. 152. num. 6.* 14

Neque

Neque poſſeſſor ex rei vindicatione ad reſtitutionem condemnatus expenſarum condemnatione gravandus, quod poſſeſſionem pro ſe habeat, quæ onus probandi in adverſarium transfert. *tot. tit. ff. Uti poßidetis.* niſi forte reus doloſe poſſediſſe, & actori temerarie contradixiſſe probetur, quo caſu propter dolum commiſſum expenſarum onere gravatur. *l. 4. Cod. de fruct. & lit. expenſ. l. ult. Cod. quando prob. non eſt. neceſſ.*

In cauſa appellationis is qui in priori inſtantia vicit, ſi prior illa ſententia retractetur, quia rem judicatam pro ſe habuit, ab expenſarum condemnatione etiam excuſari ſolet. Vide Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 152. num. 5. circa fin.* Anton. Fab. *lib. 7. tit. 18. defin. 21.* Fachin. *lib. 1. controverſ. cap. 41.*

Inter parentes & liberos, fratres, conſanguineos, & affines, inter ſe litigantes expenſarum quoque ceſſat condemnatio, quia inter eos litigandi temeritas præſumi non debet, per ea quæ tradit Anton. Fab. *ad Cod. lib. 7. tit. 18. defin. 63. num. 2.* Damhouder. *prax. civil. cap. 222. num. 2.* Carpzov. *defin. Forenſ. part. 1. conſtit. 31. defin. 29.* Plures caſus quibus victus à ſumptuum & expenſarum reſtitutione ſublevetur, vide apud Menoch. *cent. 2. caſ. 177.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 152.* Fachin. *lib. 1. controverſ. 41.* Rebuff. *tract. de expenſ. damn. & intereſſe. art. 1. gloſſ. unic. num. 36.* Et de modo expenſas taxandi vide Imbert. *Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 52.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 102.* Papegay *pag. 75. & ſeqq.*

15 Deinde & fructuum aliarumque acceſſionum rationem judex habere debet. *l. 1. Cod. de fructib. & lit. expenſ. l. 35. §. 1. ff. de re Judicata.*

Quæ quidem locum habent caſu quo in judicium ſint deducta, ſi vero, ipſi petitioni inſerta non ſint, quidam putant etiamnum victum victori à judice condemnari poſſe. *arg. l. 42. ff. de re Judicat.* quod ſi omiſerit judex & ſecundum libelli formam ſimpliciter judicaverit, ſibi actor imputabit. Quare & hæc ad libelli formam pertinere ſupra diximus. Fructus vero ante litis conteſtationem perceptos judex non adjudicabit niſi rogatus. *l. 25. §. 8. ff. de Ædilit. edict.* præterquam in hereditatis petitione, in qua fructus ipſam hereditatem augent. *l. 40. §. 1. & 2. ff. de petit. hered.* De reliquis fructibus poſt litem inchoatam perceptis, licet non petantur, recte judicium fertur. *l. 10. ff. de Uſuris.*

16 IV. Requiritur ut ſententia ſervato judiciario ordine pronuncietur. *l. 4. Cod. de ſentent. & interlocut.* Qui talis eſt, ut ſententia ſcripto comprehendatur, & præſentibus vel ſaltem ad hoc vocatis omnibus quos cauſa contingit, palam pronuncietur, & recitetur. *l. 2. 3. Cod. de Sent. ex breviculo recitand. l. 47. ff. de re judicat. l. 7. Cod. Quomodo & quando judex ſentent. proferr.*

Cod. VII. XLIII. *Quomodo & quando judex ſententiam proferre debeat.* & Tit. XLIV. *De Sententiis ex breviculo, (ſeu aliis) ex periculo, recitandis.*

Hæc pronunciatio ab ipſo judice ſuo periculo recitari debeat. *l. 1. Cod. de Sent. ex. peric. recit. l. 6. §. ult. Cod. de mod. mulctar.* Quod illuſtrioribus (ut fuerunt Præfectus Prætorio, Præfectus Urbi, Quæſtor, & ſimiles) per officialem ſuum, ſive præconem pronunciare permittebatur. *l. 2. Cod. de Sent. ex peric. recitand.* Quorum exemplo moribus noſtris in omnibus omnium tribunalibus Actuarii, & Scribæ publici, quos Graphiarios appellamus, ſententias judicum legunt, atque pronunciant. De noſtris & aliorum moribus teſtantur Damhouder. *prax. civil. cap. 219.* Wieland. *pract. tit. 9. cap. 4. num. 3. 4.* Gudelin. *de Jure Noviſſ. lib. 4. cap. 12. verſ. Id etiam in fin.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 89. num. 37.* Zyp. *Notit. Jur. Belg. lib. 2. tit. de Sentent. & re Jud. in pr.* Ant. Matth. *de criminib. lib. 48. tit. 17. cap. 2. in fin.*

17 Si judex per imperitiam male judicaverit, ſi quidem directe contra leges ſententia fuerit lata, erat ipſo jure nulla, *l. 2. Cod. Quando provocare non eſt neceſſ.* Alias propter judicii auctoritatem valeat ſententia. *l. 65. §. 2. ff. ad Senat. Trebell.* ſed ipſe judex litem ſuam faciebat & in factum actione tenebatur. *l. ult. ff. de extraord. cognitionib.* Si precio vel gratia ſit corruptus, infamis fit, & propter dolum ſententia nulla eſt. *l. 7. Cod. Quando provoc. non eſt. neceſſ. l. ult. Cod. De pœn. judic. qui male judicavit.* ac præterea triplum pecuniæ quam accepit, & duplum ejus, quæ ei promiſſa eſt, amiſſa dignitate fiſco pręſtat, & ſi cauſa ſit criminalis, confiſcatis omnibus bonis in exilium mittitur. *Nov. 144. cap. 2.* Sed moribus judex per imperitiam male judicans litem ſuam non facit, neque parti læſæ tenetur, qui appellationis, aut reviſionis remedio uti poteſt. Adverſus judicem vero pretio corruptum de dolo actio civilis eſt, *l. 47. ff. de Reg. Jur.* & criminaliter officii privatione aliaque arbitraria pœna coërcetur ſecundum *Noviſſ. Cur. Inſtruct. ampliat. tit. ult. art. 1.* prout latius à me tractatum ſuperiori volum. *lib. 5. cap. 7.*

Cod. VII. XLIX. *De pœna judicis qui male judicavit, vel ejus qui judicem vel adverſarium corrumpere curavit.*

Is vero qui diffidentia juſtæ ſententiæ judicem pecunia vel aliquo dato corruperit, cauſam amittit, *l. 1. Cod. de pœna Iudic. qui male judicav.* & in veram litis æſtimationem condemnatur. Cujus triens delatori, reliquum pauperibus cedit, ſecundum *dict. Noviſſ Utriuſque Cur. Inſtruct. ampliat. d. tit. ult. art. 3, 4.*

Cod. vii. lviii. Si ex falſis instrumentis vel teſtimoniis judicatum ſit.

Si ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis judicatum ſit, adverſus eam ſententiam reſtitutio in- 18
tegrum peti poterat *l. 33. ff. de re Judicata*, atque ea ratione ſententia nullius erat momenti. *l. 1.
& ſeqq.* Cod. *Si ex falſ. inſtrument.* eaque poſtulata, executio differtur. *l. 4.* Cod. *eod.* & quod ex
tali ſententia fuerit ſolutum, condictione ex lege, actione de dolo vel in factum repeti poteſt. *arg.
l. 24. & ſeqq. l. 20. §. 1. l. 38. ff. de dolo.* Ita a Supremo Hollandiæ Senatu judicatum probat
Neoſtad. *ſupr. Cur. deciſ. 47.* Sed quod de in integrum reſtitutione diximus, noſtris & aliorum
moribus ita demum obtinet, ſi à ſupremis curiis, à quibus appellare non eſt permiſſum, ſententia
lata ſit, aliis inferiorum judicum ſententiis, ex falſis inſtrumentis aut teſtimoniis latis appellationis
remedio tantum eſt ſubveniendum, & vix eſt ut in integrum reſtitutione poſtulata executio ſenten-
tiæ ſuſpendatur. *arg. cap. ſuſcitata. extr. de in integrum reſtit.* niſi in continenti de iniquitate & falſi-
tate conſtare poſſit. Vid. Rebuff. *ad conſtit. Reg. de litter. civil. art. unic. gloſſ. 3. num. 1. 2. 3.*
Groeneweg. *de legib. abrogat. ad d. tit.* Cod. *Si ex falſis inſtrumentis vel teſtimon. judicatum ſit.*

CAP. XXXII.

De Relationibus & Appellationibus, ubi de Appellationis, Reformationis, Reductionis & Reviſionis differentia.

SUMMARIA.

1. *Relatio quid ſit, an & quando ei locus ſit? & quid moribus circa eam obtineat.*
2. *Res judicata quando pro veritate habeatur & judicati executionem habeat.*
3. *Intra quæ tempora à ſententia lata ſit appellandum.*
4. *Appellatio quid ſit.*
5. *Alia Judicialis, alia Extrajudicialis.*
6. *Appellatio à mandati conceſſione aut denegatione.*
7. *Appellatio quomodo & intra quæ tempora interponenda, & proſequenda.*
8. *Appellatione interpoſita nihil innovari.*
9. *Appellatio an & quando effectum habeat ſuſpenſivum, per appellationem aut reformationem, ut vocant.*
10. *Attentata adverſus appellationem & mandatum inhibitorium an & quomodo reparanda.*
11. *Reductio ad arbitrium boni viri an & quatenus appellationis aut reformationis effectum habeat.*
12. *A quibus ſententiis appellari poſſit vel non.*
13. *An adverſus ſententiam ex contumacia, vel voluntaria confeſſione latam.*
14. *An & quatenus adverſus fiſcum, & ærarium publicum.*
15. *An adverſus ſententiam extra ordinem à Magiſtratu politico latam, vulgò* by correctie.
16. *An & quatenus à cauſa matrimoniali.*
17. *Ad quam ſummam executionis inhibitio per appellationem concedenda, in Civitatibus & Pagis.*
18. *In Provincialis Hollandiæ Curiæ ſententiis.*
19. *In ſalinum Præfectorum ſententiis.*
20. *Si ſententia diverſas ſummas contineat, quæ ſingulæ infra numerum ſunt, an ad executionis inhibitionem impetrandam cumulari poſſint.*
21. *Adverſus ſententias in aggerum muniendorum cauſis latas nulla executionis inhibitio.*
22. *An & quatenus nova inſtrumenta aut facti poſitiones in appellationum cauſis proferri poſſint.*
23. *An & quatenus ab inferiore ad judicem proximo ſuperiorem nullo omiſſo medio appellandum.*
24. *A quibus judicibus appellari non liceat.*
25. *A Supremo Senatu nulla datur appellatio.*
26. *In Gelria pleriſque inferioribus tribunalibus eadem prærogativa ſpeciali privilegio indulta, noviſſima Politici regiminis reformatione ſublata.*
27. *In Hollandia nulli niſi Academiæ Lugduno-Batavæ judicibus idem jus conceſſum eſt.*
28. *In ærarii publici cauſis an & quatenus appellatio admittatur.*
29. *Reviſio à Supremo aut alio privilegiato Senatu, quid ſit, quando locum habeat, & quomodo inſtituenda.*
30. *Eadem reviſio conceditur adverſus ſententias ab Academiæ Lugduno-Batavæ judicibus latas.*
31. *DD. qui de Reviſionibus ſcripſere.*

Cod. vii. lxi. De Relationibus.

SI quando cauſa erat dubia, poterat judex antequam ſententiam ferret, eam per interlocutio-
nem ad judicem ſupremum, vel etiam ad Principem referre. *l. 1. & tot. tit.* Cod. *de relationib.*
Quo caſu judex, qui de relatione facienda interlocutus erat, relationis exemplum litigatoribus apud 1
acta edere debebat, ut ſi forte minus plena vel contraria videatur, is refutatorias preces offerre po-
tuerit. *l. 1. & 2.* Cod. *de relationib.* Quo facto ex Superioris judicis aut Principis reſponſo ſenten-
tia

tia pronunciatur *l. 1. Cod. eod.* Quæ quidem non Principis, ſed judicis ſententia reputatur, ſic ut adhuc ab ea appellari poſſit. *l. 1. §. 1. ff. de Appellat. l. 1. ff. Quando appell.* Hanc relationem à noſtris & aliorum moribus alienam tradunt Zyp. *notit. Jur. Belg. tit. de Appellation. in fin.* & Autumn. Cenſur. Gall. *ad tit. Cod. de relat.* In Flandria tamen ſubalterni judices in capitalibus cauſis proceſſum ad curiam referunt, & æquam ſententiam requirunt, quam deinde ſecundum ejuſdem relationem ferunt, ac pronunciant, teſte Damhondero *prax civ. a 15. num. 1. 2.* Wieland. *pract. civ. tit. 8. cap. 25. num. 1.* vid. etiam Godelin. *de jure noviſſ. lib. 4. cap. 12. verſ. tamet.* Quod & Hollandiæ moribus convenit, quibus non ita pridem minorum civitatum tribunalibus moris erat in cauſis arduis majorum civitatum præjudicia requirere, de quibus vide notata mea ad *Rhenolandiæ conſuetudines art. 81. num. 10.* atque etiam obtinet in pagorum extra munitas civitates tribunalibus, in quibus in facti aut juris dubio per interlocutionem litigantes jubentur omnia cauſæ inſtrumenta addita facti aut juris deductione, ſi ita videatur, producere, ut ea duobus, aut pluribus juriſconſultis, ad hoc requirendis, exhibeantur, qui ſingulis perpenſis decidendi formam & modum conſulendo præſcribunt, quo facto ex eorundem reſponſo cauſa deciditur, ac pronunciatur.

2 Effectus ſententiæ, eo quo oportet modo prolatæ, eſt, ut per lapſum decem dierum proxime ſequentium, inter quos appellari poteſt, pro veritate habeatur. *l. 207. ff. de Reg. Jur. l. 25. ff. de Statu homin.* & judicati actionem tribuat *l. 8. Cod. de reb. cred. & l. ult. Cod. de Uſur. rei Judicat.*

3 Appellatione igitur interpoſita judicati executio ſuſpenditur, & differtur. *l. unic. ff. nihil novari appellatione interpoſita.*

Appellationis tempus, quo victus deliberare poteſt, utrum appellare an cedere velit, eſt decendium, quo elapſo jam tum ſententia executioni mandari poteſt, neque appellatio, niſi reſtitutionis beneficio, recipitur. *auth. hodie Cod. de appellat. Novell. 23. l. 1. §. 5. ff. de temporib. appellat. cap. cum dilectus 32. extr. de Sentent. & re Judic. Inſtruct. Cur. Holland. art. 198. 216. Suprem. Cur. art. 206.* Ordonn. op't ſtuk van de Juſtitie / *art. 21.* Quod tempus de momento in momentum computandum eſt, per text. *in d. Novell 23. cap. 1. & cap. Quod ad conſultationem extr. de Sent. & re Judicat.* Vide Minſinger. *centur. 2. obſ. 2. num. 1.* Wurmſer. *obſerv. lib. 1. tit. 24. obſ. 1. & obſerv. 23.* & Hartmann. *lib. 2. obſ. tit. 19. obſerv. 2.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 139. num. 5.* Joann. Sande *lib. 1. tit. 13. defin. 3.*

Cod. VII. XXIII. *De Temporibus Appellationum.* D. XLIX. IV. *Quando appellandum & intra quæ tempora.*

4 Appellatio eſt ab inferiori judice ad proxime ſuperiorem à ſententia, vel gravamine facta provocatio. *l. 1. ff. de Appellat.*

5 Hæc alia eſt judicialis à ſententiis definitivis. *d. 1. ff. eod.* alia extrajudicialis, quæ à decretis, & actibus extrajudicialibus interponitur. *l. 3. Cod. de excuſat. tutor. Novell. 118. cap. 7. l. 4. l. 7. cod. de Appellat. l. 1. §. 1. ff. Quando appelland.*

D. XLIX. I. Cod. VII. LXII. *De Appellationibus.*

6 Quo pertinet Appellatio à mandati conceſſione, aut denegatione, vulgo, Appel jegens de conceſſie van het mandament / ofte 't geven van nihil op de Requeſte. Qua, ſi cui à Curia provinciali mandatum inhibitorium, poſſeſſorium, pœnale, aut alterius præjudicii fuerit conceſſum, is qui eo ipſo ſe gravari putat, ab ipſa mandati conceſſione appellare poteſt. Qua appellatione interpoſita intra decendium gravamina ſua in ſcriptis ipſi Curiæ offerre appellans debet, ut ab ipſamet Curia revocetur, ſi ita videatur, ſin minus appellationi deferatur, ejuſdemque juris eſt, ſi cui mandati impetratio fuerit denegata, à qua denegatione interpoſita gravaminum oblatione eodem modo appellari poteſt. Vide *Inſtruct. Cur. provinc. art. 215.* Quod ad viginti dierum terminum poſtea eſt porrectum *ejuſd. Cur. Inſtruct. Ampliat. art. 31.* Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 111. cap. 3. & ſeqq.*

7 Appellatio, ut ſupra dictum eſt, intra decendium à lata ſententia interponi debet, quibus prætérlapſis ſententia homologatur, neque amplius appellationi locus eſt. *l. 2. & auth. ſeq. Cod. de temporib appellat.* Sed & appellatione debite interpoſita, intra viginti ab ipſa interpoſitione dies coram provinciali, & quadraginti coram ſuprema Holland. Curia eam proſequi debet, quibus elapſis, interrupta intelligitur, ſic ut amplius proſequi non poſſit. *Inſtruct. Cur. Holl. art. 104. 106. & 116.* Niſi forte per reſtitutionis remedium redintegretur, quod hac fere clauſula peti, nec denegari ſolet, met de clauſule van relief jegens de indebite interjectie / ende proſecutie ſijner appellatie. Vid. Merul. *prax. civ. lib. 4. tit. 82. cap. 3.*

8 Jure Romano omnis appellationis effectus erat ſuſpenſivus, ſic ut appellatione interpoſita omnis judicati executio ceſſare debeat. *l. unic. ff. nihil innovari appellat. interpoſita.* Vid. Andr. Gail *lib. 1. obſ. 144.*

D. XLIX. VII. *Nihil novari appellatione interpoſita.*

9 Sed moribus noſtris duplex appellationis genus eſt prout latius ſupra *cap. 22.* Quorum illud, quod propriæ appellationis nomine venire ſolet, adjecta inhibitionis clauſula effectum producit ſuſpen-

ſuſpenſivum, ſed eo non obſtante ſententia executioni mandari poteſt, ſub cautione de reſtituendo, ſi poſtea ita videatur. Unde nec decem interjiciendi, aut viginti proſequendi dierum termino concluditur, ſed intra annum à lata ſententia interjici, ac proſequi poteſt. *Inſtruct. Prov. Holl. Cur. art. 212. & Suprem. Cur. art. 217.*

Appellatione interpoſita ſi quid attentatum, aut innovatum fuerit, illud ante omnia reparari 10
ac reſtitui debet, quo pertinet mandatum pœnale attentatorum, mandament van attentaten pœnaal. de quo ſupra.

Si ab arbitris ſententia lata fuerit, reductione ad arbitrium boni viri ab Hollandiæ Curia impe- 11
tranda, corrigi poteſt, vulgo mandament van reductie. Quæ ſi clauſulam habeat ſuſpenſivam appellationis, ſin minus reformationis vim & effectum habet, eodemque modo executioni mandari ſolet, niſi forte à reductione, & omni appellationis medio in ipſo compromittendi inſtrumento fuerit renunciatum, quo caſu reductioni, aut appellationi locus non eſt. Qui enim appellationi renunciant, ſententiam probaſſe intelliguntur. *l. 1. §. pen ff. à quib. appell. non licet. l. pen. Cod. de re judic.* Vid. *ampliat. Inſtruct. Holland. Cur. art. 10.*

Ab omnibus omnino quorumlibet judiciorum ſententiis ad judicem proxime ſuperiorem ap- 12
pellari poteſt. *l. 1. ff. de appellat. l. 20. Cod. de appellat.* Exceptis præjudiciis, & interlocutionibus, quæ per definitivam ſententiam ipſius judicis reparari poſſunt *l. unic. Cod. Si de moment. poſſ. fuerit. appellat.* Vid. *Ampliat. Inſtruct. Cur. art. 3. & Noviſſim. ampliat. art. 1.*

Cod. VII. XXIX. Si de momentan. poſſeſſ. fuerit appellatum.
Cod. VII. LXV. Quorum appellation. non recip.

II. Non admittitur appellans ex contumacia *l. 13. §. 2. 4. Cod. de judic. l. 72. §. ult. ff. eod.* 13
vel ex confeſſione ſua damnatus. *l. 1. 2. Cod. quorum appellat. non recip.* Quo refer primo condemnationes criminales ſuper ipſa reorum confeſſione latas, adverſus quas moribus noſtris nulla appellatio admittitur. *arg. l. 1. ff. de confeſſ. & d. l. 2. Cod. quor. appell. non recip.* De quibus poſtea ſuo loco. Quibus in civilibus cauſis accedunt voluntariæ condemnationis ſtipulationes moribus noſtris uſitatæ, vulgo willige condemnatien / quibus utrimque promittitur, ſe per quemvis judicem in conventionis tenorem voluntarie condemnatum iri, utrimque ad hoc ſuos procuratores, ſub rati cautione irrevocabiliter conſtituentes, quæ pro confeſſionibus habentur, ſic ut à ſententiis ſuper iis latis appellari non poſſit. *arg. l. 23. §. 3. ff. de appellat. junct. l. 73. §. 3. ff. de judic. & l. 1. Cod. Quorum appellat. non recip.* Sic ut ſi per incuriam ejuſdem ſententiæ appellatio fuerit admiſſa, ejuſdem retractatoria ſententia nullius eſſet momenti, tanquam per ſe nulla. per ea quæ tradunt Jul. Cæſar Ruginell. *tract. de Appellat. §. 2. cap. 3. num. 225.* Vide etiam Damhouder. *prax. civil. cap. 78. num. 30. & cap. 230. num. 2.* legum tamen in Hollandia inuſitatarum auctor Groenewegen *ad d. l. 1. Cod. Quorum appellat. non recip.* ſcribit moribus noſtris etiam veri contumacis appellationem à ſuprema Curia per in integrum reſtitutionis remedium facile admitti, quod quatenus procedat, & utrum ad voluntarias illas condemnationes extendatur, quam ut aſſentiar, peritioribus potius judicandum relinquo.

III. Neque appellatio defertur illis qui debiti liquidi nomine adverſus fiſcum, vel Principis 14
ærarium condemnati ſunt *l. 4. & l. ult. Cod. Quor. appell. non recip.* Quod & mores noſtri probant, quibus ærarii publici cauſæ, vulgo Gemeen-Lands middelen / ad quas decidendas ſingulis civitatibus judices commiſſarii conſtituti ſunt, non obſtante appellatione, quæ ob id reformationis tantum habet effectum, executioni mandari poſſunt ac debent. Vid. General. Ordonnant. van de gemene middelen *art. 17.* Quod ad ſingularum civitatum privilegiatas impoſitiones, vulgo trechijſen / extenditur. *Reſolutione Holland. Ordin. 22. Januarii* 1590.

IV. Hiſce accedunt ſententiæ ſive condemnationes quas extra ordinem à Magiſtratu politico, 15
vulgo, by Correctie / refractariis, tumultuoſis, alteri injurioſis, & male verſatis hominibus civibus per modum paternæ emendationis imponi diximus ſupra *cap. 2. num. 12.* Quæ ſuperiorum judicum appellationes non admittunt. *arg. l. 3. §. 1. ff. de offic. Procurat. Cæſar. junct. l. 4. §. 1. ff. de offic. Præſid.*

Quemadmodum etiam in cauſa matrimoniali circa diſſenſum parentum in nuptias liberorum 16
ſuorum, ſi ille Magiſtratus judicio cauſa cognita probetur, ac confirmetur, adverſus eandem deciſionem nulla appellatio admittitur moribus noſtris ſecundum *edictum. Holl. Ordd. renovat. 27. Septemb. 1663.* his verbis:

De Staten van Holland ende West-Vrieſland &c. Ordonneren ende ſtatueren in forme van perpetueel edict / dat in toekomende different ofte quæſtie ontſtaande tuſſen kind / ofte kinderen ter eenre / ende ouders / ofte langſtlevende van de ſelve ter andere ſyden

Hollandiæ West-Friſiæque Ordines &c. hac edictali lege in perpetuum valitura ſanciunt: Ut ſi quando inter liberos & parentes, aut ſuperſtitem eorum quæſtio oriatur ſuper connubiali, ſive matrimonii incun-

in materie / ofte over ſaken van Huywelijken ſodanige differenten affgedaan ſullen werden / ten aanſien van Edelen ende Suppooſten van onſen Hove / ende ten aanſien van andere by 't Collegie van de Wet / ofte van den Geregte in de Steden daer over ſoo veel doenlijk in vollen ende completen getale / ende immers niet beneden twee derdeparten van 't Collegie preſent zynde / ende dat die na verhoor van partyen met behoorlijke kennis van ſaake ſullen diſponeren ſummarie ende de plano / ſoo als ſy luyden ſullen bevinden te behooren. Ende ſoo wanneer der ſelver diſpoſitie ofte verklaringe over een ſal komen met het goetvinden ende geſuſtineerde vande ouders / ofte langſtlevende van de ſelve / dat alſdan de voorſz. diſpoſitie ofte verklaringe by den Hove ofte Wet gedaan volkomen effect ſorteren ſal / ſonder dat daar von geappelleert / gereformeert / gerevoceert / revisie ofte eenige andere provisie van juſtitie verleent ſal mogen werden.

ineundi cauſa, illa inter Nobiles, & Curiæ immediate ſubditos, ab Hollandiæ Curia, & inter alios, à Collegio Politico-Juridico in quantum fieri poſſit, completo, neque ultra tertiam partem, deficiente, decidatur. Qui audita altera parte, & re penitus inſpecta ſummarie & de plano, prout iis æquum & juſtum videbitur, ſententiam ſerent. Quæ ſi cum parentum, aut alterutrius ſuperſtitis placito convenerit, irrevocabilem habebit eff ctum, neque ab ea ulla ulterior provocatio, reformatio, aut reviſio admittetur, aut aliud aliquod juſtitiæ medium adverſus eam concedetur.

17 Sed & ne minimæ cauſæ appellationia prætexto præjudicium fiat. *arg. l. 4. ff. de in integr. reſtit.* moribus noſtris ſtatuto 8. *Maji* 1674. ad emendationem *Noviſſim. Cur. Inſtruct. art.* 1. 2. 3. 4. præceptum eſt, ne adverſus Civitatum ſententias non excedentes centum florenorum ſummam ulla appellatio aut provocatio admittatur, niſi forte infamiæ ſequelam habeant. Quod in Pagorum tam inferiorum quam ſuperiorum tribunalibus ad quadraginta florenorum ſummam ejuſdem Juris eſt, eam vero ſummam excedentea in Civitatibus majoribus uſque ad ſexcentorum florenorum ſummam, in reliquis minoribus ad centum & quinquaginta, in Pagis ſuperiorum tribunalium ad centum & viginti, & inferiorum octoginta florenorum ſummam, non niſi reformationi obnoxiæ ſunt, ſic ut non obſtanto appellatione, ſub cautione de reſtituendo executioni mandari poſſint.

18 Provincialis vero Curiæ ſententiæ uſque ad octingentorum florenorum ſummam ſuam habent executionem, non obſtante appellatione coram ſuperiori Hollandiæ Curia intentata, & id quidem nulla intercedente cautione, *Noviſſ. Cur. Inſtruct. ampliat. art.* 22. Proviſionales ſive præjudiciales ejuſdem Curiæ ſententiæ ad mille & quingentos florenos ſub cautione de reſtituendo executioni mandantur. *d. Noviſſim. ampliat. art.* 19.

19 Quibus adde Saltuum præfectorum ſententias, vulgo Houtveſter ende Meeſter-knapen / quæ ad centum uſque florenos executioni mandantur, non obſtante appellatione interpoſita, *Secund. placit. Holland. Ordin.* 25. *Junii* 1621.

20 Quod ſi ſententia diverſas ſummas contineat, quæ ſingulæ infra dictam ſummam ſunt, cumulatæ vero eandem ſummam excedant? Diſtinguendum eſt, ut ſi ejuſdem ſint cauſæ, ſic ut cumulari nec commode ſeparari poſſint, ſic ut una ex altera dependeat, & eandem cauſam habeat, earundem cumulus pro una eademque ſumma reputari poſſit. *l.* 11. *ff. de Juriſdict. l.* 10. *§.* 1. *ff. de Appellat.* Vide Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 123. *num.* 3. Sande *lib.* 1. *tit.* 13. *defin.* 4.

21 Poſtremo notandum quod nulli Executionis nexui ſub appellationis aut reformationis prætextu eximi poſſint illæ ſententiæ, quæ ab inferioribus judicibus in aggerum muniendorum cauſis latæ ſunt, *arg. l. unic. ff. de Ripa munienda. per text. Inſtruct. Holland. Cur. art.* 213. & 218. confirmat. *Placit. Caroli V.* 16. *Aprilis.* 1539.

22 In appellationibus nova inſtrumenta aut facti poſitionea proferri non debent, ſed ex iiſdem actis cauſa terminari debet; adſertionibus tamen aliis, & exceptionibus quæ non ad novum Capitulum ſpectant, quis uti poteſt. *l.* 4. *Cod. de temp. appellat.* Hinc apud nos in cauſis à Provinciali ad Supremam Hollandiæ Curiam per appellationem deferendis, eadem inſtrumenta reſerata transferuntur, ne ex iiſdem actis an bene vel male deciſum judicetur, quod vocant gevangeliſeert overgebragt. Quibus ſi quæ noviter inventa deeſſe videbuntur, per ſupplicationem reſtitutionis medio requiri debet, ut novas poſitiones inferre liceat, vulgo Requeſt om nieuwe feyten te mogen produceren. Quibus propoſitis, pars adverſa ſi eas admittat, ut plurimum fieri ſolet, eam facultatem ſibi reſervat, quod iis contradicere, atque itidem à ſua parte novas poſitiones inferre poſſit, vulgo behoudens debat / ende mits van gelijken doende.

23 Appellatur gradatim ab inferiore ad judicem proxime ſuperiorem, legitimo ordine ſervato, nullo omiſſo medio uſque ad ſupremum, ſupra quem nullus datur. *l.* 21. *in pr. & §.* 1. *ff. de Appellat. l.* 32. *& ſeq. Cod. eod.* Vide Speculat. *tit. de Appellat. §. nunc. tractemus. in pr.* Marant. *prax. eod. tit. num.* 357. *& ſeq.* Andr. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 119. *num.* 2. Niſi forte is ad quem co-

gnitio ſpectat delatam appellationem ſuſcipere denegaverit, quo cauſa ad ſuperiorem omiſſo medio cauſa deferri poteſt. *l. 19. l. 31. Cod. de Appellat. junct. l. 4. Cod. de Juriſdict. omn. Jud.* Groeneweg. *de leg. abrogat. ad d. l. 19. Cod. de appellat.* Et hoc ſingulare eſt ut ad provincialem Hollandiæ curiam à Pagaoicorum ſententiis, omiſſo eorundem judice proxime ſuperiore, appellari poſſit, *Inſtruct. Holland. Cur. art. 205. Reſolut. Ordd. 9. Octob. 1577. inſert. Rhenoland. conſuetud. pag. 63.* Vide Merul. *prax. lib. 4. tit. 3. cap. 1. num. 3.*

24 Ab omnibus tamen judicibus appellari non poteſt. Ita à Principe appellari fas non eſt, quia ipſe eſt qui provocatur. *l. 1. ff. à quibus appell. non licet.* Sed & alii ſunt, à quibus propter ſpeciale privilegium appellare non licet, quamvis Principem recognoſcant Superiorem. Uti erat Senatus Romanus *l. 1. in pr. ff. à quib. appell. non licet.* Item Præfectus Prætorio. *l. unic. Cod. de Sent. prefect. prætor.* & judex ab Imperatore conſtitutus cum clauſula, remota appellatione. *d. l. 1. § fin. ff. à quib. appell. non licet.* Qui præſtabiliores cenſentur, quam ut vel inique vel minus ex legis præſcripto aliquem pronunciando gravaſſe præſumantur. Ut qui propter ſingularem induſtriam explorata eorum fide, ac dignitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturi pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe Princeps foret judicaturus. Ut loquitur Juriſconſ. in *l. 1. ff. de offic. præfect. prætor.*

D. XLIX. II. *A quibus appell. non licet.* Cod. VII. XLII. *De Sententiis Præfecti Prætorio.*

25 Eodem in numero apud nos ſunt Suprema Hollandiæ Curia, ſive Supremus Senatus, à cujus ſententiis nulla datur appellatio.

26 Quod pleriſque Gelriæ Civitatibus, & quibuſdam ejuſdem Provinciæ Toparchis certo privilegio indultum erat; ſed noviſſima politici regiminis reformatione ad jus commune redactum, & ab omnibus inferioribus judicibus ad Provincialem Curiam provocatio eſt conceſſa.

27 In Hollandia nulli niſi Academiæ Lugduno-Batavæ judiciario Senatui, vigore privilegii iis conceſſi eadem prærogativa competit.

28 Et in ærarii publici cauſis, vulgo Gemeen-Lands-Middelen / ſententiæ quæ à delegatis Civitatum judicibus feruntur non obſtante appellatione fiduciariam habent executionem, illæ vero ſive in prima, ſive in ulteriori inſtantia, ab ipſis Hollandiæ Deputatis latæ ſunt, ſuperiorum judicum recognitioni eximuntur, propterea quod ipſius Principis ſive Superioris poteſtatis vice hac in parte funguntur. *arg. d. l. 1. ff. à quib. appell. non licet.*

Sed quum penitus in nullo errare divinitatis magis quam mortalitatis ſit. *l. 2. §. 14. Cod. de Veteri Jure enucleando.* & divinum potius ſit quam humanum, omnibus horis æque ſapere, juſtum ab injuſto, æquum ab iniquo ſeparare, & licitum ab illicito ſemper & omni modo diſcernere, nec unquam ad dextram vel ſiniſtram declinare, ne præſumpta illa confidentia & conceptum illud exiſtimationis pondus alicui detrimento aut injuriæ ſit, ne quiſquam de ſummo hoc judicio conqueratur ſe per ſententiam inique gravatum, injuriave aliqua affectum, nullamque ſibi ad cauſæ ſuæ juſtitiam demonſtrandam patere viam, pro majori cautela conſtitutum eſt, ut quamvis à quorundam judicum ſententiis propter eorundem excellentiam appellare non liceat, hi tamen qui eorundem ſententiis ſe læſos aut gravatos putaverint, per ſupplicationis medium gravamina ſua offerre, errorem proponere, & ut ſententia retractetur, requirere admittuntur. Quæ intra biennium à die ſententiæ depoſita ducentorum florenorum mulcta poſtulanda & proſequenda eſt, per libellum ſupplicem ipſi Curiæ oblatum continentem rationes, quæ errorem in ſententia commiſſum eſſe convincant.

Impetrato Reviſionis mandato, utrimque in cauſa concluditur, ab una parte pro retractione, ab alia pro confirmatione ſententiæ latæ. Ac deinde impetrans ab Hollandiæ Ordinibus ſeptem ſibi adſeſſores nominari poſtulat, qui cum prioribus judicibus ſententiam revideant, utrum bene vel male judicatum, cujus ulterior praxis ex formulis facile dignoſcitur, & *Suprem. Cur. Inſtruct. artic. 279. & ſequent.* includitur.

30 Ab hac reviſione, ſe immunes eſſe, olim voluere Academiæ Lugduno-Batavæ Senatores judiciales propter privilegii ſui prærogativam, *art. 39. Statutor. Academicor.* inſertam his verbis: Wyders en ſal van de ſententie by den Rector / Aſſeſſeuren / Burgermeeſteren ende Schepenen geweſen geene provocatie toegelaten werden. Id eſt: *Ut ſententia à Rectore, Aſſeſſoribus, Urbis Conſulibus, & Scabinis lata, nulli provocationi ſint obnoxia.* Donec cauſa cognita, partibus coram eodem Senatu litigantibus petendæ, obtinendæque reviſionis ſpeciali diplomate *6. Octob.* 16,6. data fuerit poteſtas. Secundum tenorem & formam eodem diplomate præſcriptam.

31 De Reviſionibus in Gallia uſitatis ſcripſit Rebuff. *tractat. de Supplicationibus. ſeu errorum propoſitionibus, vulgo Reviſionibus.* In Germania Joann. Ludov. Benderus *concluſ. pract. de Reviſione actorum & ſententiarum in auguſtiſſimo Imper. Cameræ judicio pronunciatarum.*

CAP.

Cap. XXXIII.

De Executione rei Judicatæ, ubi de enervatæ ſententiæ renovatione, atterminatione, & oppoſitione contra executionem inique aut indebite factam. Itemque, de parata executione aggerum muniendorum & ſaltuum præfectura.

Summaria.

1. *Judicati actio à quo tempore poſt latam ſententiam competat, & quamdiu duret.*
2. *Sententia per temporis lapſum enervata quomodo renovanda, vulgo* nieuwe letteren van executie.
3. *Cujus ſit effectus enervata per temporis lapſum ſententia data renovatio.*
4. *Executionis terminus ſive dilatio an & qua ſit concedenda, vulgo* atterminatie. *& 6.*
5. *Uſuræ rei Judicatæ non debentur niſi in condemnationem fuerint deducta.*
6. *Atterminatio executionis non datur niſi ſub conditione præſtandæ cautionis.*
7. *Modus exequendæ rei Judicatæ quis ſit & qualis.*
8. *Executoria mandata quæ ſint.*
9. *Res Judicata unius fori ſive juriſdictionis, quomodo exequenda adverſus alterius juriſdictionis ſubditum.*
10. *Litteræ requiſitoriales quæ ſint & quomodo decernenda.*
11. *Executionis ordo ac modus quis aut qualis ſit.*
12. *Quis aut qualis in perſonali actione.*
13. *Quomodo ad pignora procedatur & qualia capiantur, primo mobilia, deinde immobilia, jura, actiones &c.*
14. *Oppoſitio contra executionem à quo, & quomodo facienda.*
15. *Quomodo adverſus executionem ſententiæ ab alio judice latæ, & ad cujus judicis notionem pertineat eadem oppoſitio.*
16. *Quæ mobilia, & quo ordine exequenda. & 18.*
17. *Res aliena executioni mandari non poteſt, & quid de rebus obæratis in alium per tranſportum, ut vocant, tranſlatis.*
18. *Quæ mobilia executionis nexui eximantur, & de exequendi ordine ac modo.*
19. *Pro immobilibus exequendis quomodo procedatur.*
20. *Modus diſtrahendi immobilia & 22.*
21. *Oppoſitio contra executionem immobilium quomodo inſtituenda.*
22. *Subhaſtationis venditio quæ aut qualis in ſuperioribus tribunalibus, qualis in inferioribus.*
23. *Si res ſubhaſtata nullum emptorem reperiat?*
24. *Quis aut qualis ſervetur ordo in exequendis juribus & actionibus.*
25. *Quomodo deficientibus bonis in condemnati perſonam executio dirigatur.*
26. *Ceſſionis beneficium quid, & cujus ſit effectus, & qui bonis cedere poſſint vel non, remiſſive.*
27. *Quomodo adverſus eos qui alieno nomine condemnati ſunt per executionem procedendum, veluti ſunt Tutores, Procuratores, Inſtitores, Fidejuſſores.*
29. *Quis aut qualis ſit exequendi ordo in realibus cauſis.*
29. *Actiones mixtæ, veluti ſunt Serviana, & quaſi Serviana, utrum perſonali an reali executione perſequendæ.*
30. *Actiones in factum, quomodo exequendæ.*
31. *In Vadimonii cauſis, vulgo* Gyſelinge/ *quomodo procedendum.*
32. *Parata executio nulla præcedente condemnatione exequenda in quibus cauſis, & cui competat.*
33. *Jus aggerum præmuniendorum ad cujus juriſdictionem pertineat, & quomodo in eo procedatur.*
34. *Actualis oppignoratio, vulgo* Pandinge/ *in quibus cauſis locum habeat, & quomodo in ejuſdem executione procedatur.*
35. *Viarum publicarum, fluminum, aquæductuum, rivorum &c. cauſa ad quos pertineant, & quomodo in eorundem executione procedatur.*
36. *Quomodo procedendum circa venationum & ſaltuum jura.*

1 SI intra decendium à ſententia lata appellatum non ſit, homologata dicitur ſententia in eum effectum ut judicati actionem pariat. *l.* 1. Cod. *de ſentent.* *l.* 32. Cod. *de tranſact.* quæ quidem actio in factum eſt. *l.* 8. Cod. *de reb. cred.* perpetuo competens, ſic ut inſtar reliquarum actionum non niſi 30. annorum ſpacio præſcribatur. *l.* 3. *&* 4. Cod. *de præſcript. 30. vel 40. annorum.* *l.* 1. *§.* 1. Cod. *de Annal, Except,* Quod tempus ut litium aliquis eſſet finis, pro perpetuo ſumptum eſt,

Cod. VII. XIII. *De Executione rei Judicatæ.*

eſt. *dd. legib.* abrogatis illis actionibus quæ nullo tempore antiquitus finiebantur. *pr. Inſtit. de perpet. & temporalib. actionib. junct. d. l. 3. & 4. Cod. de præſcript. 30. annor.* Marant. *prax. part. 6. tit. de execut. ſententia. num.* 54. Sed moribus noſtris hujus actionis tantum uſus non eſt, quibus ſententiæ inferiorum tribunalium intra annum & diem, Curiæ Provincialis intra quinquennium, & Supremæ Hollandiæ Curiæ intra decennium à ſententia lata, executioni mandari debent.

Quo termino elapſo, in tantum enervantur, ut, parte ad hoc citata, coram eodem judice, aut alias coram Hollandiæ Curia circa ea in inferiorum tribunalium cauſis judice competente, iterum renovari debeant, vulgo om nieuwe letteren van executie te ſien decerneren. Vide *Inſtruct. Holland. Cur.* 118. *Amplitat. ejuſd. Inſtruct. art. 30. & ſuprem. Senatus. art.* 263. 2

Quo quidem termino jus exequendi expirat, quod per renovationem reſtituitur, ipſa vero actio perpetua manet, & uſque ad triginta annos renovari debet, adeo ut adverſa pars petitam renovationem impedire non poſſit, niſi aut ſoluti, aut compenſationis exceptionem opponat.

Sed quum per illam judicati renovationem amiſſum jus exequendi in priſtinum quaſi ſtatum reſtituatur, conſequens eſt non majoris eam eſſe efficaciæ, quam ſi ſententia jam tum prius eſſet lata, adverſus quam appellationis medium competit. Vide Imbert. *Inſtit. forenſ. lib. 1. cap.* 54. Merul. *prax. civil. lib. 4. tit. 93. cap.* 7. 3

Jure Romano ſi poſſeſſor in realibus actionibus neget in præſenti ſe rem reſtituere poſſe, judex ex officio illi moderatum tempus à præcepto executivo concedere poteſt, intra quod reſtituat. *§. 2. Inſtit. de officio judic. verſ. ſed ſi poſſeſſor.* In perſonalibus vero condemnato quatuor menſium terminus dabatur ad ſolvendum, vel præſtandum id quod ſolvere vel præſtare damnatus erat. *l. 7. ff. de re Judic. l. ult. Cod. de Uſur. rei Judicat.* Quo termino elapſo Uſuræ rei judicatæ ſolvere tenebatur *tit. Cod. de Uſur. rei judicata.* Quod in Germania in realibus actionibus ad quatuordecim dies, in perſonalibus ad terminum Saxonicum, hoc eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum ſpatium reſtrictum eſt. Coler. *de Proceſſ. executiv. part. 3. cap. 7. num.* 7. Daniel Moller. *ad conſtit. Elector. 32. num. 9. part.* 2. Schneiduin. *ad §. 26. Inſtit. de actionib. num.* 62. Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 25. art. 3. num.* 1. 7. 9. Sed noſtris & aliorum moribus res judicatæ poſt appellationis fatalia ilico executioni mandari poſſunt. Vide Neoſtad. *Suprem. Cur. deciſ.* 38. *& Holland. deciſ.* 31. Zypæ. *Notit. Jur. Belg tit. de Execut. rei Judicata.* Autum. *Cenſur. Gall. ad l. ult. Cod. de Uſur. rei Judicat.* Gudelin. *de Jure Noviſſim. lib. 4. cap. 16. verſ. Plana.* Bugnon. *de legib. abrogat. lib. 1. Satyr.* 148. & ibi Chriſtin. *in not. Merul. prax. civil. lib. 4. tit. 93. cap. 7. num.* 5. 4

Cod. VII. 2 IV. De Uſuris rei Judicatæ.

Neque Uſuræ rei judicatæ præſtantur niſi in condemnationem fuerint deductæ. Neoſtad. *d. deciſ. Suprem. Cur.* 38. Chriſtin. *vol. 4. deciſ. 105. num.* 4. Rebuff. *ad conſtit. Reg. in proœm. gloſ. 5. num.* 90. Autumn. *ad l. 2. Cod. de Uſur. rei Judicat.* 5

Illud tamen notandum, quod moribus noſtris reus ad inopiam redactus adverſus debitum ſuum, quod inficiari haud poteſt, moderatas & arbitrarias ſolvendi inducias petere & impetrare poſſit, ſub cautione intra 14. dies præſtanda, vulgo atterminatie.

Quæ quantæ dari ſoleant, judicis arbitrio committitur. *arg. l. 31. ff. de re Iudic. §. 2. Inſtit. de offic. Judic. l. 21. ff. de Judic. & l. ult. Cod. de Uſur. rei Judic.* Ut plurimum vero ad binos, ternos, aut ad extremum quaternos, ſex, quatuor, trium aut duorum menſium terminos reſtringi ſolent, hac ſolenni formula: Surcheerende de executie den tijd van tweemaal ſes / viermaal drie / driemaal drie / driemaal twee / of tweemaal drie maanden. Sic ut unius fere anni termino, omnes & ſinguli termini includantur. In ſuperioribus vero tribunalibus, quandoque majores, & plurium annorum termini ex cauſa conceduntur. 6

Quæ cautionis præſtatio licet in ipſa ſententia expreſſa non ſit, tacite tamen ſubintelligitur & pro neceſſario ejuſdem atterminationis requiſito habetur. *arg. d. §. 2. Inſtit. de offic. Judic. & l. 21. ff. de Judic.* Vide Gabriel. Alvar. Valaſc. *tractat. de Privileg. pauper. part. 1. quaſt. 44. num.* 83. Quo termino ſine præſtita cautione prætermiſſo, ſententia executioni mandatur, ac ſi nulla atterminatio fuerit conceſſa. *arg. l. 4. §. 4. ff. de re Judic.* Vide *conſult. Juriſconſult. Batav. part. 1. conſult.* 278. ſalva tamen reo manente facultate, qua adhuc in ipſa executione cautionem præſtare poteſt, ejuſque beneficio, amiſſa atterminationis conceſſio quaſi reſtituitur: qua denegata executioni velut præter modum factæ opponere poteſt. Vide Papegay *pag. mihi* 33.

Ad exequendam rem judicatam, in ſuperioribus tribunalibus mandata executoria decernuntur, quibus apparitores committuntur ad exequendam ſententiam ita affixam, ſecundum modum ac formam, quæ vulgo Executorien vocantur, quorum formam vide Papegay *pag. mihi* 404. In inferioribus vero tribunalibus ſententia tantum ſcriptis mandata executori traditur, ut executioni 7 8

man-

mandetur, non ulterius requiſito judice. Quæ quidem mandata executoria intra annum execu-
tioni mandari, aut ſaltem inſtitui debent, quo termino abſque ulla eorundem executione elapſo,
de novo peti ac renovari debent.

9 In perſonas aut res extra territorium jus dicentis ſitas executio fieri debet per eundem judicem
ſub quo degit is adverſus quem ſententia lata, aut res de qua agitur ſita eſt. *arg. l. ult. ff. de Juriſ-*
10 *dict.* per *litteras* quas vocant *requiſitoriales*, quibus judices illi, ſub quibus perſonæ illæ, aut res
exequendæ exiſtunt, à latæ ſententiæ judicibus requiruntur ut ſententiam adverſus eas latam;
iiſque litteris incluſam in favorem juſtitiæ per ordinarios ſuos executores executioni mandare
velint, ſub fide, ſe in ſimilibus paria facturos. facit text. in *l. 15. §. 1. ff. de Re judic.* Vide
Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit. 1. art. 30.* Papegay *pag. 520.* Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie /
art. 27.

11 Eaecutionis ordo ac modus triplex eſt, alius qui circa actionem perſonalem, alius qui circa
actionem realem, alius qui in facto præſtando conſiſtit.

12 In perſonali executione tres ſunt gradus, quorum primus eſt, ut primò ab apparitore ſive nun-
cio inſinuetur reo, ut intra diem naturalem, id eſt 24. horarum ſpacio, ſolvat ıd, quod ſententiâ
judicis actori ſolvere damnatus eſt; quo termino præterlapſo idem ab eo etiamnum præſtandum
per eundem litium executorem renovatur, quam inſinuationem & renovationem vulgo vocant;
quo ſecundo etiam termino elapſo, ad pignora proceditur, juxta *l. 2. Cod. Si in cauſa judicati* Cod. VIII. XXV. *Si in*
pignus captum ſit. quæ per eundem executorem duobus ejuſdem loci Scabinis adhibitis à reo deſi- *cauſa judi-*
gnanda requiruntur, talia quæ pro exequendo eo quod petitur, & expenſis ea de cauſa faciendis *cati pignus*
ſuffecerint. Cui aſſignationi modo ſufficiens ſit creditor conſentire moribus noſtris tenetur contra *capt. ſit.*
l. 8. ff. de diſtract. pignor.

13 Quibus denegatis, ipſe nuncius ſive apparitor pro exequendo judicato, præſentibus iiſdem
Scabinis pignora ſufficientia arreſto includit, primo quidem mobilia, ſi quæ ſint, quæ per
ſex ad minimum dies per ordinarios officiales detineri ac conſervari curabit, ut interim con-
demnatus ſi velit ac poſſit ſolvere, ea ab executionis nexu luat, refuſis ſumptibus eo uſque
factis, quo ipſo jus pignorum tolli, ejuſque inhiberi perſecutionem manifeſtum eſt. *l. 19. Cod. de*
Uſuris. junct. l. 20. verſ. neque enim. & l. 31. ff. de re judicat. Quo rurſum tempore præterlapſo,
ſi nec interim condemnatus ſolvat, apparitor ſive nuncius ſolenni proclamatione judicii foribus,
atque ædium ſacrarum valvis præfixa, oppignorata bona loco ad id deſtinato, ſub haſta publica plus
licitanti præſentibus iterum duobus loci Scabinis divendit, ac diſtrahit, exque nummis inde pro-
venientibus victori juxta ſententiæ tenorem ſolvit, quod ei debetur, & ſi quid reliquum ſit, de-
ductis primo litis ſumptibus & executionis expenſis, illud condemnato reſtituit, niſi pendente
proclamatione (per quam omnes & ſinguli quorum intererit monentur, ut ſi adverſus commina-
tam executionem quid inferre voluerint, id intra præſcriptum tempus ipſi nuncio, aut appari-
tori indicent) aliqui ſe contra dictam executionem oppoſuerint, quo ipſo executio differtur, do-
nec ſuper oppoſitione, in qua ſummarie, & ſine figura proceditur, fuerit judicatum.

14 Ipſe condemnatus ſi executioni ſe opponere voluerit, propterea quod executio contra ordi-
nem & procedendi modum intentetur, ipſum ſententiæ ſenſum invertat, aut ſecus, quam ejus te-
nor permittit interpretando, inique adverſus condemnatum exequetur, *l. 4. ff. de Appell. l. 5.*
Cod. Quorum app. non recip. & l. 21. Cod. de Appell. ubi Bart. *& alii DD.* aut quod ſolutionem,
compenſationem, aliudve peremptorium remedium allegare voluerit, in ſuperioribus tribunali-
bus haud aliter quam per pœnale mandatum ad id impetrandum executionem impedire, aut in-
hibere poteſt, quia condemnatus adverſus ſententiæ executionem regulariter audiri non poteſt.
l. 4. ff. de Appellat. l. 5. Cod. Quor. appellat. non. recip. l. 21. Cod. de Appellat. & ibi DD. Vide
Inſtruct. Holland. Cur. art. 177. Quod appellationis vice fungitur, quæ licet regulariter adverſus
executionem admitti non debeat, ſecundum *d. l. 4. ff. de appellat.* in exceſſu tamen, & pro ſo-
lutionis, compenſationis, aut ſimili peremptoria exceptione admittitur, ſi modo de iis liquido
conſtet, *cap. novit. 43. extr. de Appellat. & cap. qui ad. conſultationem 15. extr. de Sententia & re*
judicata. & ibi Gloſſ. Panormitan. Felin. & alii. De exceptionibus adverſus ſententiarum executio-
nem vide Joann. Ferrar. *pract. in form. execut. ſent. diff. in verb. Sapiens. num. 4. & ſeq.* Marant.
prax. aur. de execut. num. 57. Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 123.* Damhoud. *prax. civ. cap. 262.* Car-
pzov. *proceſſ. Jur. tit. 25. §. 6. & ſeqq.* In inferioribus tamen tribunalibus per praxin introductum
eſt, ut indifferenter tam ipſe condemnatus, quam quivis alius ſeſe executioni opponens admitta-
tur, ſuſpenſa interim executione, ad proximum diem juridicum, quo oppoſitionis ſuæ rationes
proponere tenetur. Vid. *Inſtruct. Holl. Cur. art. 173. & ſeqq.* Ordinat. juſtitiæ general. per om-

nes Hollandiæ civitates atque oppida *art.* 24. Papegay *pag.* 405. *& ſeqq.* Merul. *prax. civ. lib.* 4. *tit.* 95. Chriſtin. *vol.* 4. *deciſ.* 165.

Si adverſus ſententiam ab alio judice latam, ſed per requiſitoriales litteras per loci judicem 15
executioni mandatam oppoſitio interponatur: Quæritur cujus judicis notio erit ſuper interpoſita oppoſitione diſponere, ejuſne qui ſententiam tulit, an vero ejus qui eam executioni mandavit? Cujus ſub hac diſtinctione praxis eſt, ut ſi oppoſitio tantum concernat procedendi modum, ipſe judex loci requiſitus ſit competens, ſi vero ipſa cauſæ merita concernat, ipſius oppoſitionis notio pertineat ad eundem judicem à quo ſententia lata eſt, per text. *l.* 75. *ff. de judic.* Ubi Bul. & Coſtal. Vide etiam Anton. Fabr. *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 20. *defin.* 1, 25. 29. Rebuff. *ad Conſtit. Reg. tract de Sentent. executione art.* 7. *gloſſ.* 12. *num.* 19. Andr. Gail *lib.* 1. *obſ.* 1. 3. *num.* 8. Argentr. *ad conſuetud. Brittann. art.* 17. *num.* 2. *& ſeqq.* Sande *lib.* 1 *tit.* 12. *defin.* 5.

Non omnia tamen condemnati mobilia indifferenter pro judicati executione ſunt arripienda, 16
ſed juſtus modus ac ordo in iis ſervandus eſt. Ut nimirum pecunia parata, ſi quæ ſit, creditori primo aſſignetur, ac deinde mediocriter pretioſa capiantur, quæ ſi non ſufficiant, jam tum prius ad vaſa aurea & argentea, aliaque precioſiora procedatur, & tandem veniant lecti, veſtes, & reliqua ſupellex ad uſum quotidianum pertinens, deinde res moventes, veluti oves, vaccæ, equi, & boves aratorii, & inſtrumenta ad agriculturam pertinentia, quibus annumerantur, ſtipendia militum & Scholaſticorum libri, quæ poſteriora non niſi in ſubſidium oppignorantur, deficientibus ſcilicet aliis, tam immobilibus quam mobilibus, juribus, & actionibus *l.* 1. *Cod. quæ res pignor. oblig. poſſ. vel non. l.* 7. *Cod. eod. & l.* 4. *Cod. de execut. rei Judicat. l.* 40. *ff. de re Judicata.*

Dixi, *non omnia condemnati mobilia*] Quia res aliena oppignorari non poteſt *l.* 2. *ff. de pignorat.* 17
act. l. 6. *cod. quæ res pignor. obligari l.* 2. *& l. ult. Cod. ſi alien. res pign.* Ut latius ſupra *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 14. *& ſeqq.* Quocirca notandum obæratos debitores ut plurimum mobilia ſua in alios transferre, hoc pacto, ut ſibi precario utenda concedantur, cujus tum nomine, ſi illa forte pro judicati executione oppignoretur, ipſi executioni opponitur: quod ſi bona fide contingat in ſolutionem debiti ante contracti plenum dominium transferri, adque eundem creditorem tranſlatum pertinere intelligitur, qui ejus nomine executioni ſe valide opponere poteſt: quum jura vigilantibus ſcripta ſint & his à jure ſuo gratuito recedere liceat, neque revocari poſſit, quod ita eſt perceptum *l.* 24. *in fin. ff. quæ in fraud. creditorum.* Si vero in fraudem creditorum tale quid machinatum fuerit, totum quod actum eſt, reſcindetur, ac revocabitur id quod in fraudem eorum alienatum erit. *l.* 1. *ff. Quæ in fraud.* Quæ quum facti ſint, cujus difficilis ut plurimum perſecutio & probatio eſt, quarundam civitatum lege municipali certus ordo ac modus ejuſmodi tranſlationibus impoſitus eſt, qui ſub pœna nullitatis ſervari debet; Ut videre eſt *Statut. Lugdenſ. art.* 138. prout latius annotatum ſupra *tom.* 1. *lib.* 2. *cap* 12. *num.* 10.

Quo ordine in mobilium executione procedatur & quorum bonorum mobilium non fiat executio 18
vide apud Marant. *Specul. aur. tit. de execut. num.* 28. *& ſeqq.* Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 189. Pece. *de Jure ſiſtendi cap.* 5. DD. *ad l.* 15. *§.* 2. *ff. de re Judicat.* Imbert. *Inſt. lib.* 1. *cap.* 54. Damhoud. *prax. civil. cap.* 258. Chriſtin. *ad leg. Mechlin. tit.* 13. *art.* 21. *num.* 2. 3. 4. *& ſeqq.* Apud nos ſunt expreſſi textus Præſidialis & Supremæ Holland. Curiæ, *Provincialis Holland. Cur. Inſtruct. art.* 173. *& ſeqq. & Suprema Curia Inſtruct. art.* 266. *& ſeqq.* Itemque general. adminiſtrandæ juſtitiæ Ordinat. pro inferioribus tribunalibus emanata, *art.* 24. Quæ hîc verbotenus inſerere operæ precium duximus.

Uyt de Instructie van den Hove van Holland.

Art. 173.

In perſonele actien / daer eenige ſomme van penningen primant aengewezen is / ſal men procederen inder manieren hier na volgende: te weten / dat de Exploictier ofte Deurwaarder / metter ſententien ende executorie hem ſal tranſporteren aen den gecondemneerden, ende ſal ſommeren hem te betalen de ſomme vander condemnatie / in handen van den Exploictier / binnen den tijd van xxiiij uyren / hem ſignificerende dat hy by gebreecke van dien ſal moeten voorts gaen met ſijn executie: welke xxiiij uren over geſtreken ſijnde / indien daer geen betalinge gedaen en is / ſal hy den ſelven anderwerf verſoucken / dat hy betale de ſomme in 't vonniſſe begrepen / ofte dat hy hem wijſe eenige goeden daer hy ſijn executie aen doen mag / omme mids dien te mogen komen tot der voorſz. ſomme.

Ex Holland. curia Inſtruct.

Art. 173.

Actiones perſonales, in quibus aliqua pecuniæ ſumma parti adjudicata eſt, hoc modo executioni mandentur: Ut ſcilicet Apparitor exequens, cum ipſa ſententia & executionis mandato ſe ad condemnatum conferat, utque condemnationis ſummam ei intra 24 horarum ſpacium, ſolvat, inſinuet; quod niſi fiat, ulterius eum executurum ſciat. Quibus præterlapſis, ſi necdum ſolutio interceſſerit, ut ſummam condemnationi integram exſolvat, ſecundo inſtabit, aut aliqua bona aſſignet, in quæ condemnationem ſuam dirigere poſſit, eoque modo ad ſatisfactionem pervenire poſſit.

Art.

Art. 174.

Is de gecondemneerde refuſerende / diſlayerende / oft vertrekkende de voorſz. betalinge te doene / ofte te bewijſen goeden / op de welke de voorſz. executie ſoude mogen gedaan worden / de Exploictier of Executeur ſal nemen in ſijn handen van de haeffelijke goeden / toebehoorende den gecondemneerden / in ſulker quantiteyt dat hy dien genoug hebbe om ſijn executie daar aan te doen: Ende ſal in preſentie van den Geregte vander plaatſe / daar de executie ſal geſchieden / oft eenige van dien / dien hy gehouden ſal zijn daar toe te roepen / ende die geroepen te komen / behouden heuren redelijken ſalaris / maken eenen behoorlijken Inventaris ende declaratie van de voorſz. haeffelijke goeden / by hem als voren genomen.

Art. 175.

De voorſz.' goeden alſoo genomen / ende geinventarieert zijnde / ſal hy die moeten houden ende bewaren / ofte doen houden ende bewaren den tijd van ſes geheele dagen / binnen welken tijde de gecondemneerde ſal mogen betalen / ende by dien middele ſijn goeden weder hebben / betalende alle de koſten ter cauſe van dien gedaan by den Executeur / met ook den ſalaris van ſijnder executie. Ende of binnen de voorſz. ſes dagen de gecondemneerde geen naarſtigheyt en dede ſijn partije te betalen / of te contenteren: ſoo ſal de voorſz. Executeur (gebeurt de executie in eenige Steden) de voorſz. goeden openbaarlijk ſtellen te koope ter plaatſen daar men Markt-dag houd / op eenen Markt-dag / ende ſal die verkoopen ende leveren den genen die die laatſt verhoogt / ende meeſt daar omme biedende is.

Art. 176.

Geſchied de executie op 't platte Land / oft plaatſe daar geen Markt-dagen en zijn / ſoo ſal den Executeur des naaſten Sondaags oft Heyligdaags voor de noene / in de Prochie-Kerke vander plekken daar hy de goeden genomen ſal hebben / onder de Hoogmiſſe / publiceren ende kondigen / dat hy by wege van executie genomen heeft veel haeffelijke goeden / toebehoorende eenen alſulken perſoon / ende dat hy in meeninge is die te verkoopen in ſulken plaatſe / ende tot ſulken dage: 't Welk hy laet weten ten eynde oft yemandt daar af yet hebben wilde / dat hy daar kome. Ende de voorſz ſes dagen overleden zijnde / ſal hyer ter voorſz plaatſen ende dage doen de verkoopinge als boven. Van welke verkoopinge hy ſal maecken Regiſter / oft memorie / verklarende in 't lange hoe veel elk ſtuk van de verkogte goederen verkogt ſal weſen / ende wien die verkogt zijn / om reekeninge daar af te doen den gecondemneerden / t' allen tijden als men die ſal willen hebben / ende hy des verſogt ſal weſen. Ende van de penningen komende vande voorſz verkogte goeden / ſal de Executeur ofte Deurwaarder den Crediteur van ſijnder ſchult contenteren / nemende quitantie ten profijte vanden voorſz gecondemneerden ende geexecuteerden / ende ſal ook daar af nemen de koſten by hem gedaan om de voorſz executie volbragt te hebben / ende het ſurplus ſal hy weder geven den geexecuteerden / op datter eenig ſurplus is / ende ſal hem doen reeckeninge van ſijnder executie / op dat hy 't begeert. Ende ſal de voorſz Executeur / als hy de voorſz haeffelijcke goederen ſal verkoopen / voor ſijn ſeeckerheyt de verkoopinge mogen doen in tegenwoordigheyt van eenigen van den Geregte vander plaatſe / ende van hem nemen certificatie vande verkoopinge der voorſz goeden / met goede ſpecificatie als boven om in ſijnder voorſz reeckeninge daar af te doen blijken.

Art. 174.

Quibus refuſis, & condemnato ulteriorem ſolvendi dilationem procraſtinante, nullaque exequenda bona adſignante, exequens apparitor ipſemet, in ſufficientia condemnati bona mobilia, ſi quæ ſint, manus injiciet, eaque coram aliquibus loci judicibus, ad id requiſitis, neque recuſare valentibus, ſolenni inventario exequenda annotabit.

Art. 175.

Eaque bona in hunc modum annotata, manu tenebit, & per ſex integros dies ſervando detineri curabit, ut interea condemnatus per celerem ſatisfactionem ea luat, refuſis ſumptibus in exequendo addito debito exequendi ſalario factis. Et ſi forte intra ſex dies præfixas necdum condemnatus ſolvat, aut ſatisfaciat, executor (ſi forte in munitis civitatibus executio ſit proſequenda) eadem bona in proximam diem forenſem in foro aperte vendenda exponet, & ultimo plus licitanti vendita tradet.

Art. 176.

Si vero executio fiat ruri extra munitas urbes, ubi nulla forenſia exercentur emporia, idem executor proximo Sabbati die in parochialis loci ædibus ſacris ante meridiem ſub convocationem ſolennem publice denunciabit, ſe aliqua condemnati mobilia manu tenere, quæ ſtatuto loco & tempore divendere velit, quod enim in finem univerſis & ſingulis ſignificare voluit, ut ſi quis ea iis aliqua appetat, in tempore ſe ibidem ſiſtat. Quibus ſex intermiſſis diebus præterlapſis, ad ipſam venditionem perget forma & modo quo ſupra. Cujus quidem venditionis particularem faciet deſcriptionem, quo pretio eorum ſingula & quibus fuerint divendita, ſecundum quam, condemnato debitam reddere poſſit rationem, ſi quando petierit, deinde executor ex ſumma per venditionem comparata creditori, quod ei competit, tradita apocha perſolvet, & detractis executionis ſumptibus, ſi quod reliquum ſit, condemnato reſtituet, data executionis ſuæ debita ratione ſi quando petatur. Porro executor in majorem ſecuritatem adhibere poterit aliquos judicii iſtius loci Adſeſſores, qui quod agitur conteſtentur, & ſpecificæ divenditorum declarationi ſubſcribant, ut ad eorundem fidem in reddenda ratione ſua, ſe referat.

Art.

Art. 177.

Item / indien de geëxecuteerde hem wilde oppoſeren tegens de voorſz executie / de Exploictier en ſal hem niet ontfangen als oppoſant: Maar indien yemant anders hem wilde oppoſeeren / omme dat hy by avonture ſoude willen ſeggen / dat de goeden / by den Exploictier te koope geſtelt oft eenige van dien / ſijn eygen goeden zijn / oft aan hem verbonden / oft omme andere ſaaken: Indien gevalle ſal de voorſz Exploictier den voorſz oppoſant ontfangen tot oppoſitie / ende ſal hem behoorlijken dag beteekenen omme te ſeggen de ſaake van ſijnder oppoſitie / overſchrijvende den Hove wes hem dies aangaande wedervaren ſal zijn / ende adverteren den oppoſant van 't geene dat in 't naaſte articule hier naar volgt / ende ſal dit al ſignifieeren den geenen / voor den welken hy de executie ſal doen / ten eynde dat hy ten voorſz dage kome / om de voorſz ſaake te hooren / ende daar tegens te ſeggen / ende te ſien ordonneren als 't behooren ſal / indien 't hem belieft: Ende dien tijdt hangende / ende tot dat daar op geappointeert ſal zijn / ſal de voorſz executie blijven geſchorſt / alſoo verre als 't aangaan mag der ſaaken daarom een derde hem geoppoſeert ſal hebben als vooren.

Art. 177.

Si ipſe condemnatus executioni ſe opponere voluerit, ab executore non admittetur. Sed ſi tertius aliquis pro ſuo intereſſe interveniat, ut ſi contendere velit, bona ab executore venum expoſita, aut aliqua eorum ad ſe pertinere; aut ſibi nexu ſuppoſita eſſe, aliave de cauſa, is eo caſu ab executore admittendus, eique oppoſitionis proponendæ & defendendæ dies addicendus eſt, & quid ei ex præſcripto inſequentis articuli faciendum ſit, admonendus eſt. Quæ omnia Curiæ referre executor tenetur, ſimulque ei cujus nomine executionem fecit in tempore ſignificare, ut præſtituto die adſit, oppoſitionis rationem audiat, eique contradicat, & diſponi videat, prout æquum videbitur.

Art. 178.

Is 't dat de voorſz oppoſant compareert ten voorſz dage hem beteekent / hy ſal worden gehoort / ende de wederpartye die de voorſz executie heeft doen doen / ter contrarien: ende partijen ſommierlijk gehoort / ſal daar op geappointeert worden by den Raad / als dat behooren ſal / het zy de voorſz executie te voldoen / oft niet. Ende indien de voorſz oppoſant ten voorſz dage niet en compareerde / ſoo ſal tegens hem gegeven worden deffault / ende uyt kragte van dien verklaart / dat de voorſz executie ſal voldaen worden / ende heure voortgank hebben / ende ſal de voorſz oppoſant gecondemneert worden in de koſten / ſchaden ende intereſten van den genen die de voorſz executie hebben doen doen.

Art. 178.

Si forte opponens addicto die compareat audietur, ut & pars adverſa, quæ executionem fieri requiſivit, à contrario, quibus ſummatie auditis, ipſa Curia, prout æquum judicabit, ſive pro executione proſequenda, ſive contra eam, decernet. Si vero opponens die ſerviente non comparuerit, contra eum defectus contumacia decernetur, ejuſque effectu admittetur exequens inceptam executionem perſequi, cum condemnatione expenſarum, ſumptuum & intereſſe ab opponente præſtanda.

Uyt d'Inſtructie van den Hoogen Raade.

Ex Suprem. Holland. Cur. Inſtruct.

Art. 264.

Dat alle Sententien approbatoire van den Sententien geweſen by den Provincialen Raade ende Steden / ofte andere Regteren ſullen geëxecuteert worden by d' Executeur van den Hoogen Raade / ofte van den Regteren / die de geapprobeerde Sententie geweſen ſal hebben tot optie van den triumphant.

Art. 264.

Ut omnes ſententiæ approbatoriæ ſuper Provincialis Curiæ Civitatum aliorum judicum cauſis latæ, executioni mandari poſſint, tam per Supremæ Curiæ executorem, quam per eorundem judicum ordinarios executores, pro lubitu victoris.

Art. 265.

In d' executie van alle Sententien / gewillige condemnatien / ofte van taxatien van koſten / ſal d' Executeur gehouden zijn voor al de ſommatie te doen aan den Procureur van den gecondemneerde / ende hem competenten dag geven om die te voldoen.

Art. 265.

In omnibus ſententiis, voluntariis condemnationibus, aut ſumptuum taxationibus, antequam executioni mandentur, executores ante omnia eas condemnati procuratoribus, juſto ſatisfaciendi termino addicto, inſinuare teneantur.

Art. 266.

D' Executeur / den tijd van de ſommatie omgekomen ende verloopen ſijnde / ſal mogen aantaſten / nemen ende ſijn executie leggen / ofte doen op de gereetſte goeden van den gecondemneerde / ende op de welke hy alderligtelijkſte ende gereetſt ſijn executie ſoude mogen doen / ſoo verre de gecondemneerde hem niet en bewijſt genoegſame goeden naar de groote van de condemnatie / op welke hy bereet ende te vreden is d' executie te lijden ende te geſtengen: Ende ſal nogtans de voornoemde Executeur niet mogen nemen ende executeren groote goeden om een kleyne ſomme / ten ware dat de goeden waren aan

Art. 266.

Dictis ſatisfaciendi & ſummationum terminis elapſis executor ſuam executionem dirigere & manus injicere poterit in quælibet condemnati bona mobilia, quæ propius ad manus habuerit, & per quæ quam commodiſſime executio fieri potuerit, ſi quando ſcilicet condemnatus nulla ſufficientia bona in quæ executionem dirigi malit, ipſemet adſignaverit. Ita tamen, ut ne executor, majora bona, pro cauſa ſatis minima prebendat. Neque executio per appellatio-

nem,

een ſtuk / niet ſplitſbaar ofte deylbaar zynde: Ende ſal de voorſz executie niet mogen belet worden by appellatie ofte oppoſitie van den geëxecuteerde / ofte ook anderſints / ſoo verre de genomen ende aangetaſte goeden den gecondemneerde zyn toebehoorende / ende ten ware by oppoſitie van een derde / ſeggende de goeden hem toe te behooren / ofte dat by relief van appelle mette clauſule van inhibitie / den Executeur dat verboden ware: Ende ſal d' Executeur / ofte Deurwaarder alſulken derde hem oppoſerende / eenen competenten dag beteekenen om ſyne redenen van oppoſitie te komen verklaren / blyvende daar-en-tuſſchen de vordere executie geſuſpendeert ende geſchorſt.

nem, aut oppoſitionem ipſius condemnati aliove modo impedietur, ſi modo prehenſa bona in ejuſdem dominio ſint, neque alio caſu quam per oppoſitionem tertii eadem bona ad ſe pertinere, aut intercedente conceſſâ appellatione reſtitutionis, & inhibitionis clauſula munita, executori ulterior exhibitio prohibeatur. Et quidem tertio hoc modo opponenti apparitor, ſive executor competentem diem præfiget, qua ſerviente, oppoſitionis ſuæ rationes reddat, manente interim ulteriori ſententiæ executione in ſuſpenſo.

Art. 267.

Dat panden meuble goeden by executie genomen ende aangetaſt zynde / de verkondinge van de verkoopinge gedaan ſal worden opten eerſten Sondag ende Markt-dag naar de handſtellinge: ende van de verkondinge ſal den gecondemneerde de wete gedaan worden aan ſyn perſoon / ofte tot ſynder laatſter woonſtede ofte reſidentie / ofte anders aan ſynen Procureurs / Facteurs / ofte onderwinders / met verklaringe van den dage dat de verkoopinge gedaan ſal worden / ten eynde dat de gecondemneerde de condemnatie voldoen mag / op pene dat alſulke aangetaſte goeden by den Deurwaarder / totter qualiteyt vander ſchult / geſtelt ſullen worden in handen van ſekeren Gecommitteerden / om die te regeren ende beſorgen den tyd van ſes dagen: Ende word den gecondemneerden verboden den voorſz Gecommitteerde te turberen ofte beletten / op pene van gepunieert te worden tot arbitrage van den voorſz Hoogen Raade / ende de ſes dagen overſtreken zynde / ſullen de meuble goederen in de naaſte Steden verkogt worden openbaarlyk ten eerſten Markt-dage / ten ware dat op 't verſoek van partyen by den Hove anders werde geordonneert.

Art. 267.

Ut pignoribus, & mobilibus bonis executioni ſubjectis publicatio venditionis fiat prima dominica, & emptorii publici die poſt manus injectionem ſubſequente, cujus publicationis ipſi condemnato aut ad domicilium ejus aut alias ejus procuratori ſive negotiorum geſtori, notitia detur, addicto venditionis die, cum in finem, ut adhuc condemnatus judicatum ſolvat, ſub pœna, ut ejuſmodi bona apprehenſa ad uſque debiti qualitatem, apud alium adminiſtratorem ſequeſtrentur, qui ea ad terminum ſex dierum reſervet & procuret, ſitque eidem condemnato interdictum eundem ſequeſtrem turbare, ſive aliquod impedimentum adferre, ſub pœna arbitrariæ correctionis, quibus ſex diebus præterlapſis, eadem bona in propiori civitate proxima emporii publici die publice divendentur, niſi ad partis inſtantiam Curiæ aliter viſum fuerit.

Uyt de Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie in de Steden en ten platten Lande.

Art. 24.

De Officier / ofte Bode die gewoonlyk is executie te doen / ſal hem mette ſententie vinden aan den perſoon / of ter woonplaatſe van den gecondemneerde / ende den ſelven ſommeren binnen vier-en-twintig uren te betalen / de vier-en-twintig uren overſtreken zynde / in gevalle daar egeene betalinge en wordt gedaan / ſal de voorſz Officier / ofte Bode / andermaal voldoeninge van de voorſz Sententie verſoeken / ende blyft hy nog in gebreke / ſal in preſentie van twee Schepenen / Mannen ofte Geſworens / in arreſte ofte bewaarder hand nemen de meublen ofte haaffelyke goederen / voor 't agterweſen van den Triumphant / ten ware de gecondemneerde eenige meuble ofte immeuble goeden den Executeur beweſe / daar aan hy begeerde d'executie gedaan te hebben. Ende naar de ſes dagen / ende een Sondaags / ofte Regt-daags gebod / ten naaſten Markt-dage in den Steden / ende ten naaſten Regt-dage in de Dorpen / de voorſz meublen / den meeſt daar voor biedende / om gereet gelt verkoopen.

Ex generali Juſtitiæ Civitat. & Paganorum Ordinat.

Art. 24.

Officialis aut nuncius apparitor, ad cujus officium pertinet decreta executioni mandare, exhibita ſententia conferet ſe ad condemnati perſonam, aut domicilium ejus eundem interpellans, ut intra 24 horarum terminum ſolvat, quo præterlapſo, ſi nulla intercedat ſolutio, Officialis, apparitorve, ejuſdem ſolutionis inſinuationem dato altero 24 horarum termino renovabit, quo iterum abſque ſententiæ ſolutione prælapſo, convocatis duobus Scabinis, aliiſve judicibus juratis mannum injectione prehendet condemnati bona mobilia pro judicato ſolvendo ſufficientia: niſi ipſe reus executori mobilia aut immobilia bona adſignaverit, in quæ executionem dirigi maluerit. Ac porro poſt ſex dies præcedente ſolenni Sabbatina in munitis Civitatibus & juridica Paganorum ſolenni publicatione, proximo emporii publici in Civitatibus, & in Paganis diei juridici plus licitanti ſub haſta dicta mobilia parata pecunia divendenda exponet.

19 Deficientibus aut non ſufficientibus bonis mobilibus jam tum prius ad immobilia proceditur, eodem fere ordine ſervato. Ut prius ab ipſo condemnato præſentibus duobus loci Scabinis immobilia aſſignanda requirantur, ac tum primo per arreſti formam executio intentetur in debitoris propria & ab omni nexu libera bona, ſi quæ ſint, deinde in bona cenſualia aut emphyteutica, poſt quæ primo ad actiones & reliqua jura, ac deinde ad bonorum feudalium fructus, poſtremo etiam ad diſtractionem ipſorum etiam bonorum feudalium, ſervato domini jure, procedatur juxta præ-

ſcriptum *Inſtruct. Holland. Cur. art. 179. Suprem. Cur. 268. & ſeqq.* & *general. Juſtit. ordinat. art. 25.* Vid. Marant. *tit. de execut. num. 49. & ſeqq.* Andr. Gail *lib. 2. obſ. 117. & ibi DD.* Math. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. num. 45.*

Modus autem diſtrahendi immobilia hic eſt: ut poſt inſinuationem ac renovationem, præſen- 20 tibus duobus loci Scabinis per arreſti formam oppignorentur, idque eorundem domino ac poſſeſſori cum alienandi, aut quovis alio modo de iis diſponendi inhibitione inſinuetur, donec per executionem in ea intentandam ipſi creditori ſatisfiat. Quo facto per primas, ſecundas, & ternas ſolennes proclamationes judiciorum, ædiumque ſacrarum loci rei ſitæ, & trium proxime circumjacentium locorum valvis ad intervallum in civitatibus octo, & apud paganos quatuordecim ut minimum dierum, affixas, cui quaterna ex ſuperabundanti cautela ſuperadditur, venditioni dies aſſignatur, omneſque & ſinguli quorum intererit monentur, ut ſi quas actiones in rem prætendant, quibus prædicta oppignorata bona ſubjecta eſſe putaverint, eaſdem ſuas actiones intra præſcriptum tempus ſub pœna perpetui ſilentii ordinario judicii Graphiario annotari faciant.

Si quis interim ea cauſa in rem competenti ſeſe adverſus executionem oppoſuerit, puta quod 21 rem ſuam eſſe, ſibi competere, aut ſibi obligatam, aut hypothecatam eſſe prætendat, aut alia actione adverſus eundem debitorem experiri velit, ipſi diſtractioni nihilominus conſentire tenetur, reſervata tantum actione in nummos ex rebus divenditis provenientes, ſecundum concurrentiæ aut prælationis jura diſtribuendos, niſi poſt ſummariam cauſæ cognitionem per pœnale Curiæ mandatum executio inhibeatur, donec plenius in cauſa fuerit judicatum, ut ſupra etiam notatum hoc eodem capite *num.* 14.

Terno & quaterno proclamationum termino præterlapſo, addicto die & loco ad venditionem 22 proceditur, qua bona ex Superiorum tribunalium ſententiis venditioni addicta, adhibitis iterum duobus loci Scabinis accenſa candela plus licitanti offeruntur, ſic ut is, qui extincta candela proxime plus licitando promiſerit, emptor ſit, niſi coram ipſa Curia ante ulteriora decreti conſummationem, cui iterum dies certus addicitur, & facta ſubhaſtatio plenius approbanda renovatur, quis alius eundem primum emptorem ante ſigilli à conſignata cera detractionem plus licitando iterum vicerit, cui jam tum Curiæ decreto bona diſtracta plenius addicuntur. Quo ipſo prior emptor ab oblatione ſua liberatur, & poſteriori plus offerenti res vendita adjudicatur reſtituta priori emptori duplici arrha priori emptioni impoſita. Quo facto emptor, nummos ſuos pecunia parata Curiæ Graphiario conſignare tenetur, ad hoc ut creditoribus, ſi qui ſint, ſecundum concurrentiæ, aut prælationis jura, per præferentiæ, ut vocant, arreſtum, ſub cautione de reſtituendo ſi quis forte de meliori jure aliquando docuerit, diſtribuantur, aut alias victori latæ ſententiæ ſumma ſatisfiat, & ſi quod reliquum ſit deductis impenſis condemnato reſtituatur. In inferioribus vero tribunalibus cæteris paribus, unica eaque ſimplex ſubhaſtationis venditio eſt, quam eadem pecuniæ diſtractæ conſignatio & juſtæ diſtributionis decretum ſubſequitur. Quo pertinent eædem utriuſque Curiæ, & generalis civitatum ac Paganorum Juſtitiæ Ordinat. his verbis:

Uyt d'Inſtructie van den Hove van Holland.

Art. 179.

Indien de voorſz gecondemneerde geen haeffelijke goeden en heeft / daer op men executie ſoude mogen doen / of dat hy niet goeds genoeg en hadde bewezen: In dien gevalle / ende na dat de Executeur naerſtigheyt gedaan ſal hebben van dat te onderſoeken / 't welk hy gehouden ſal weſen te doen / ende ook te certificeren by ſyne relatie / ſoo ſal de voorſz Executeur mogen procederen / ende nemen in ſyne handen erffelijken ende onberoerlijke goederen / den voorſz gecondemneerden toebehoorende / tot dat hyer genoug hebbe om ſijn executie te voldoen.

Art. 180.

Is 't dat onder de onberoerlijke goeden ſijn eygen goeden / de Executeur ſal die eerſt nemen: ende en ſijn daer geene / of datter niet genoug en ſijn / ſoo ſal hy nemen de chijns-goeden: ende is 't dat die nog niet genoug en ſijn / ſoo ſal hy onderſoek doen / of yemand den voorſz gecondemneerden yet ſchuldig is / ofte eenige onbehoorlijke goeden / den ſelven gecondemneerde toebehoorende / brijt / ofte onder hem heeft / ende daer aan doen ſijn executie. Ende by gebreke

Ex Holland. Cur. inſtruct.

Art. 179.

Si condemnatus non habeat mobilia in quæ executio dirigi poſſit, aut minus ſufficientia aſſignaverit, poſtquam ſuper iis ipſe executor ſedulo inquiſierit, quod ante omnia explorare, & de eo certificando referre, officii ſui eſt, ulterius ad immobilia procedet, & manum injiciet condemnati realibus, atque immobilibus bonis, ad condemnationis ſolutionem ſufficientibus.

Art. 180.

Si autem inter illa propria & patrimonialia bona extiterint, in illa prius executionem dirigat executor, ſi ea nulla ſint, aut quæ ſunt pro judicato ſolvendo minus ſuffecerint, ad cenſualia accedet, quæ ſi necdum ſuffecerint, inquiret, num alius quis ipſi condemnato quid debeat, aut ejuſdem bona aut jura mala fide poſſideat, in quæ tum executionem dirigat: quibus omnibus deficientibus prehendet primo bono-

van 't geene dat voorſz is / ſoo ſal hy nemen de vrugten van de Leen-goeden / alſoo verre als die ſouffiſant zijn om te voltrecken d'executie: ende indien niet / ſal ſonder prejuditie van de Leen heeren mogen procederen op de Leen-goeden: welke onroerlijke goeden / chijnſen / crediten / vrugten van Leenen / oft de Leen-goeden / by gebreke als voren / hy ſtellen ſal in onſen handen / om daer op ſijn executie te doen: ende de handſettinge gedaan zijnde / ſal hy dat ſignificeren den gecondemneerde / hem verbiedende van onſen wegen de voorſz parceelen van goeden eenigſins te toucheren / of handelen / maar hem daer op laten doen ſijn executie alſoo dat behooren ſal / ende ook 't ſelve te ſignificeren den Leen-heere / ten eynde dat hy niet en doe in prejuditie vander voorſz handſtellinge ende executie.

Art. 181.

Na de voorſz handſettinge ſal de Executeur de erffelijke goeden ſtellen te koope / met vier openbare geboden / inder maniere / ende inder plaetſe hier na verklaert / te weten: Des eerſten Sonnendaegs na dat hy de voorſz erffelijke goeden / chynſen / crediten / vrugten van Leenen / oft ook Leenen / ſal hebben geſtelt in onſen handen / ſal hy hem tranſporteren in de Kerken / ofte Parochien / daer die goeden ſijn gelegen / ende aldaer ten tyde van de Hoog-miſſe / ende ter preſentie van den volke / aldaer vergadert zijnde / ſal hy ſeggen / ende openbaarlijk verklaren / dat hy by executie genomen heeft alſulke ende alſulke goeden / ende geſtelt in onſen handen / om daer aen te executeren: Doende aldaer volkomen declaratie van den voorſz goeden / vander waardee der ſelver Jaerlijkſe / ende van de laſt dieſe ſchuldig mogen weſen te dragen / ſoo verre het ſal mogen komen tot ſijnder kenniſſe. Ende is daer yemand dieſe koopen wilt / die kome tot hem / hy ſal hem ontfangen / om voorts de geboden gedaen / ende voldaen / ende 't decreet toe geweſen / die te leveren den meeſt daer omme biedende / ende laatſtwerf verhoogende.

Art. 182.

Is 't dat de voorſz publicatie gedaan zijnde / daar yemand komt die de voorſz goeden wil koopen / de Executeur ſal hem ontfangen / ende ook ſijnen Godſpenning voor den voorſz koop / ende ſal den voorſz koop ſchrijven / ende ook den perſoon ofte perſoonen die dat gedaan ſullen hebben / ende inſgelijks den dag vander verkoopinge.

Art. 183.

Na dat de voorſz publicatie gedaan ſal weſen inder manieren voorſz / ſal hem d' Executeur tranſporteren inder naaſter goeder Stadt vander plaetſen daar die voorſz erffelijke goeden ſullen zijn gelegen / op dat ſy niet en zijn in goede Steden / ende aldaar ten naaſten Markt-dage ter plaetſen daer men gewoonlijken is publicatie ende geboden te doene / ter uren als 't volk beſt vergadert ſal weſen / ſal hy roepen ende publiceren / dat hy de voorſz goeden heeft genomen by executie / ende ſal alſoo doen als hy gedaan ſal hebben in de voorſz Parochie Kerke. Ende voorts meer / is daar yemand die voor die goeden yet geboden heeft / ſoo ſal hy dat verklaren / ſeggende: Is daar yemand dieſe verhoogen wilt / die kome tot hem ende hy ſal hem ontfangen. Ende dat is 't eerſte gebod.

Art. 184.

Den eerſten Sondag na den Sondag dat d'eerſte publicatie gedaan ſal weſen inder Kerken / ſal hy doen de tweede publicatie van den voorſz goeden in de Parochie-Kerken / ende inder voorſz goeder Stad ende naaſten Markt-dag / ende inder manieren voorſz. Ende dit is 't tweede gebod.

bonorum feudalium fructus, ſi qui ſint qui pro judicato ſolvendo ſufficerint, ſin minus in ipſa bona feudalia, ſalvo dominii jure executionem diriget, quæ bona immobilia, cenſualia, credita, feudorum fructus, & ipſa denique feuda, in manus noſtras conſtituet, ut in ea executionem ſuam dirigat; qua manuum injectione facta, id condemnato ſignificabit, interdicens ei noſtro nomine, ne iis ſeſe amplius immiſceat, neque inhibeat aut impediat, quo minus in ea executionem ſuam prout expediet, dirigat. Idemque feudi domino annunciabit ut ne quid ille in præjudicium dictæ injectionis aut executionis attentet.

Art. 181.

Poſt eandem injectionem immobilia condemnati bona per quaternas ſolennes proclamationes eo ordine atque eo loco quo infra, vendenda denunciabit. Ut ſcilicet prima die dominica, poſtquam eadem bona patrimonialia, cenſualia, credita, feudorum fructus, & ipſa etiam feuda in manus noſtras conſtituerit, ad Parochii loci rei ſitæ, ædes ſacras precationum matutinarum tempore ſe recipiet, ibique omnibus & ſingulis congregatis notum faciet, ea ſe bona executioni mandaſſe, eumque in finem in manus noſtras conſtituiſſe, cum omnimoda eorundem deſcriptione, & explicatione annuorum redituum, uti & onerum iis impoſitorum, in quantum ei innoteſcere potuerit, & ſi quis ſit qui ea emere velit, ad eum accedat, admittendus, ut ulterioribus proclamationibus peractis, & per decretum comprobatis, plus offerenti, & ultimo licitanti ſolennis fiat traditio.

Art. 182.

Et ſi quis poſt publicationem factam ea bona empturus accedat, ab executore admittetur, ejuſque oblati precii arrham accipiet, emptique precium, addito emptoris nomine, ac venditionis die probe annotabit.

Art. 183.

Hac publicatione, modo, quo ſupra facta, executor ſe ad proximam loci rei ſitæ urbem recipiet (ſi modo bona in ipſa urbe non ſint ſita) ibique proxima publici emporii die, ubi & quo tempore ſolennes publicationes fieri ſolent, ſimili publicatione omnibus & ſingulis notum faciet, eadem ſe bona executioni mandaſſe, eodemque modo quo Parochiis ædibus ſacris fecerit, concludet; Et ſi quis ibidem pretium aliquod obtulerit, illud palam ſignificabit, requirens, ut ſi quis prædictæ oblationi aliquid ſuperaddere velit, ad eum accedat admittendus, eaque ſit prima ſolennis proclamatio.

Art. 184.

Proxima dominica poſt primam, qua illa in Parochiis rei ſitæ ſacris fuerint peracta, quemadmodum in prædicta urbe proxima poſt primam emporii publici die, loco & tempore deſtinato, modo quo ſupra ſecundam edicet publicationem, eaque erit ſecunda proclamatio.

Art. 185.

Den tweeden Sondag daer na ſal men doen 't derde gebod inder manieren als boven / verklarende dattet is 't derde gebod.

Art. 185.

Secunda poſt primam dominica eodem modo edicet tertiam publicationem, addito, quod ea tertia ſit proclamatio.

Art. 186.

Den derden Sondag daar na ſal hy doen als boven / ende ſal verklaren dattet is 't vierde gebod: Ende altoos / in gevalle dat yemant daar kome die de voorſz goeden verhoogt / ſal hy die hoogniſſe verklaren / ten ware ſaake dat 't Hof in kleyne ſaken ann merkelyke redenen ordineerde de voorſz kerken ende Markt-daags geboden anders gedaan te worden.

Art. 186.

Tertia poſt dictam primam dominica die modo quo ſupra, pronunciabit quartam publicationem, addito, hæc eſt quarta proclamatio. Singuliſque vicibus, ſi quis emptor intercedat, qui oblatum empti pretium adaugere velit, ille admittendus eſt. Et hæc quidem, niſi ipſe Senatus in cauſis minoris momenti, propter cauſam eas publicationes aliter edicendas præcipiat.

Circa quas tamen empti & venditi oblationes ſingulis publicationibus admittendas, notandum eas ab uſu receſſiſſe, & earundem loco juxta Supremæ Curiæ praxin, ſucceſſiſſe, ut certa poſt quartum decretum præfigatur dies, qua bona publicata in proxima rei ſitæ urbe, certo loco ac tempore coram duobus ejuſdem Urbis Scabinis accenſa candela plus licitanti offerantur, eo quo ſupra diximus modo. Vide etiam procedendi formulas Papegay *pag. mihi* 451. *& ſeqq.*

Art. 187.

Is 't dat yemand hangende ende duerende de voorſz geboden / hem daar tegens wilde oppoſeren / om dat hy ſal willen ſuſtineren de erffelyke goeden / Chynſen / ofte Leenen die men ſtelt te koope / ſyne te weſen / ofte regt van Renten / oft eenige andere / hoedanig dattet zy / daar op te hebben: indien gevalle / daar ſal de voorſz Executeur den oppoſant ontfangen tot oppoſitie / als boven / ende ſal niet-te-min procederen totter voldoeninge der voorſz geboden / ſonder die daar omme in eeniger manieren te dilayeren: Ende inſgelyks wilde hem de geexecuteerde oppoſeren / oft appelleren / daarom en ſal de voorſz Executeur niet verbeyden de voorſz geboden te voldoen / als boven.

Art. 187.

Si quis pendentibus proclamationibus, executioni ſe opponere voluerit, inferre volens dicta publicata bona, ad ſe pertinere, aut ratione redituum impoſitorum, aut alterius juris ſibi realiter eſſe obligata executor eundem, ad oppoſitionem oppoſitam admittet, ita tamen ut ea non obſtante, interim cum prædictarum proclamationum conſumnatione pergat, neque earundem aliqua propterea detur dilatio. Ita nec ſi ipſe condemnatus provocare, aut executioni ſe opponere voluerit; propterea aliqua proclamationum continuatio interrumpatur.

Art. 188.

De voorſz geboden gedaan / ende voldaan zynde / ſal de voorſz Executeur dagen t'eenen gelegen dage de geene die de voorſz erffelyke Goeden / Chynſen / Pagten oft Leenen verhoogt ſal hebben / ende de geexecuteerde ende oppoſant ofte oppoſanten / elks in ſyn regard / te weten: Den voorſz Kooper / oft laatſt verhooger / om ſyn handen te ydelen van den penningen daar op de voorſz koop ſtaat / ende 't decreet te ontfangen: Ende den geexecuteerden / omme 't decreet van den voorſz goeden den Kooper te ſien aanwyſen / ende den Crediteur oft Crediteuren van de penningen / komende van den voorſz koope / ſien betalinge doen / ende ook te ſien daar af nemen die koſten vander voorſz executie / ende te ontfangen 't ſurplus / op datter eenigſins ſurplus is: ende de oppoſant ofte oppoſanten / op datter eenige zyn / omme te ſeggen de redenen van heurluyder oppoſitie: Ende zyn daar eenige appellanten / ſal daar af ook mentie maken in ſyn relatie.

Art. 188.

Prædictis proclamationibus conſummatis executor emptorem cui plus licitanti bona fuerint addicta, itemque & condemnatum, uti & eum eoſve, qui ſe executioni opponere voluerint certam addicet diem, qua ſerviente compareant, emptor, ut oblatum pretium conſignet, & decretum accipiat; condemnatus, ut bona vendita per decretum emptori adjudicari videat, & ex nummis exemptis ac divenditis bonis provenientibus, creditoribus ſuis ſatisfieri patiatur, & ex iis executionis ſumptus detrahi, & ſi quod reliquum ſit accipiat, & hi qui executioni ſeſe oppoſuerunt, ſi qui ſint, ut oppoſitionis rationes reddant, & ſi qui fuerint qui appellationem interpoſuerint, ejus etiam in relatione executionis mentionem faciet.

Art. 190.

Ten dage geprefigeert ſullen de voorſz partyen elks d'een tegens d'andere gehoort worden / ende inſgelyks de oppoſanten ofte appellanten / indien daar eenige zyn / de welke ſommierlyk gehoort / ſal daar op by den Hove geappointeert worden als behooren ſal. Ende indien daar geen oppoſanten oft appellanten en zyn / oft de oppoſanten ofte appellanten gewyſdeert zynde / ſullen daar na de brieven van decrete bereyt gemaekt worden / na ouder gewoonten: Welverſtaande dat de voorſz brieven van decrete bereyt weſende / op eenen Regt-dag gebragt ſullen worden in de Raden / ende aldaar in preſentie van een yegelyk die daar zyn ſal willen / ſal by den

Art. 150.

Die ſerviente præſcripti adverſarii omnes & ſinguli adverſus ſe invicem audientur quemadmodum & illi qui ſe executioni oppoſuerint, aut appellationem interpoſuerint, ſi qui ſint, idque ſummarie, quo facto ab ipſa Curia, prout videbitur, decernetur. Si vero nulli ſe executioni oppoſuerint, aut appellationem interpoſuerint, aut eorundem cauſa fuerit ſopita, Decreti litteræ expedientur more ſolito, ita ut hæ expeditæ die Juridico in Senatum deferantur, ut coram omnibus & ſingulis, qui præſentes eſſe voluerint Graphiarius declaret tales litteras eſſe expeditas ut

ſigillo

Digitized by Google

Griffier openbaarlijk verklaart worden / dat alſulke brieven van decrete veregt zijn om te beſegelen / ende vragen oft daar yemant is die de voorſz erffelijke goeden / chijnſen / vrugten / oft leenen meer wilt verhoogen: Ende is daar niemand / ſoo ſullen de voorſz brieven van decrete openbaarlijk geſegelt worden: Maar is daar yemand die verhoogen wille / hy ſal daar toe ontfangen worden tot 't afnemen des Zegels van den Waſſche.

ſigillo confirmentur, ſimulque palam rogetur, num quis pretium bonorum ſub haſta divenditorum, oblatum licitando augere voluerit, ut ſi nullus auctor appareat, decreti litteræ publico ſigillo firmentur. Si vero aliquis pretium oblatum adauxerit licitando admittetur, uſque ad ſigilli à certa abſtractionem.

Uyt d' Inſtructie van den Hoogen Raad.

Art. 268.

Een Deurwaarder oft Executeur / willende procederen ter executie ende verkoopinge van onroerlijke goeden / ſal gehouden zijn d'eerſte verkondinge te doen op eenen Sondag in de Kerke / ten tijde van de predicatie / ende opte Markt-dag in de volgende weeke in de naaſte Stede / ende de voorſz verkondinge den gecondemneerde te laten weten; ende dat gedaan / ſal de tweede ende derde verkondinge gedaan worden van acht dagen te acht dagen / totte vierde incluys.

Art. 269.

Sal boven dien de voorſz Deurwaarder gehouden zijn t'elker verkondinge by ſijn billetten / die hy heften ſal aan de Kerk-deuren / ofte andere openbare plaetſen / daar de voorſz verkondinge gedaan ſal worden / te laten weten alle opposanten / ofte anderen die eenig regt ſullen willen pretenderen ofte eyſſen totten geſubhaſteerden goeden / ofte opte penningen die komen ſullen vander verkoopinge / ende de crete van dien / ten eynde dat ſy voor hem Deurwaarder tegens de voorſz verkondinge ende verkoopinge hen komen opposeren / op dat hen ſulks goet dunkt: Ende dat gedaan ende de voorſz verkondinge voldaan ende behoorlijken onderhouden zijnde / ſal eenen dag beſcheyden / om de Keerſſe te ontſteeken / ende koopers ende verhoogers te ontfangen / ende den leſten verhooger den palm-ſlag te geven / ten uytgaan van de bernende Waſſchen Keerſſe / waar naar hy by edicte ende openbare verkondinge ende hegtinge van de billetten / als voren / ſal dagvaarden d'opposanten / ende anderen willende eenig regt voorſtellen ofte eyſſchen / ſoo voorſz is / mitſgaders ook den gecondemneerden ende leſte verhoogers / te compareren in den voorſz Hoogen Raade / om aldaar te komen verklaren heure redenen van oppoſitie / ende 't decreet ſien wijſen / ſonder dat van noode zy daeromme andere proviſie oft dagvaardinge te verkrijgen / al op pene dat de Deffaillanten verſteeken ſullen zijn van heurluyder regt / welke pene de Deurwaarder executerende / ſal gehouden zijn in de voorſz publicatie / mitſgaders ook in ſijn relatie uytdrukkelijk te ſtellen.

Suprema Curiæ Inſtruct.

Art. 268.

Executor ſive Apparitor ad venditionem ſive executionem bonorum immobilium procedens, primam executionis proclamationem faciet die dominica in ejuſdem Parochi ædibus ſacris in ipſius cœtus congregatione, deinde in emptorii publici die, quæ ſubſequenti ſeptimana, in proxima Civitate ſuperveniet, eamque proclamationem factam condemnato inſinuare debet. Quo facto ad ſecundam, & tertiam de octiduo in octiduum, ad quartam incluſive eodem modo procedet.

Art. 269.

Præterea prædictus apparitor ſingulis proclamationibus programmata ſacrarum ædium aut aliorum publicorum locorum valvis, ubi publicatio facta ſit, affigere tenebitur, ut omnibus innoteſcat qui prædictæ executioni ſe opponere, aut aliquod jus in eadem ſubhaſtata bona prætendere voluerint, aut aliquam actionem ſibi in nummos inde provenientes competere putaverint, ut hi coram eodem Apparitore ipſi proclamationi, aut venditioni ſeſe opponant, ſi illis ita videatur. Eoque facto, proclamationibuſque rite conſummatis die addicto candelam accendet, omneſque emptores, & licitatores excipiat, eorumque extincta candela ultimo auctori, emptionis palmam tribuat. Deinde publico edicto valvis affixo, omnibus & ſingulis qui ſeſe opponere voluerint, aut aliquid prætendant, una cum ipſo condemnato, & ultimo licitanti certum diem dicet quo coram Suprema Curia compareant, ut rationes oppoſitionis ſuæ adferant, & decretum decerni videant, nulla alia citatione aut inthimatione interveniente, ſub pœna privationis, juris, & actionis ſuæ, quam etiam pœnam Apparitor exequens prædictæ citationi inſerere & in relatione peractæ executionis expreſſam etiam mentionem facere tenetur.

Obiter hic notandum, ea quæ de hiſce proclamationum copiis, valvis, aliiſque locis publicis affigendis inſerta reperiuntur, in omnibus omnium generum publicationibus, & proclamationibus pro neceſſitate requiri, & ubique locorum ſervari, licet ipſis ordinationibus aut placitis expreſſa non ſint, in tantum ut de eſſentia & primario ipſius publicationis effectu habeantur.

Uyt de Ordonnantie op 't ſtuk van de Juſtitie in de Steden ende ten platten Lande.

Art. 25.

Ende ſoo verre die betalinge uytte penningen van de voorſz meublen geproceedeert / niet en mag worden gedaan / ſal de voorſz Bode in arreſt ſtellen / eerſt de eygen onroerende goederen van den gecondemneerde / ende daar na de Chynſ-goederen ende

Ex generali Juſtitiæ, Civitatum & Paganorum Ordinat.

Art. 25.

Si quando ea quæ ex diſtractis mobilibus proceſſerunt, non ſuffecerint ad judicati ſolutionem, prædictus Nuncius arreſto prehendet primo propria condemnati bona immobilia, deinde, cenſualia & emphyteutica, item-

Erff pagten / mitſgaders de vrugten van den Leene / ſucceſſivelyk / ende ten laatſten de Leen-goederen / tot 't agterweſen toe / ende de ſelve openbaarlyk daar na met vier Sondaags ende Marktdaagſe geboden in de Steden / ende vier Sondaagſe ende Regtdaagſe geboden ten platten Lande / ende ook by opſlaan van billetten / ten naaſten Stede daar d' executie geſchieden ſal / verkoopen om gereet gelt: Welverſtaande / dat ſoo wanneer eenige Huyſen / Landen / oft andere goederen verkogt worden voor verloopen Kuſtingen / dat als dan ſoo vele penningen gereet bedongen ſullen worden als verloopen zyn / ende die reſte op gelijcke dagen als die reſterende Kuſtingen verſchijnen / ten ware dat partyen / te weten de Crediteur metten Debiteur / ofte de gemeene Crediteurs op langer dagen anders accordeerden / ende ſullen den Kooper by den Geregte brieven van decreet gelevert worden.

itemque feudalium fructus ſucceſſive, & poſtremo ipſa etiam feudalia ad ſolvendum debitum ſufficientia, eaque publice quatuor dominicalium & forenſium dierum, in muniris Civitatibus, in Pagis vero quatuor dominicalium & forenſium dierum proclamationibus, affixis etiam programmatibus in proximis exequendæ ſententiæ Civitatibus parata pecunia dividenda nunciabit. Ita tamen ut ſi quæ prædia, ſive rura, aliave immobilia pro reſiduis annuis penſionibus ex præcedenti emptione debitis, dividenda veniant, tantum parata pecunia perſolvendum pro conditione imponatur, quantum jam ſolvendum ceſſerit, & reliquum earundem annuarum præſtationum, iiſdem quibus debentur terminis præſcribatur. Niſi ipſis partibus, creditori ſcilicet & debitori, aut communibus creditoribus inter ſe aliter fuerit viſum, dabiturque emptori pro traditione venditi, ſolenne judicis decretum.

Publicæ ſubhaſtationis praxin circa immobilia coram Hollandiæ Curiæ uſitatam vide *ſolemnib. formul. vulgo Papegay pag. mihi* 406. *& ſeqq.*

Si res ſive mobilis, ſive immobilis ſubhaſtationi ſubjecta, omnibus adhibitis ſolennibus, em- 23
ptorem nullum requirere poſſit, ipſi creditori pro homologati debiti ſumma adſignatur. *arg. l.* 25. *§.* 3. *ff. de re judicat. l.* 3. *Cod. de execut. rei judicat.* quam adhuc ipſe debitor intra biennium refuſis ſumptibus atque omni intereſſe luere poteſt *l.* 3. *§.* 3. *Cod. de Jure domin. impetr.* Vide Marant. *prax. tit. de executione num.* 20. *& ibi DD.*

Si nec mobilia ac immobilia bona ſuffecerint executio in actiones & jura debitoris dirigitur, 24
quæ eodem modo, atque ordine, quo mobilia executioni mandantur. *l.* 15. *§.* 2. *in fin. & §.* 8. *ff. de re judicat. Gener. Civitat. ac pagan. Juſtitia Ordinat. art.* 36. *dict. Cur. Holland. Inſtruct. art.* 180. *verſ.* ende iſt dat nog niet genoeg en zyn / &c.

Si nec illa ſuperſint aut ſufficiant, in ipſam condemnati perſonam arreſto proceditur, qui ſicubi 25
reperitur, carceri mancipatur. *dict. Juſtitia Ordinat. art.* 28. *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 194. donec ſolverit, aut omnibus ſuis bonis ex miſerabili ceſſionis beneficio ad hoc impetrato ceſſerit. *l.* 1. *Cod. Qui bonis ced. poſſ. & ibi DD.* Quo facto carceris mancipio relaxatur, neque ulterius tenetur, quam in id quod facere poteſt, neque iterum in perſona ſua inquietari poteſt, niſi melioris conditionis aut fortunæ factus probetur. *l.* 7. *Cod. eod. l.* 4. *ff. de ceſſ. bonor. §. ult. Inſtit. de actionibus.* Quæ quo modo procedant vide Pecc. *de Arreſtu cap.* 5. *num.* 16. *& ibi notat.*

Ceſſionis beneficium quid ſit, cujus ſit effectus, & qui bonis cedere poſſit vel non, latius à 26
me tractatum vide priori parte *lib.* 4. *cap.* 46. & in notis Belgicis ad Pecc. *de Arreſtu cap.* 5. *num.* 16.

Qui alieno nomine conventi ac condemnati ſunt, veluti ſunt tutores, procuratores, inſtitores 27
&c. nullam in perſona aut bonis ſuis propriis executionem patiuntur, ſed principalis ſui bona, ſi quæ ſint, aſſignando liberantur, niſi proprio nomine ſe obligaverint *arg. l.* 61. *& l.* 67. *ff. de Procurat. & ibi DD.* Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 8. *tit.* 31. *defin.* 6. Joann. à Sande *lib.* 3. *tit.* 7. *defin.* 1. Carpzov. *defin. forenſ. part.* 2. *conſtit.* 20. *defin.* 14. Idem in tutoribus juris eſt, qui in propria ſua perſona, nec bonis ſuis obligati ſunt, niſi & quatenus proprio ſuo nomine ſeſe obligaverint. *l.* 2. *ff. de adminiſtrat. tutor. l. fin. ff. Si quis cautionibus. d. l.* 61. *ff. de Procurat. & l.* 4. *§.* 1. *ff. de re judicata*, & ibi Coſtal. & DD. Vide Montan. *de Tutelis cap.* 31. *effect.* 5. *num.* 1. *&* 7. *& effect.* 6. *num.* 1. Joann. Papon. *lib.* 15. *tit.* 5. *arreſt.* 6. Rebuff. *ad conſtit. Reg. de Sentent. proviſion. art.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 22. Hiſce accedunt fidejuſſores qui ſe pro aliis cum beneficii Ordinis & executionis renunciatione obligarunt atque eo nomine condemnati ſunt, qui in ipſa executione principalis debitoris bona, ſi quæ ſint, executori aſſignare poſſunt, ut ea prius executioni mandentur, *arg. l.* 1. *l.* 4. *Cod. Quando fiſcus vel privatus debitoris ſui debitores conven. poſſ. vel debeat.* Atque ita uſu obtinere conſtat, quum cuilibet condemnato, talia in executione bona aſſignare permittatur, qualia velit, ſuo periculo, & ſumptibus ſuis exequenda. Vid. *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 173. in verb. dat hy hem wyſe eenige goeden / daar hy ſyn executie aan doen mag. cui concordat *General. Juſtitia Holl. civitat. & pagan. art.* Idemque *Suprem. Cur. Inſtruct. art.* 266. iiſdem pœne verbis. Et de certa conſuetudine teſtantur *conſuetudines Amſtelodamenſ. pag. mihi* 178. *&* 195.

In actionibus realibus & poſſeſſoriis, quibus alicui alicujus rei immobilis dominium aut poſſeſſio 28
adjudicata eſt, apparitor actorem de facto in rem ſive poſſeſſionem ſibi adjudicatam inducit, occupatorem ac detentorem exturbat, ac poſſeſſionem vacuam ſervat & actorem in ea ſtabilit ac firmat. Vid. *Inſtruct. Holl. Cur. art.* 172. & *General. Juſtitia Holl. civit. & pagan. Ordin. art.* 30. his verbis:

De

De gecondemneerde ende ook den occupateur van de toegewesen goederen ſullen by den Officier / ofte Bode geſommeert werden binnen drie dagen haar handen te trekken ende ledig te maken van den toegewesen goeden / ende daar mede den triumphant te laten bewerden: Ende by soo verre ſy 't ſelve binnen de voorſz drie dagen niet en doen / ſoo ſal daar na in preſentie van twee uytten Gerechte / de gecondemneerde ofte occupateur daar uytgeſtelt / ende den triumphant daar inne geſtelt werden.

Condemnato & quibuſlibet rei adjudicatæ occupatoribus ab Officiali ſive Nuncio inſinuabitur ut intra triduum rerum adjudicatarum vacuam tradant poſſeſſionem, eamque victori cedant: quod ſi intra dictum triduum facere detrectaverint, tum poſtea condemnatus aliuſve quilibet rei detentor coram duobus judicum adſeſſoribus poſſeſſione exuetur, inque eam victor ſolenniter immittetur.

29 Ex his oritur dubium quomodo procedendum in actionibus mixtis, aut ſecundum quoſdam, tertiam ſpeciem conſtituentibus, veluti apud nos ſunt actiones hypothecariæ in rem ſcriptæ, quæ Servianæ & quaſi Servianæ vocantur *§. 7. Inſtit. de actionib.* de quibus circa exequendi modum nihil cautum reperitur. Utrumne illæ perſonali an reali executione aut quo alio modo ſint perſequendæ? Quæ quum quoad executionem mixti generis dici poſſint, licet re vera mobilibus bonis accenſeantur, nec tertiam ſpeciem conſtituant, ut latius ſuo loco, earundem executio partim perſonalis partim realis eſt, ſic ut inſtar perſonalium actionum primo per ſolennem inſinuationem ejuſque debitam renovationem 24 horarum termino circumſcriptam condemnatus ſolvere moneatur, quibus ſuperhabitis, omiſſa mobilium aut immobilium pignorum requirenda conſignatione directo in ipſa hypothecata immobilia proceditur, quæ arreſto includuntur & ſimili modo quem circa immobilia pignori capta ſervari diximus, per publicam ſubhaſtationem plus licitanti divenduntur. Ut latius à me notatum ſuper 30. *art. Inſtit. Ordinat. tam Oppidaner. quam paganor. in Hollandia tribunal.*

30 Ea quæ in facto conſiſtunt, veluti ſi quis condemnatus ſit adminiſtrationis ſuæ rationes reddere, inventarium conficere, rem controverſam exhibere, aut aliud factum præſtare condemnatus ſit, per ſimilem inſinuationem ac renovationem 24 horarum termino circumſcriptam monetur, ut præſtet id quod facere condemnatus eſt, iiſdemque terminis præterlapſis ſi nihil præſtiterit, apparitor ſive nuncius condemnato diem præſtituit quo in hoc vel illo diverſorio ei ſub expenſarum cautione addicto ſe ſiſtere debeat, unde non ſit diſceſſurus antequam ſententiæ ſatisfiat, vulgo

31 by gyſeling / tanquam per publicum vadimonium.

Dico *ſub expenſarum cautione*] Quia ſi cauponi addicti diverſorii pro ſumptibus illic faciendis non fuerit cautum aut ſatisfactum, vulgo de koſten aſſeſſureeren / condemnatus ſe illic ſiſtere non tenetur, & impune negligere poteſt.

Hoc modo citatus, ſi dicto diverſorio non adfuerit, neque ab Appaitore in hoc requirente ibidem reperiatur, pro contumaciæ pœna alterum vadimonium decernitur cum poteſtate, eum, ſi necdum præſtituto loco comparuerit, carcere mancipandi. Vulgo een tweede gyſelinge met apprehenſie / quod coram Hollandiæ Curia ex apparitoris relatione cauſa cognita decernitur, ac de novo condemnato inſinuatur juxta *art. 14. Ampliat. Cur. Holland. Inſtruct.* In inferioribus vero tribunalibus apud paganos irrequiſito judice, condemnatus, qui dicto vadimonii loco ac tempore non reperitur, per apparitorem perſequitur, qui eum, adſiſtentibus Balivi Satellitibus carceris cuſtodiæ mandat juxta 31. *art. General. Juſtit. Ordinat. in civitat. & pag. obſerv.*

In civitatibus vero ubi perparce neque irrequiſito judice ad carcerem proceditur, condemnatus ſtricto quidem vadimonio, in hoc vel illo diverſorio detinetur, donec per judicem ejuſdemque commiſſarios eo deputatos cauſa cognita & examinatis omnibus ſolennibus carceris mancipium decernitur, *arg. l.* 10. *§.* 16. *ff. de his quæ in fraud. creditor.* Vid Maſuer. *prax. tit. de Execut. & ſubhaſtat.* 30. *num.* 28.

Et in ſuprema Curia non niſi poſt ſecundam citationem, & ſecundam condemnati contumaciam conceditur. *Inſtruct. Suprem. Cur. art.* 275.

Si citatus aſſignato loco ac tempore comparuerit, & vadimonium ſervat, neque interim quicquam præſtiterit, poſt 14 dierum terminum, hæc eadem carceris mancipatio requiri ac concedi ſolet, ubi ſub exiguo cibi & potus ſumptu, per integrum menſem detinetur, quo tempore ſi nondum præſtiterit id, quod facere condemnatus eſt, ipſa facti præſtatio æſtimari, & in pecuniariæ ſummæ condemnationem converti ſolet, quæ tum pendente adhuc carceris mancipatione in ejus bona exequitur, juxta præſciptum *d. Ampliat. Inſtruct. Cur. Holland. art.* 15. 16. cui concordat *General. Juſtit. Ordin. Holland. civitat. & pag. dat. art.* 31. & 32.

Si citatus ſe aſſignato loco ſiſtens vadimonio opponere voluerit, ex cauſa forte, quod contra ordinem procedi putet, vel conditionem offerre voluerit, quo pacto ſententiæ ſatisfacere paratus ſit, coram Commiſſario ſuper validitate vadimonii & oblata conditione ut diſputetur petere po-

teſt,

teſt, cujus beneficio interim & pendente illa diſputatione à vadimonii nexu per proviſionem ſe laxari petit, quam ex cauſa vel obtinebit, vel ei denegabitur. De hoc procedendi modo vide latius Papegay *pag. mihi* 430.

Hactenus de Ordinario exequendi modo tam in perſonali, mixta, quam facti actione; Sequi- 32
tur ut de parata, ut vocant, executione quid juris ſit videatur.

Jure communi abſque ordinario proceſſu ad executionem deveniri non poteſt, juxta regulam, quod proceſſus ab executione inchoari non debeat *arg. l. 1. Cod. de execut. rei judicat. l. 58. ff. de re judicat. ibi DD.* & expreſſa ſanctione cautum eſt, ut ne quis privatus paratæ executionis jus per ſtipulationem ſibi acquirere poſſit. Quod tantum competit pro exequendis debitis ad ærarium publicum pertinentibus, vulgo Gemeen-Lands middelen / uti ſunt collectæ & impoſitiones quæ ratione eſculentorum exiguntur, vulgo Impoſten / item annuæ contributiones ædium, & agrorum locationibus & colligendis fructibus impoſitæ, vulgo Verpondingen / quæ à debitoribus debitam ſolutionem remorantibus parata executione & nulla prædente judicis ſententia exiguntur hoc modo: ut primo inſinuatio fiat qua intra 24 horas ſolvere monentur, quo termino elapſo per vadimonium, vulgo giſelinge / eamque ſubſequentem apprehenſionem perſonæ & rerum ejus proceditur juxta ſanctionem executorialem, ultimi Martii 1588. vulgo de rigoreuſe letteren van executie.

Hiſce accedit jus aggerum præmuniendorum in Rhenolandia conſtitutum, pro muniendis ac 33
conſervandis communibus aggeribus, viis, rivis & pontibus ac molendinis eo pertinentibus *arg. l. unic. & tit. ff. de Rip. muniend.* quod etiam celerem impenſarum ſolutionem requirit, per actualem oppignorationem, vulgo pandinge / qua omnes & ſinguli pro ratione aggerum a ſe poſſeſſorum poſt rationes ab aggerum præfecto & Chomarchis, nobis Dijk Graaf ende Heemraden / pro- 34
batas, & communem contributionem ſuper iis conceſſam, ab officialibus eo deputatis, vulgo Heemraads boden / debitas ſuas portiones parata pecunia ſolvere monentur, quod niſi fiat intra 24 horas, id quod exigitur cum expenſis ſuis, ab aggerum Præfecto ſub dupli lucro annumeratur, quod debitoribus iterum annunciatur, ut intra 24 horas duplum reſtituant, quibus elapſis à duobus loci Scabinis debitorum pignora ad juſtam ejuſdem dupli & ſumptuum æſtimationem eidem Præfecto adſignantur. Ita tamen ut ſi indebite aut præter ordinem adverſus ſe quis procedi putet, poſt primam inſinuationem, comminatam conſignationem ſe opponendo antevertere poſſit, vulgo pandkeringe / eodemque modo poſt ſecundam dupli exigendi inſinuationem, adhuc ſe opponere, atque ita comminatam pignorum aſſignationem præcavere poſſit, vulgo Schatkeringe / quo facto oppoſitionis cauſa, an bene vel male, pendente interim executionis proceſſu, ſummarie inſtituitur. Hæc procedendi forma deſcribitur *Rhenoland. Agger. conſtitut. art.* 215. 219. 222. *& ſeqq.* Quibus adde *Delff-landiæ agger. conſtit. art.* 301. *& ſeq.* Uti & *Schieland. conſtit.* 231. Itemque *Kennemar. conſuetud. pag. mihi* 198. & *Zuidholland. conſuet. pag.* 515.

Idemque fere procedendi modus, quo ſine ulteriori procedendi figura ad ſummariam executionem procedebatur, in chirographariis debitis, & reliquis privilegiatis actionibus antiquitus obtinebat, uti videre eſt *Rhenoland. conſuetudin. art.* 64. Sed poſtquam proviſionales confeſſionatorum debitorum conſignationes in praxi invaluerant, pignoratorius ille exequendi modus in reliquis actionibus ab uſu receſſit.

D. xliii. x. De via publica. & tit. xi. De via & itinere publico reficiendo.

Ut viæ publicæ certis finibus directæ adæquentur, neque effluxiones pluviales noceant, effo- 35
diantur, vel alio modo ſubruant, ut ne iis commode commeari liceat, ut flumina, aquæductus, & rivi navigabiles ſint, ad deſtinatum finem fluant, & ſeſe commodius exonerent, omnibus ac ſingulis ejuſdem diſtricti agrorum poſſeſſoribus pro rato poſſeſſionis ſuæ, ea reficiendi neceſſitas impoſita eſt, iiſque informandis publici cenſores adhibito ejuſdem deſtricti præfecto eliguntur, qui ſtato ac præfixo tempore, cujuſque opus ſuum certo limite circumſcriptum inſpiciunt, illudque ſi in aliquo deficere reperiatur exiguæ mulctæ addicunt, addita annunciatione, ut ſi intra certos dies reviſioni conſtitutos hoc ſuum opus non reſtituerint, ſe ulteriori pœna ſive mulcta damnatos iri, addita ſecunda admonitione ut ſi intra ſecundum terminum non refecerint præter duplicatam mulctam neglectum opus ſumptibus aliis reficiendum publice elocetur, quo facto pagi aut diſtricti ejus Præfectus, vulgo den Schout / præſentibus prædictis cenſoribus, vulgo Kroof-Heemraden / elocatum opus valide refectum probat, ejuſque penſionem exſolvit, quam cum omnium ſumptuum duplicata reſtitutione à negligenti operis debitore eodem pignorationis modo by Pandinge / per eorundem Chomarchorum nuncium, vulgo den Heemraads bode / exequitur. Per quam executionem ſi præter ordinem, aut inique adverſus ſe procedi putet, executioni ſe opponere poteſt, eodem modo quo ſupra. Cujus praxin etiam vide *Conſtit. Chomarchiæ & præfecturæ Rhenolandiæ. art.* 190. *& ſeq.* Delflandiæ *art.* 173. *& ſeqq.*

De

36 De Saltuum præfectura ſupra *cap. 2. num. 34. & cap. 14. num. 24.* Ubi de foro competenti ratione cauſæ remiſſive diximus in cauſis ad eandem præfecturam pertinentibus peculiare conſtitutum eſſe tribunal, conſtans ea præfecto, & ea nobilibus aliquot adjunctis adſeſſoribus, vulgo Houd-beſter ende Meeſter-knapen. Ad quorum juriſdictionem pertineot omnes quæſtiones, mulctæ, & pœnæ ad Saltuum, venationum, aucupiorum & piſcationum dominicalium jura pertinentes, pro quibus conſervandis & protegendis publici Satellites conſtituti ſunt, vulgo Roddeveters / quorum munus eſt undique circumſpicere, & curare, ne omnia ſarta tecta habeantur, oeque venandi, aucupii, aut piſcandi jure præter debitam qualitatem, aut prærogativam aut eo loci ubi illud permiſſum non ſit, aliove, quo licet modo, quis utatur. Quibus, ſi quos hoc jure abuti deprehenderint, vadimonii, id eſt perſonalis comparitionis, coram Saltuum præfecto & ejus adſeſſoribus diem præfigunt, vulgo Eyſſen / ex quorum fide & teſtimonio hi protenus à ſaltuum præfecto, addicto die citantur, ut iodictis commiſſoruoi mulctis, & pœnis reſpondeant, quæ fere arbitrariæ ſunt, & rarius ultra centum florenos extenduntur, uſque ad quam ſummam de plano abſque ſtrepitu, & proceſſus figura, ut loquuntur, proceditur, & ſententiæ in eam ſummam nulla provocatione obſtante, executioni mandantur.

Cauſæ majoris momenti, ut ſi quæ graviora interceſſerint crimina, & capitalia delicta, ut plurimum ad præſidialem Curiam per fiſci advocatum & procuratorem generalem reaſſumenda referuntur. Hujus præfecturæ ſententiæ, per duoa ejuſdem præfecturæ apparitores exequi ſolebant, quod poſtmodum ſpeciali conſenſu præſidialis Curiæ Senatorum 2. Aprilis Anni 1598. ad inſtantiam Duvenvoordiæ & Woudæ domini tunc temporis Saltuum præfecti, ad omnes ejuſdem Curiæ apparitores ad id vocatos tranſlatum eſt. Ordinem procedendi & exequendi modum præſcripſit Carolus V. expreſſo diplomate 26. Decemb. 1517. noviſſima ampliatione 2. Julii 1545. adaucto. Huoc in modum:

Uyt de voorſz Ordonnantie vaoden Jare 1517.

Art. 5.

Item / ſal den Houd-beſter ende Meeſter-knapen viermael 's Jaars gehouden weſen te regt te ſitten / als in 't beginſel van Januario / April / Junij ende October. Ende aldaar telken berigten alle die ſaken / breuken ende forfaieten die in de wilderniſſen gevallen ende bevonden ſullen weſen / crimineliik ende civilijk naar de grootheyt ende gelegentheyt van de miſdaden ende exceſſen die in de ſelve wilderniſſen gebeuren ſullen.

Art. 6.

Item / indien in de ſelve wilderniſſen eenige kleyne breuken vielen / daar over de verbeurte draage ſes pond / ende daar onder: ſal de ſelve Hout-beſter mogen componeren in preſentie / ende by adviis van de voorſz Meeſter-knapen / off ten minſten twee van hen: maar van groote breuken / als van groen hout te houden / groff wild te jagen of te ſchieten / de dienaars ofte Duynmayers geweld te doen / off te reſiſteren / Konijnen by dag ofte by nagt af te ſteken / ende diergelijke / dat ſal den Houtbeſter gehouden weſen te regt te roepen / ende daar vonniſſe te manen / ende te nemen / ende correctie ende executie te doen doen / alſt behoort.

Art. 7.

Ingevalle dat in de ſelve wilderniſſe de breuken ſoo groot waren / dat den Houtbeſter ende Meeſter-knapen die niet apprehenderen / of daar niet over wijſen ſouden durven / ſoo ſullen ſy in dien gevalle dat te kennen geven den Stadhouder / Preſident / ende luyden van den Raade in Holland / die de ſelve doen cauſeren ſullen by den Procureur Generaal van Holland / of anderſins daar in voorſien / tot onderhoudenis van des Graaflijkheids Hoogheyt ende Heerlijkheyt / als naar gelegentheyt van de ſaak daar toe dienen ende behooren ſal.

Ex prædicta Ordinatione Anni 1517.

Art. 5.

Ut Saltuum Præfectus ejuſdemque Adſeſſores quotannis quaternis vicibus pro tribunali ſedeant, veluti Januarii, Aprilis, Junii & Octobris menſium primis diebus: iiſdemque terminent, & dijudicent omnes cauſas, commiſſa & tranſgreſſiones circa Saltuum jura obvenientes, criminaliter aut civiliter, pro magnitudine & conditione commiſſorum & tranſgreſſionum obvenientium.

Art. 6.

Si forte in iiſdem commiſſis occurrant mulctæ minores neque ſex libras excedentes, eas Saltuum Præfecto compoſitione aſſopire erit integrum, conſultis adſeſſorum ad minimum duobus. In majoribus vero commiſſis, veluti de arbuſtis cæſis; de ferarum majorum illicita venatione, de reſiſtentia aut vi Satellitibus, collinumque inquilinis, illata, de cuniculis, tam de die, quam de noctu interminatis & ſeductis. & ſimilibus, delinquentes ordinario judicio plectuntor & corriguntor.

Art. 7.

Si vero majora occurrant crimina, quam quæ dictus Præfectus ejuſque Adſeſſores in ſe recipere aut de iis judicare audeant, illa Provinciæ Præfecto, & Hollandiæ Curiæ Præſidi & Conſiliariis ſignificabunt, qui ea per Fiſcum & Procuratorem generalem perſequenda tradent, aut aliter adverſus ea diſponent, prout in conſervationem ſuperioris poteſtatis, & domanii juris iis pro cauſarum ratione expeditum videbitur.

Uyt de Ordonnantie van den 2 Julij 1545.

Dat ſy luyden procederen / regt ende juſtitie doen jegens de delinquanten ende transgreſſeurs van onſe Placcaten / alſoo men by maniere van naakte klagten verbotenus, ende by monde in kleyne ſaaken gehouden ende ſchuldig is te procederen ſonder treyn of figuur van proces / maar ſummarie / alſt in deſe ende gelyke ſaaken / die geen vertrek en vereyſſen / nog en vermogen / behoort te geſchien / ende dat de delinquanten ofte transgreſſeurs van de Placcaten tot behoudenis van de wilderniſſe gemaakt / opſtaande voet / als die voornoemde klagte verbotenus alſoo by monde gedaan is / gehouden ſullen zijn op de klagte te antwoorden; ſonder henluyden toe te laten te mogen eyſſen libel by geſchrifte / als men in ordinaris proces gewoonlijk is te doen / mits dat den Klerk de voornoemde klagten die alſoo by monde gedaan ſullen zijn / gehouden ſal zijn aan te teekenen in ſijn Regiſter / ende de voornoemde transgreſſeurs / alſoo by monde in heur antwoorde / ende den Houtveſter in ſijne replijque / ende partyen in heure duplijque / elks in ſijn regaard gehoort zijnde / ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine figura, vel ſtrepitu judicii te procederen tot examen van de getuygen / tot uytinge ende deciſie van de ſaake / in alle manieren als men na regten in ſummiere ende kleyne ſaaken geen libel nog litiſconteſtatie behoudende gewoonlijk is te procederen / nemende alleen regaard op de waarheyt van de ſaak / ſonder de ſelve transgreſſeurs toe te laten ſchriftelyk eenig libel te eyſſen / antwoord / replijq / ende duplijque / of andere termijnen in geſchrift te houden off over te geven / nog ook eenige interrogatorien / of contrainterrogatorien ſchriftelyk / ofte onſchriftelijk / hier uyt gereſerveert alle ſaaken die bloed / ofte crijm ſouden mogen ſmaken. Behoudelijk ook / ende welverſtaande dat onſe jegenwoordige Ordonnantie alleenlijk ſtad grijpen ſal in ſaaken niet excederende de ſomme van hondert Philippus guldens.

Ex Ordinat. 2. Julii 1545.

Ut jus & juſtitiam exerceant adverſus delinquentes, & tranſgreſſores placitorum noſtrorum, prout per modum quæſtionum, verbotenus, & de plano in minoribus cauſis fieri conſuevit, abſque procedendi termino ac figura, ſed ſummarie, quemadmodum in hiſce & ſimilibus cauſis, quæ nullam ulteriorem dilationem patiuntur, oportet, utque delinquentes & tranſgreſſores placitorum, in conſervationem Saltuum juris conſtitutorum, ſimul ac accuſatio verbotenus fuerint inſtituta, ſtante rota ei reſpondere teneantur. Neque iis permittatur, actionis libellum in ſcriptis exigere, prout in ordinario proceſſu uſus admittit, ita tamen ut Graphiarius accuſationis & petitionis ſummam verbotenus inſtitutam, judicii Protocollo inſerat. Et ut tranſgreſſoribus in ſua reſponſione, Saltuum Præfecto in ſua replicatione, iterumque adverſis partibus in ſua duplicatione ſummarie auditis, ſummarie, de plano, ac ſine figura, aut ſtrepitu judicii ad teſtium examina, & cauſæ deciſionem procedatur, eodem modo atque ordine ſervato, qui in minoribus cauſis, neque libellum, neque formalem litiſconteſtationem requirentibus, uſui venire ſolet. Reſpicientes ſolum ipſam cauſæ veritatem, abſque ulla permiſſione libellorum, reſponſionum, replicationum, duplicationum aliorumve ſolennium terminorum quæ ſcriptis inſeri ſolent, neque etiam ulla conteſtationes ſuper interrogationis aut contrainterrogatoriis ſive ſcriptæ, ſive non ſcriptæ admittantur, capitali delicto, & crimine excepto, neque etiam hoc præſens placitum ulterius extendatur, quam ad cauſas non excedentes centum florenos Philippicos communes.

Placita ad Saltuum jura, eorumque conſervationem pertinentia, varia & diverſis temporibus alia atque alia conſtituta ſunt, quorum hæc enumerantur, CAROLI V. 26. *Decemb.* 1517. 27. *Martii* 1524. 11. *Jan.* 1531. 11. *Julii* 1532. 2. *Julii* 1545. PHILIPPI II. 5. *Maji* 1551. 11. *Martii* 1555. 15. *Febr.* 1560. 21. *Julii* 1561. 12. *Febr.* 1561. 3. *Martii* 1562. 24. *Jan.* 1563. 1. *Martii* 1564. 6. *Martii* 1566. 27. *dito* 1567. 2. *Auguſti* 1569. 7. *Julii* 1579. WILHELMI Principis Auriaci, 24. *Jan.* 1583. ſtylo Curiæ.

Quæ omnia renovata à MAURICIO Principe 19. *Martii* 1586. ab eodem adaucta 17. *Martii* 1595. & 7. *Junii* 1622. 21. *Maji* 1623.

Iterum renovata à FREDERICO HENRICO 7. *Maji* 1628. 25. *Auguſti* 1633. Adaucta à WILHELMO II. 16. *Julii* 1636. 30. *Julii* 1638. 7. *Maji* 1648.

CENSURÆ FORENSIS

&c.

PARS II.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De Publicis Judiciis, quæ ſint, à quibus, & coram quo judice perſequenda.

SUMMARIA.

1. *Judicium publicum quid? & à quibus perſequendum.*
2. *Qui de crimine accuſare poßint aut debeant.*
3. *Privati apud nos non habent, niſi rei perſecutoriam actionem, neque criminis inſcriptioni locus eſt.*
4. *In Germania quid moris ſit.*
5. *Officiales, vulgo Balivi, qui ſint, & eorum officium.*
6. *Fiſci procuratores qui ſint, eorumque officium.*
7. *Qui ſint judices in criminalibus cauſis.*
8. *Fori competentia in criminalibus ad quem pertineat, & qua ratione fundetur.*
9. *Præventio an & quatenus locum habeat.*
10. *Remißio delinquentium an & quatenus obtineat noſtris & aliorum moribus.*
11. *Jus de non evocandis cauſis quid & quale ſit. Ubi de privilegio fori Leydenſ. & Roterodam.*
12. *De mandato purgationis ex l. diffamari.*
13. *De mandato protectorio, vulgo* Sauvegarde.

HActenus de Judicibus, id eſt cauſis Civilibus coram judice perſequendis, ſequitur ut de procedendi modo in cauſis ſive judiciis crimioalibus agatur.

1 Judicium aliud eſt publicum, aliud privatum, quorum hoc civile, illud criminale eſſe diximus ſupra *lib. 5. cap. 1.*

2 Dicebatur publicum, quod cuivis ex populo ejus executio dabatur. *§. 1. Inſtit. de public. Judic.* per accuſationem & ſolennem crimiois inſcriptionem, qua is qui alium accuſabat, talionis pœnæ ſe ſubjiciebat, ſi falſo eum accuſaſſe deprehenderentur. *l. 3. l. 7. ff. de Accuſat. & inſcript. & l. ult. Cod. eod.* D. XLVIII. I. II. Inſtit. IV. XVIII. Cod. IX. II. *De Publicis Judiciis.* & *De Accuſationibus & inſcriptionibus.*

3 Hodie ſolus Fiſcus ejuſque Procuratores quæcunque delicta ac crimina publica vindicta perſequuntur, oeque privati aliam quam ablatæ rei, aot damni dati, pro ſuo intereſſe perſecutionem habent, civili actione intentandam, quæ oec pœnalis eſt, ſed rei perſecutoria, neqoe illi qoi alios accuſant io crimen inſcribere tenentur, ſed teſtium loco ſunt. Grot. *Introduct. lib. 3. part. 33. num. 7.* Damhouder. *Prax. Criminal. cap. 5. num. 5.* Chriſtin. *volum. 4. deciſ. 194. num. 4. & circa fin.* Gudelin. *de Jure Novißimo lib. 5. cap. 14. num. 6.* Anton. Matth. *de Criminibus lib. 48. tit. 20. cap. 2.* Rebuff. *ad conſtit. Reg. in proœm. gloſſ. 5. num. 92.* Imbert. *Enchirid. verb. Accuſare.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 3. num. 6. & quæſt. 12. num. 17.* Criminum igitur & delictorum perſecutiooes rectius nobis quam Romanis publica judicia vocari poſſunt, non ſolum quod ad publicam vindictam ſpectent, ſed quod ſolus fiſcus ea pro reipublicæ intereſſe exequatur, & privatis iotereſſe tantum ſuum perſequi, & damni dati reſtitutionem perſequi liceat, quæ nec publica actio dici, neque criminalis vocari poteſt, ſed rei tantum perſecutoria & mere civilis eſt. Ut latius ſupra *lib. 5. cap. 1. num. 2.*

4 Io Germania tamen etiamoum privati accuſatores admittuntur, & hac io parte jus ſcriptum obtinere videtur, quamvis rarior ejus ſit uſus. Ac propterea accuſatione intermiſſa, quum nemo privatus ad accuſandum compelli queat, *arg. l. unic. Cod. Ut nemo invitus ag.* oe delicta maneant impuoita, publici delatores conſtituuntur, qui ex officii neceſſitate in crimina inquirere, eaque denunciare debent, quibus, ne ipſemet Magiſtratus agat & ſimul accuſatoris & judicis officio

fungatur, *contra l. 5. Cod. de Delatorib.* Fiſci advocatus adjungitur, qui delinquentem accuſat,
& proceſſum ordinarium adverſus eum perſequitur. Teſte Carpzov. *in Prax. Criminal. part. 3.
quæſt. 103. num.* 4. 5. 6.

Quod catenus noſtris & aliorum moribus convenit, quibus ut exacte in omnia delicta & cri- 5
mina animadvertatur, in ſingulis Civitatibus, & quacunque Paganica Diœceſi certi officiales con-
ſtituti ſunt, quos Balivos vocamus, quibus iterum Vicarii, Suppætores, Satellites, & Clientes
ſui ſerviunt, his omnium criminum inquiſitio, & pœnarum, tam corporalium, quam civilium
mulctarum perſecutio committitur, ac ſine ulla diſſimulatione exequenda demandatur, hi in
crimina quam diligentet inquirunt, delinquentes coram ſuo judice deferunt, & accuſant, & ad-
verſus eos ad pœnam, ſive mulctam fiſci nomine contendunt.

Hi ſi quo modo in officio ſuo defecerint, aut non ſatis exacte in perpetrata crimina inqui- 6
rant, Fiſci procurator generalis à ſententiis in eorum cauſis ab inferioribus judicibus latis ad Hol-
landiæ Curiæ Senatum ſi velit appellat, ut poſtea ſuo loco. Et reliqua crimina, quorum perſecutio
per anni lapſum fuerit intermiſſa, ſuo nomine coram eadem Hollandiæ Curia in prima inſtantia
perſequitur. *arg. Inſtruct. Holland. Cur. art.* 8.

Dixi *coram ſuo judice*] id eſt, coram judice competenti. Singuli enim Balivi proprios ha- 7
bent judices in criminalibus cauſis competentes, qui apud Paganos ſeorſim & diverſi à judici-
bus civilibus à Toparchis ſuis pro cujuſque juriſdictionis ſuæ Diœceſi ſingulis annis conſti-
tuuntur.

In Civitatibus vero iidem Municipales ſive Urbani judices, quos Scabinos vocamus, tam in
criminalibus, quam civilibus cauſis jus dicunt, ad quorum exemplar in majori Rhenolandiæ
Præfectura, iiſdem Diœceſis Præfectis, ſpeciali privilegio *Philippi II. Hiſpaniarum Regis*, pro
tempore Hollandiæ Comitis 3. *Decembr.* 1559. indultum eſt, ut hi duplicem ordinariorum
judicum numerum quotannis Hollandiæ Curiæ Senatoribus, præſentandi jure offerant, ut
ab iis Ordinarius judicum numerus eligatur, qui ſimul & in civilibus & criminalibus cauſis
jus dicant.

Singuli itaque Balivi competens habent forum & proprios ſuos judices, qui in eorundem
cauſis ſunt competentes.

Cod. 112. tv. Ubi de criminibus agi oporteat.

Hæc fori competentia fundatur ex triplici cauſa, vel ratione exiſtentiæ perſonæ, vel ratione 8
domicilii, vel ratione loci ubi delictum perpetratum eſt.

Potiſſima quidem competentiæ cauſa ex perſonæ exiſtentia eſt, *ſi in ipſo flagranti delicto* re-
periatur, ſi vero evaſerit, eadem omnium eſt conditio, atque prærogativa, ut tam Balivus 9
ejus loci ubicunque reperiatur, per præſentem capturam, quam ejus loci ubi domicilium habuit,
aut ubi delictum perpetratum eſt, per præventionem informationum & ſubſequentem edictalem
citationem alius alium prævenire, & fori competentiam præoccupare poſſit. *arg. l. 1. Cod. Ubi
de crimine agatur. junct. l. 7. & l. 30. ff. de Judiciis.* Vide Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 38. *num.* 20.
21. Damhouder. *Prax. Criminal. cap.* 33. Boſſ. *Prax. Criminal. tit. de Foro compet. num.* 105.
Farinac. *Prax. Criminal. tom. 1. tit. 1. quæſt. 7. num. 56. & ſeq.*

Dixi *per præventionem informationum & ſubſequentem citationem*]. Quia ſola facti informatio
à Balivo domicilii, aut loci perpetrati delicti intentata ſufficiens non eſt ad præveniendam præro-
gativam capturæ ejus qui delinquentem aliquo in loco repererit, cui illi ſuas informationes ce-
dere tenentur, niſi forte ipſas facti inquiſitiones, quas informationes vocant, edictalis citatio ſubſe-
quatur, quæ ipſam alterius Balivi capturam præceſſerit, quo caſu & ille qui eum ceperit delinquen-
tem remittere tenetur, non enim ſola facti perpetrati inquiſitio, ſed ipſa citatio judicis fundat ju-
riſdictionem & præventionem inducit per *d. l. 7. ff. de judic.* & ea quæ tradit Boſſius *prax. cri-
min. dict. tit. de foro compet. num.* 60. *& d. num.* 105. & poſt alios ibidem allegat. Farinac. *prax.
criminal. dict. tom. 1. tit. 1. quæſt. 7. num. 56. & ſeq.* Apud nos autem in praxi receptum eſt ut
informationes judiciales, coram judice loci factæ, etiam ante citationem, præventionem inducant,
dico informationes judiciales, ut diſcernantur ab inquiſitionibus & informationibus extra judicia-
libus, coram notario & teſtibus factis, quæ non niſi ſubſecuta citatione præventionis jure gau-
dent. Propterea quod inquiſitiones, & informationes judiciales præjudicia inducant & judicis ju-
riſdictionem fundent. Ita ſæpiſſime tam pro judicalibus, quam contra extrajudiciales informatio-
nes judicatum memini, & latius ſupra notavi *lib. 1. cap. 19. num.* 15.

Cod. 12. 3. De exhibend. & transmittend. reis.

Ultra quam informationis eamque ſubſecutæ citationis præventionem reorum remiſſiones, ho- 10
die, noſtris & aliorum moribus ab uſu receſſiſſe volunt *contra l. 3. ff. de re militari. l. 28. §. 15. ff.
de pœnis. l. 7. §. 4. & l. final. ff. de accuſat. junct. Novell. 60. cap. 1. & Novell. 134. cap. 4. & 5.*

Vid.

Vid. Damhoud. *prax. criminal. cap.* 33. *num.* 5. Sand. *lib.* 1. *tit.* 1. *defin. ultim.* Radelant *Cur. Ultraject. deciſ. ult. num.* 6. *& ſeqq.* Rebuff. *ad conſtit. Regias, in proœm. gloſſ.* 5. *num.* 53. Bugnon. *de legib. abrogat. lib.* 1. *Satyr.* 16. *&* 147. & ibi Libert. Franciſc. Chriſtin. Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 38. *num.* 20. Andr. Gail *de pace publ. cap.* 16. *num.* 13. Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 110. *num.* 47. *& ſeqq.* Farinac. *prax. criminal. tom.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 28.

Hollandiæ tamen moribus conſtitutum eſt, ut ſi enorme aliquod delictum fuerit perpetratum, quod exemplari pœna puniri ejus loci ubi perpetratum eſt intereſſe videtur, delinquens ſi alicubi captus fuerit, ad requiſitionem illius judicis ex urbanitate tranſmittatur. Ita ſtatutum Edicto criminali Philippi Secundi, anni 1570. *art.* 72. *&* 77. Quod & cum Germaniæ moribus convenire teſtantur Gail *de pace publica, d. cap.* 16. *num.* 30. Carpzov. *prax. criminal. d. part.* 3. *quæſt.* 110. *num.* 38.

11 Huc pertinet jus de non evocandis cauſis, id eſt, de non avertenda cognitione à cujuſque legitimis judicibus ad ipſum Principem, in Hollandia antiquitus ſervatum. Cujus reſpectu Philippus Hollandiæ Comes Anno 1452. Proceribus Hollandiæ promittere debuit, neque ſe neque Senatum ſuum illas cauſas evocaturum, & Maria Burgundiæ dux Anno 1467. pro ſe & ſucceſſoribus ſuis fuit pollicita manſuros proceres ſingulorum in jure non evocandarum cauſarum. Quod deinde Anno 1480. 26. Maji cum Maximiliano Archiduce marito ſuo, magno illo, ut vocant, privilegio in hunc modum confirmarunt, Dat alle ſaken ende quæſtien in den Lande van Holland / Zeeland / ende Vrieſland vallende / die ter kenniſſe / ofte beregt / van den Officiers van Juſtitien / het zy Baljuwen / ofte andere diergelijke niet en ſtaan / ter eerſter inſtantie beregt ſullen werden by den Stedehouder / ende Raaden van Holland / in der tijd weſende / ende off eenige van die ſaaken of quæſtien / het ware by evocatie ofte anderſints / betogen geweeſt hadden / off hier namaals betogen mogten werden voor haar / ende haaren grooten raaden / ende die daar nog hingen in regten ongedecideert / dat men in die ſaaken aldaar niet voort procederen en ſal / maar die terſtond remitteren voor onſe voorſz. Stedehouder ende Rade van Holland / omme by henluyden ter eerſter inſtantie gedecideert / ende gedetermineert te werden. Id eſt, *Cauſas omnes atque lites in Hollandia, Zelandia, Weſt-Friſiaque naſcentes, & quæ ad cognitionem Quæſitorum majorum, minorumque, aut his ſimilium non pertinerent, definitum iri à Vicario & conſeſſu judicum Hollandiæ, qui quoque tempore futuri eſſent, & ſi quæ lites, cauſave per evocationem, aut aliter pertracta fuiſſent, poſtmodumve pertraherentur ad Principem, aut Senatum ejus, in iis ne ulterius procederetur: ſed remiſſio fieret ad Vicarium & conſeſſum judicum Hollandiæ, & per eos primitus definirentur.*

Præter hoc jus commune, quorundam oppidorum propriæ ſunt leges & privilegia: ſicuti municipibus Leydenſibus, à Wilhelmo duce ſpeciali privilegio Anni 1306. conceſſum, & poſtea diverſis temporibus confirmatum eſt: ne de criminibus judicem alium habeant, quam oppidanum his verbis; Dat ſoo wie een poorter van Leyden beſchuldigde van eenigerhande ſaaken / daar en ſullen niet off hebben mogen anders dan Schepen Vonniſſe. In cujus legis præjudicium quum Dux Albanus revolutionis tempore, erecto novo tribunali, ſub majeſtatis nomine Anno 1569. quoſdam eorundem cives evocaſſet, hoc ſe privilegio, interpoſita denunciatione tuebantur. Ut videre eſt apud Petrum Bor *Hiſtor. Belg. lib.* 5. *pag.* 192. atque etiamnum ſe tuentur adverſus Rhenolandiæ Balivum & ejuſdem conſeſſum judiciarium, vulgo Welgeboren Mannen/ ut nulla iis competat cognitio in cauſis & delictis per municipes Leydenſes in ſuo territorio commiſſis, ut latius à me notatum in introductione obſervationum ad Rhenolandiæ conſuetudines *num.* 22.

Eodem privilegio municipes Roterodamenſes gaudere teſtatur Grotius in Apolog. ſua *cap.* 15. Ubi idem jus diſertis verbis exprimitur, eandem legem (qua ſcilicet cavetur ne municipes ejuſdem civitatis de criminibus alium habeant judicem quam oppidanum) valituram, etiam ſi quis municeps alio in loco deliquiſſet, dummodo inde abiret non accuſatus. Quo eodem modo etiam ſi limitari ſolet dictum privilegium Leydenſe, ut ab eo excipiatur caſus, quo delinquens in ipſo flagranti delicto extra urbem in Rhenolandiæ aut alio diſtrictu præſens arripiatur, aut propter perpetratum delictum etiam extra urbem profugus latitaverit, quo caſu eum à Quæſitore loci ubi delictum perpetratum eſt, aut ubi reperiatur, invocari, & accuſari permittitur. Ut etiam à me notatum in prolegomenis obſervationum ad Rhenolandiæ conſuetud. dict. *num.* 22. *pag.* 51.

12 Declinare tamen ſuum judicem poteſt is qui velut alicujus criminis aut culpæ reus diffamatus eſt, aut diffamari ſe veretur, ut Ordinarii Quæſitoris injuriam & ignominiam effugiat, (qua ſæpiſſime via facti, & violenta manu in carcerem quis immittitur) ſuperioris judicis protectionem quærit, vel ſi ab alio apud Graves viros inique diffametur, per ſuperiorem judicem reſtitui, & purgari velit. *arg. l. diffamari. Cod. de ingenuis manumiſſis, junct. l.* 18. *ff. de accuſationibus.* Qui

T 3 Ordi-

Ordinarium Quæſitorem ſive Balivum, omnemque alium ſuum diffamatorem per præventionem coram Hollandiæ Curia citare poteſt, ut coram eodem Senatu intra certum tempus actionem ſuam, ſi quam habere putaverit, inſtituat, ſeque objecti facti innocentem declarari videat, ſub pœna perpetui ſilentii, vulgo Mandament van purge/ quo Curiæ Hollandiæ juriſdictionem per præventionem fundari diximus ſupra *cap.* 19. ex præſcripto *Inſtruct. Holland. Cur. art.* 8.

Similiter ſi quis violentas alterius manus metuat, propterea quod gladium in eum ſtrinxerit, 13
cum telo lædendi cauſa obambulaverit, aut alio quovis minitandi modo juſtum metum injecerit: omiſſo ordinario judice, ejuſdem Curiæ protectionem petere poteſt, vulgo Mandament van Sauvegarde/ quo is per publicam proclamationem contra dictum minitantem, omneſque alios ab ipſa Curia in ſecuram protectionem recipitur, ſimulque ille ut & omnes & ſinguli ſub capitali pœna prohibentur, ne eundem, aut aliquem ex ſua familia quoquam modo offendant, aut offendi procurent. facit *l.* 1. *ff. Uti poſſidetis. l.* 13. *ff. Quod metus cauſa. & l.* 7. *Cod. Unde vi.* Vide Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 4. ejuſque praxin & formam vide Papegay *pag.* 511.

Hactenus de actore ſive accuſatore, & judice, de reliquis perſonis acceſſoriis judicium publicum conſtituentibus, veluti ſunt Advocati, & Procuratores, & de eorundem officio ſuo loco egimus, ſic ut ea hic repetere operæ pretium non ſit, modo dignoſcatur, an & quando reus in criminali cauſa per Procuratorem defendi poſſit vel non, de quo infra ſuo loco.

Cap. II.

De Advocatis, Procuratoribus, aliiſque defenſoribus.

Summaria.

1. *Advocatorum & Procuratorum munus remiſſive.*
2. *Procuratores an in criminalibus cauſis admittantur.*
3. *Quid moribus.*
4. *Defenſio per Procuratorem aut Advocatum reo non eſt deneganda.*
5. *Intellectus l. 33. §. 2. ff. de Procur.*
6. *Quod moribus ea de re ſit receptum.*
7. *Etiam pro abſente, abſentia excuſatio, & innocentia defenſio qua aut qualis admittenda.*
8. *Nudatantum defenſio verbotenus facienda abſque figura proceſſus.*
9. *Niſi in cauſis in quibus ordinarie proceditur, & pecuniariis aliiſve, quibus nulla imponitur pœna corporis afflictiva.*
10. *An idem obtineat in criminibus, quibus relegationis pœna impoſita eſt.*

ADvocati, Procuratores, aliique perſonarum & rerum defenſores, qui ſint, & qualc ſit eorundem officium ſuperiori libro *cap.* 5. 6. 7. ſatis ſuperque demonſtratum. 1

Reſtat ut videamus an & hi in criminalibus cauſis admitti queant; & de Procuratoribus qui 2
alieno nomine agunt, & cauſas defendunt, regulariter conſtat, & communiter receptum eſt, eos neque à parte actoris & accuſatoris, neque à parte accuſati rei admitti poſſe, per *l. penult.* *§.* 1. *ff. de public. Jud.* ubi Bart. & DD. & *ad l.* 2. *ff. de Cuſtod. reor. l.* 1. *ff. an per alium cauſ. appell. reddi poſſ.* Ratio eſt quod accuſator inſcribere in crimen tenebatur, & ſe pœnæ talionis ſubjicere. *l. fin. Cod. de Accuſationib. l.* 1. *ff. ad Senat. Turpillian.* Et accuſatus ſi convincatur, legitima pœna teneatur, quam Procurator ſuo nomine ſuſtinere non tenetur, & ob id illuſoria redderentur judicia, & maleficia manerent impunita. *l.* 75. *ff. de Judic. l.* 51. *§. final. ad leg. Aquil.*

Quæ criminis inſcriptio quum moribus noſtris ſit ſublata, & omnis criminalis cauſa ex offi- 3
cio, abſque proceſſus figura publico quaſi nomine inſtituatur, à parte actoris procuratorio nomine agi, haud convenit, & pro reo criminaliter accuſato Procuratorem haud quaquam admitti juxta *l. pen. §.* 1. *ff. de public. Jud.* noſtris & aliorum moribus in praxi eſt receptum.

Quod tamen ita accipiendum eſt, ut quamvis criminalis cauſa Procuratorem non admittat, & 4
omnis ordinarii proceſſus figura ſit excluſa, defendi tamen poſſit, ut eſt text. *in l.* 33. *§.* 2. *ff. de Procuratoribus. junct. l.* 3. *Cod. de Accuſationib.* In verb. *defendi*, quod non niſi de plena defenſione intelligendum recte notat Cujac. *lib.* 20. *obſerv. cap.* 20. Neque placet ejuſdem Cujacii
commentum *lib.* 5. *ſentent. Pauli tit.* 16. *§.* 11. cujus lectionem Gothofredus quoque probare 5
videtur. Quod ſcilicet *in d. l.* 33. *§.* 2. *ff. de Procurator.* pro *innocentiam*, *abſentiam excuſantem* legendum ſit. Rectius alii diſtinguunt: Ut Procurator admittatur ad innocentiam rei oſtenden-

dam,

dam, non ad cauſam legitimo modo peragendam, quum defenſio juris ſit naturalis, quæ nemini ſit deneganda. *arg. d. l. 33. §. 2. ff. de Procurat. cap. 5. cap. 8. extr. de exception.* Eandem ſententiam probat Paul. Caſtrenſ. ibid. & Accurſ. *ad l. 3. Cod. de Accuſationib.* Qui reum ad ſententiam uſque defendi poſſe ac debere probat. Vide etiam Menoch. *de arbitr. Jud. quæſt.* 80. & 98. Hartmann. *Prax. tit. 6. obſervat.* 2. Farinac. *Prax. Criminal. tom. 1. quæſt. 39. num.* 1. Merul. *Prax. Civil. lib. 1. tit. 8. cap. 2. num.* 2. Carpzov. *Prax. Criminal. part. 3. quæſt. 150. num.* 17.

6 Quod & mores noſtri probant, quibus nemini defenſionem ſuam per Advocatum aut Procuratorem faciendam petenti denegari ſolet, ſed & pleriſque tribunalibus moris eſſe conſtat, ut reus ante ſententiæ pronunciationem requiratur, utrum aliquid ad defenſionem ſuam adferre poſſit, aut velit, teſte Grotio *in Apologetico ſuo, cap.* 16. Ita cautum criminali Ordinat. circa procedendi modum *Anno* 1570. conſtituta *art.* 46. his verbis: Dat in alle Staten van het proces tot der ſententie ende executie toe ontfangen ſal werden / het gene tot ontlaſtinge / ende innocentie van den geaccuſeerden blijken ſal. Et de generali conſuetudine teſtantur *Coſtum. van Utregt, Rubr. 36. art.* 6. his verbis: Sullen die gevangens van crimineels ſaken mogen verſoeken met Taalmans hunne ſaken te communiceren / ende heur defenſie te doen. De aliorum moribus vide Rebuff. *ad Conſtit. Reg. in proœm. gloſſ. 5. num.* 46. Bugnon. *de legib. abrogat. lib. 1. ſat.* 220. Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 87. num.* 3. Zypæ. *Notit. Jur. Belg. tit. de Accuſation. in fin.* Carpzov. *Prax. Criminal. part. 3. quæſt. 105. num. 72. & ſeqq.* Ubi idem *Criminali Sanctione Carolina, art.* 88. cautum, & *Ordinat. Politic. Elector. Saxon.* ſancitum refert, & in foro Saxonico tam certum, uſque quotidiano comprobatum eſſe ſcribit, ut nulla prorſus ulteriori indigeat probatione.

7 Sed & pro abſente non tantum abſentiæ excuſationem, ſed & innocentiæ defenſionem admitti debere probat *d. l. 3. Cod. de Accuſat. junct. d. l. 33. §. 2. ff. de procurat.* Quum, ut imperator in *l. 12. Cod. de procurat.* ad caſum propoſitum reſcripſit, *multo juſtius ſit hujuſmodi defenſorem audire, quam abſentem aliquem, quaſi contumacem, & indefenſum gravi condemnatione afficere.* Vide eundem Cujac. *ad tit. Cod. de Accuſat.* Gaudin. *de maleſic. tit. Utrum procurator.* Hippolit. de Marſil. *prax. criminal. §. ſequitur. col.* 1. Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 32. num. 17. & quæſt.* 33. Joann. Zanger. *de Except. part. 2. num. 5. num. 11. Et de quæſt. cap. 3. num.* 5.

8 Notandum vero hæc omnia ad nudam & ſimplicem abſentiæ, aut innocentiæ defenſionem verbotenus faciendam, reſtringi, nullo dato aut conceſſo procedendi termino, ſine ſtrepitu ut loquuntur, & remota omni ordinarii proceſſus figura, neque ullas omnino cauſæ peragendæ notu-
9 las admitti niſi forte ordinario procedatur modo, cujus rarior apud nos eſt uſus in cauſis criminalibus, aut ſi cauſa ſit talis, quæ nullam mereatur pœnam corporis afflictivam, uti ſunt cauſæ vulnerariæ, injuriarum, & ſimiles pecuniariæ, in quibus ordinario proceditur modo, neque ordinarium procuratoris aut defenſoris officium denegatur. textus eſt in *l. 1. ff. An per alium cauſ. appell. reddi poſſ. junct. l. 15. Cod. de Accuſationib. l. 42. §. 1. ff. de procurat. l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam. l. 11. §. 2. ff. de in jur.* præſertim moribus noſtris, quibus in iiſdem & ſimilibus vix alia quam pecuniaria pœna irrogari ſolet. Quo caſu, ſi & quatenus pœna corporalis per ſtatutum aut jus municipale in pecuniariam converſa ſit, procuratorem admitti volunt interpretes. Inter quos Gabriel *lib. 7. comm. Concluſ. 9. num.* 8. 9. Jul. Clar. *quæſt. 32. num.* 7. Menoch. *de arbitr. jud. Quæſt. cent. 1. quæſt. 80. num.* 107. Idemque de Saxon. moribus teſtatur Andr. Rauhbar. *Quæſt. Jur. civ. & Saxon. 7. num.* 27.

10 Utrum vero idem obtineat in criminibus quibus relegationis pœna conſtituta eſt, inter DD. vix convenit. Affirmantium tamen opinio & veritati & moribus noſtris magis convenit, quum relegationis, ſive banni pœna corporalis non ſit, neque ipſum reum auditorio præſto adeſſe cauſa requirat, ſed abſens condemnari poſſit, per *text. expreſſ. in l. 5. ff. de pœnis.* at ubicunque abſens condemnari poteſt, defendi etiam eum per procuratorem poſſe conſtat. *l. 33. §. 2. ff. de procurat.* Vide Jul. Clar. *§. final. quæſt. 52. verſ. Hinc eſt.* Menoch. *de arbitr. Judic. quæſt. 80. num.* 86.

Cap.

Digitized by Google

Cap. III.

De Ordine ac modo inſtituendi proceſſus criminalis.

Summaria.

1. *Criminale judicium quid ſit ejuſque pœna alia pecuniaria, alia corporis afflictiva.*
2. *Pœna Criminalis in quibus à rei perſecutoria differat.*
3. *Criminale judicium quomodo adverſus præſentem, vel abſentem perſequendum, ordinarie, vel extraordinarie.*

PRopter judicium publicum aut civiliter aut criminaliter agitur. Civiliter ad pœnam ſive mulctam pecuniariam fiſco applicandam, criminaliter ad pœnam corporis afflictivam. Eſt enim & manet criminale judicium, quod ad fiſci ſive reipublicæ cauſam tendit, ſive pœna ejus ſit pecuniaria, ſive corporalis, & ob eam actio civiliter, aut criminaliter inſtituatur. facit text. in *l. 15. Cod. de Quæſtionib. l. 1. ff. de teſtib. junct. l. 1. ff. de public. judic. & §. 10. Inſtit. de injuriis.* Quem textum Arn. Vinnius contra communem doctrinam, ad privatorum intereſſe reſtringit: Cui, licet præceptori meo, tantum deferre non poſſum, quod inibi de pœna reo imponenda agatur, quod procul dubio, præter æſtimationem injuriæ illatæ, de qua ante, ad pœnam fiſco applicandam referri debet. Præſertim moribus noſtris, quibus præter facti æſtimationem certa injuriæ pœna fiſco applicanda conſtituta eſt. Vid. Bart. & DD. *ad l. ult. ff. de privat. delict.* Sichard. *ad Rubric. Cod. de judiciis num.* 11. Jul. Clar. *prax. criminal. quæſt.* 1. Damhoud. *prax. criminal. cap.* 2. 1

Quod parti læſæ applicatur, ad publicum ſive criminale judicium non pertinet; hoc enim pœnale dici non poteſt, ſed rei perſecutorium eſt, cujus actio ſeparata & mere civilis eſt. *l. ult. ff. de privat. delict.* 2

Inſtituitur proceſſus criminalis alio modo adverſus præſentem, alio modo adverſus abſentem & latitantem reum. 3

Adverſus præſentem iterum dupliciter proceditur vel per actualem apprehenſionem, vel per citationem in perſonam, ut vocant, idque extraordinarie per ipſam delinquentis confeſſionem, vel voluntariam, vel per torturam, poſt cauſæ cognitionem, exactam, vel ordinariam per teſtes, & ordinariam facti inquiſitionem. Adverſus abſentem & latitantem reum proceditur per edictalem citationem. In quibus quid juris ſit, & quid circa ſingula obtineat, ordine videamus.

Cap. IV.

De Informatione, captura reorum, & citatione perſonali.

Summaria.

1. *Captura quid ſit, ejuſque requiſita.*
2. *Inquiri quomodo in crimen debeat & quomodo de delicto conſtare debeat antequam ad capturam deveniatur.*
3. *Inquiſitio alia generalis, alia ſpecialis.*
4. *Inquiſitio ad capturam locum non habet niſi in cauſis gravioribus. & 11.*
5. *Formalia inquiſitionis, quæ, aut qualia ſint.*
6. *Sine prævio judicis mandato, ad capturam procedi non debet.*
7. *Niſi contra ſcurras, ganeones, Tenebriones,*
8. *Et eos qui in flagranti delicto deprehenduntur.*
9. *Statuta & conſtitutiones circa capturam reorum.*
10. *Officialium exceſſus circa capturam & prehenſionem reorum, an & quomodo puniendi.*
11. *Incarceratio non niſi in gravioribus cauſis permiſſa.*
12. *Aſyla & tuta refugia apud nos an & quatenus obtineant remiſſive.*
13. *Privilegia & conſtitutiones pro captura immunitate ſub cautione fidejuſſoria quomodo procedant.*
14. *Capti intra 24. horas recognoſcendi.*
15. *Privati Carceres prohibiti.*
16. *In parentibus & ſenioribus propinquis an & qua-*

Digitized by Google

quatenus permiſsi.
17. *Commentarienſes qui, eorundem officium & quid præſtare debeant.*
18. *Quid ſi captus evaſerit.*
19. *An & quatenus pro facto miniſtrorum ſuorum teneantur.*

1 CAptura eſt delinquentis rei juſta apprehenſio, qua publico carceri includitur is qui deliquerit.

Dico *Rei delinquentis*] quia ad capturam deveniri non poteſt niſi de delicto & perſona delinquentis conſtiterit. *l. 1. §. 24. ff. ad Senatusconſult. Syllanian.* Ipſa enim captura innocenti haud mediocrem facit injuriam, & ignominiam infligit irretractabilem. *arg. l. 9. Cod. de Cuſtod. reor.* Ut poſt Bald. & Jaſonem recte notat Damhouder. *prax. criminal. cap. 15. num. 8.* Vide eundem Damhouder *prax. criminal. cap. 8. num. 10.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de delicto, num. 1.* Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 1. quæſt. 1. num. 6.*

2 Inquiri igitur ante omnia in crimen debet, utrum ſit perpetratum, & à quo. Delictum eſſe perpetratum ipſo facto conſtare debet, ſive de delicto ex facti perpetrati evidentia ad oculum conſtiterit, veluti ſi homo ab alio dolo interfectus reperiatur, aut ex veneno quis mortuus reperiatur. (Ad hoc enim ut delictum commiſſum eſſe dicatur, non ſufficit ſimpliciter de facto aliquo conſtare, veluti aliquem interemptum reperiri, quod etiam ſine dolo contingere poteſt. *l. 2. in pr. ff. ad leg. Aquil.* ſed & de qualitate facti conſtare debet, ſcilicet illum dolo aut ſcelere alterius interemptum *arg. l. 5. §. 1. ff. Ne quis eum qui in jus vocat. eximat.*) ſive ex indiciis certo concludentibus id conſtare videatur, veluti per famam, per confeſſionem ipſius rei, vel per proteſtationem ab interfecto in agone mortis factam & ſimilia. Ad inquirendum enim in crimen & delictum quod præſumitur eſſe perpetratum, etiam præſumptiva probatio ſufficit, & ſecundum ſubjectam materiam, etiam ſemi-plena probatio admittitur in quantum facere poſſit *arg. l. 2. Cod. de Carboniano edicto.*

3 Delictorum inquiſitio alia generalis eſt, quum fiſcus vel Balivus ratione officii generaliter inquirit an ſint homines facinoroſi, an nocturni fures eorumque receptores, an ſcelera uſpiam latenter machinentur, aut commiſſa ſint, ad officium enim eorum pertinet, ut provincia facinoroſis hominibus purgetur, & in quiete permaneat *l. 13. ff. de officio præſid.*

Alia ſpecialis eſt, quæ delicti perpetrati & perſonarum delinquentium ratione inſtituitur: quum de certo delicto, contra certam & definitam delinquentis perſonam aut ex officio, aut ex partium poſtulatione inquiritur, *arg. l. 7. Cod. de accuſ. & inſcript.* Hisce enim duobus modis hodie contra delinquentes per inquiſitionem procedi poſt alios teſtatur Farinacius *prax. criminal. tom. 1. tit. 1. quæſt. 1. num. 4. verſ. Stante hac DD. varietate.*

4 Neque locum habet hæc inquiſitio, quæ ipſam delinquentis capturam præcedere debet, niſi ob crimen ſatis magnum, cujus pœna eſt corporis afflictiva, puta læſæ majeſtatis, Homicidii, Veneficii, Falſi, Raptus, Stupri, Furti, & id genus ſimilium. De levibus enim ac diſſimulandis criminibus non inquiritur *l. 6. ff. de accuſation.* ubi communiter DD. Quod ad præparatoriam capturæ decernendæ inquiſitionem reſtringendum eſt, quum alias pro pœna & mulcta pecuniaria imponenda de facto commiſſo etiam ſuo modo inquiratur.

5 Volunt hic communiter DD. hanc facti inquiſitionem certis formandi ſolennitatibus adſtringi, quibus neglectis aut omiſſis nullius eſſet momenti. *arg. cap. Inquiſitionis, & cap. qualiter & quando. 2. Extr. De accuſat. & l. 1. ff. Si menſor falſ. mod. dix.* Sed quum inquiſitiones tantum ſerviant ad præparandum, nequaquam vero ad inſtruendum judicium, neque ex iis quis condemnetur aut abſolvatur, niſi ulterius parte audita ſuper iis diſceptetur, expediet quidem ad ulteriorem proceſſum inſtruendum, quod hæc & ſimilia ſubſtantialia contineant: Quid ſcilicet & per quem factum, quando, quo loco, cujus juſſu, ætates, nomina, cognomina, qualitates, domicilia teſtium, & depoſitionis rationes, & circumſtantias. Ad hoc tamen ut ſoli capturæ decernendæ inſerviant adeo neceſſaria non ſunt, quin ea quæ iis deeſſe videbuntur poſtmodo ſuppleri poſſint. Quomodo de corpore delicti conſtare judici debeat, late tractat Farinacius *prax. criminal. tom. 1. tit. 1. quæſt. 2.*

6 Dicitur *juſta apprehenſio*] Quia regulariter ſine mandato judicis, quod prævia cauſæ, id eſt inquiſitionis ſive informationis cognitione decernitur, ad delinquentis capturam procedi non poſſit per text. *l. 4. ult. Cod. de Exhibend. & tranſmitt. reis. l. 9. Cod. de Cuſtod. reorum.* Vide Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. final. quæſt. 28. num. 1. 7.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 240. num. 3.* Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 11. num. 5. & ſeqq. ad num. 14.* & DD. ibid. allegat. Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 4. quæſt. 27. num. 8.* Argentr. *ad conſuetud. Brittan. art. 274.*

Digitized by Google

num. 7. Ægid. Boſſ. *tit. de falſis*, *num.* 171. Chriſtin. *vol.* 5. *deciſ.* 14. *num.* 28. Anton. Matth. *de criminibus*, *lib.* 48. *tit.* 7. *cap. ult. num.* 5. Damhoud. *prax. crimin. cap.* 15. *num.* 9.

Quæ tamen regula ſuas patitur limitationes, ut in generali, quam diximus inquiſitione per 7
Prætores, Baſivos, & Officiales adverſus facinoroſos ſcurras, ganeones, helluones, nebulones, tenebriones, fures cum ſarcina deprehenſos & clamorem vulgi, tenere furem, fugientes, nugatores, validos mendicantes, vanos, & nullius pretii homines ex officio ſine judicis inquiſitione ad capturam procedi poſſit. *arg. l.* 28. *§.* 15. *ff. de pœnis. l.* 7. *§.* 2. 3. *l.* 56. *§.* 1. *ff. eod. l.* 4. *ff. ad leg. Aquil. & l. final. de Maleſ. & Mathemat.*

Haud alia ratione quam reliqui delinquentes de fuga ſuſpecti in ipſo facto inventi, & flagranti 8
crimine comprehenſi, ſine ulteriori inquiſitione, aut judicis decreto, capi, & in carcerem deduci poſſunt, ac debent, ne interim, dum conſilium petitur, aufugiant. facit text. *in l.* 54. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. l.* 11. *ff. de offic. Proconſul. & Novell.* 15 *cap.* 6. *§.* 1. Jul. Clar. *§. fin. il. dict. quæſt.* 28. *num.* 7. Et plures caſus in quibus ſine judicis mandato delinquentes capere permittitur, vide apud Farinac. *tom.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 27. *num.* 23. *&* 24. *& tit.* 3. *quæſt.* 21. *num.* 138.

Huc pertinet placitum criminale Philippi II. Holland. Comit. *Anni* 1570. *art.* 50. his verbis: 9

Ende gelijkkerwijs dat van nooden is goede ende ſtraffe juſtitie te doen van de quaatdoenders ende miſdadigen, ſoo behoort men ook te beter toeſigt te nemen dat de onnooſelen niet gecalumnieert / nog met vangeniſſen ofte anderſints gevexeert ende gequelt werden: Verbieden wy daaromme generaalijk allen Officiers tot apprehenſie van eenige perſoonen te procederen / nog de ſelve dagen om in perſoon te compareren / ten zy ingevalle van een van de drie ſtukken ende ſaken hier na volgende / te weten / dat hy op 't feyt bevonden is / ofte dat de Jugen ofte Regters gedecreteert hebben proviſie van Priſe de corps / of ſijnen perſoon te doen aantaſten / off adjournement perſoneel / off in perſoon te compareeren / nadien ſy de informatien geſien ſullen hebben / off by accuſatie off geformeerde partye / 't welk wy laten ter diſpoſitie van den regten na de gelegentheit / circumſtantien / ende indicien die hy ſal mogen hebben / ſonder te gedoogen dat yemand gecalumnieert werde. Ende alle andere wegen van apprehenſie die men anderſints in eenige plaatſen / waar dat het zy / geobſerveert heeft / hebben wy de ſelve verklaart / ende verklaren by deſen / van geender waarden / ende abuſijff / tegens den regten ende equiteyt: Ten zy nogtans in ſekere ſpeciale ſaaken / gelijkkerwijs als de ſelve vagabonden ende landloopers waaren / daar merkkelijke perijkel ſoude weſen vander vlugt / ende daar 't feyt te zeer gruwelijk ende afgrijſelijk ſoude weſen / ende dat de ſaake by den Officier wel klaarlijken bevonden waar / in welken gevalle ſal onſen Officier / binnen 24. uyren naar de apprehenſie / den Regters daar van adverteeren / mitsgaders vander oorſaake van diere / ende hoe hem daar aff blijkt / om by den ſelven te ordineren / off die apprehenſie ende aantaſtinge opregt is ofte niet.

Quemadmodum autem in maleficos delinquentes quam ſevere animadverti decet, ita ante omnia cavendum, ne innocentes calumnientur, aut carceribus aliisve prehenſionibus vexentur. Quapropter omnibus ac ſingulis officialibus interdictum volumus, ne ad aliquam apprehenſionem, aut perſonalem perveniant citationem, niſi alterutro trium præcedente requiſito. Ut nimirum quis aut in ipſo facto deprehendatur, aut Judex ipſe prævisis informationibus, eum carcere mancipari, aut in perſonam citari mandaverit, aut per partes in crimine facta accuſatione fuerit inſcriptum. Quod diſpoſitioni Juris ſcripti pro indiciorum circumſtantiis committendum duximus, ita ut nec quenquam calumniari patiemur. Omniaque alia incarcerationum & prehenſionum media hactenus introducta annullanda cenſemus, prout & hiſce annullari volumus, velut corruptelas juri & æquitati adverſas. Niſi forte in ſpeciali caſu, ſi forte vagabundi & ſcurræ fuerint, & fugæ periculum intercedat, ipſumque factum atrox & enorme, ipſique officiali abunde fuerit perſpectum. Quo caſu dictus officialis noſter intra 24. horas poſt capturam & prehenſionem judici id ſignificare factique rationem reddere teneatur, quo utrum apprehenſio rite ac debite facta ſit recognoſcat.

Quibus adde ejuſdem Philippi II. Ordinat. circa modum procedendi in cauſis criminalibus. Ejuſdem *Anni* 1570. *art.* 2. 3. 4. his verbis:

Art. 2.

Dat om naar regt te procederen tot apprehenſie ende aantaſtinge van eenige crimineelen perſoon van nooden werd te onderhouden eenen van drie wegen: Te weten / dat yemand in tegenwoordigen feyte ende miſdaad bevonden zy / of by decrete ofte Juge van den Regter / naa informatie op 't feyt genomen ende gehouden / off dat yemand hem formele partye make / navolgende de diſpoſitie van den geſchreven regte / ſtellende de ſelve tot arbitrerſchepe van den Juge / na de circumſtantien / teekenen / ofte indicien / die hy ſal mogen hebben / ſonder te gedogen ofte toe te laten / dat yemand eenige calumnie gebruyke.

Art. 2.

Ut ad capturam & prehenſionem perſonæ delinquentis procedatur, alterum horum trium requiſitorum intercedere ſit neceſſe: Ut nimirum quis aut in ipſo delicti facto deprehendatur, aut ad judicis mandatum præviæ cauſæ cognitione decernatur, aut quis ſecundum jus ſcriptum crimini inſcribat, judicis arbitrio, circa circumſtantias, informationes & indicia adhibito, ut nec permittatur aliquem calumnioſe vexari.

Art. 3.

Dat met de verſcher daad van de crimen / ende terſtond op ofte naa 't gebeurt zynde / alle delinquanten geapprehendeert ende aangetaſt ſullen werden / indien 't doenlijk werd ſonder te verbeyden eenig decreet ofte ordonnantie van den Juge ofte Regter / om de ſelve van ſtonden aan te ſtellen ende leveren in handen van de competente Juge ofte Regters.

Art. 3.

Ut ipſo facto, aut quam proxime delictum fuerit perpetratum, omnes delinquentes capiantur, & prehendantur, ſi modo fieri poſſit, nulloque decreto requiſito, in judicis competentis manus tradantur.

Art. 4.

Ende by gebreke van de voorſeyde apprehenſie / bevelen wy dat die Juge ofte Regters / die welken de kenniſſe daar van toebehoort ('t zy ter klagte van de Officiers / doleantie / ofte beklaaginge van partye / ofte van haar officie wegen) neerſteliglijken ſullen doen onderſoeken ende hem informeeren / op de toekomſte ende waarheyt van den feyte. Ende ſoo verre daar van genoegſaamlijk blijkt / immers by halve preuve / vehemente ofte probabile ſuſpicie / ſullen decerneren proviſie van perſoneele apprehenſie ende vangen / ofte van adjournement perſoneel / naa de qualiteyt van de delicten ende misdaden / of van de perſoonen / ende naa dat die materie gediſponeert ſal weſen / op de peyne in onſe voorſeyde ordonnantie vermelt.

Art. 4.

Deficiente autem prædicta apprehenſione ſtatuimus, ut Judex competens (ad Officiarii aut alienus inſcriptæ partis delationem) in facti circumſtantias ſedulo inquirat. Ut liquidem de eo liquido ad minimum ſemiplene, aut vehementi aut probabili ſuſpicione conſtet, proviſionalem decernant capturam, aut perſonalem prehenſionem pro qualitate criminis aut delicti perpetrati, perſonæ delinquentis, & ipſius cauſæ meritis ſub pœna prædicta noſtra ordinatione comprehenſa.

Facit etiam textus in Curiæ Holland. Inſtruct. *Art.* 19. Quo in eundem finem cavetur.

Art. 19.

Dat den Procureur Generaal geen ſaaken ſal mogen aannemen voor Officiers ofte andere / het en zy datter oorſaake zy / ende by ordonnantie van den Hove / ende en ſal niemand in proces mogen betrekken / ten zy by informatie precedente / tegen de gene die hy in regten betrekken wil / ende en ſal geen informatie precedente mogen nemen / ten ware by ordonnantie van den Hove / of in ſaaken die by avontuyr geſchieden in de plaatſe daer hy preſent waar / als het delict geſchiede.

Art. 19.

Ut ne Procurator Generalis Officiariorum aliorumve nomine aliquas ſuſcipiat cauſas, niſi ſubſit cauſa, & Curiæ mandato accedente, neque aliquem in Jus vocabit, niſi informatione, adverſus eum præcedente, neque in cauſam inquirere, niſi requiſito Curiæ mandato, ei ſit permiſſum, præterquam in cauſis, eo forte præſente perpetratis.

Eoque pertinent Conſuetudin. ſive Statut. Urbis & Provinciæ Ultrajecti ſuæ *Rubric. Artic.* 1, 2, 3.

Art. 1.

Den Schout ſal hem informeeren van alle feyten ende delicten gevallen ofte gecommitteert onder ſijn Jurisdictie / ende niemand (byſonder van goeden name ende fame) apprehenderen ſonder voorgaande informatie precedente.

Art. 1.

Schultetus in omnia crimina & delicta in territorio ſuo perpetrata inquiret, ne tamen aliquem (præſertim bonæ famæ atque exiſtimationis) abſque prævia informatione apprehendat.

Art. 2.

Ten ware die delinquant op het feyt ofte daad bevonden werde / of de ſelve als vagabonden ofte leeggangers converſeerden.

Art. 2.

Niſi forte delinquens in flagranti facto deprehendatur, aut ut vagabundus & erroneus converſetur.

Art. 3.

Item / allen onderen uytheemſen / ſal hy mogen vangen op vehemente ſuſpicie / met ſulke voorſienigheyt nogtans / dat hy niemand verongelijkt. Wel verſtaande dat den Schout gehouden werd terſtond ſijn reden van ſuſpicie te vertoonen die van den Gerechte / omme opter detentie ofte relaxatie van den gevangen gediſponeert werden naa behooren.

Art. 3

Ut & omnes peregrinos ex vehementi ſuſpicione præter calumniam apprehendere poſſit, modo incontinenti ſuſpicionis rationem judici reddat, ac hoc ut ſuper prædicta captura, aut ejuſdem relaxatione cauſa cognita diſponatur prout æquum videbitur.

10 Quod probe notandum adverſus quoſdam arrogantes hujus ſeculi officiarios, qui contra omnem rationem & æquitatem extra facti deprehenſionem, alicujus vel minimi delicti ſuſpectos irrequiſito judice nec prævia cauſæ cognitione ad carceres ignominioſe deducunt, aut ejuſdem manci-

cipationis juſto metu injecto, ingentem pecuniæ ſummam iis immerito extorquent, in quos ſi-
„ mili modo invehitur Damhouder. *prax. criminal. cap.* 8. *num.* 9. Quod contra rationem &
„ æquitatem quæ libet facere minime erubeſcant, intrepide ſuſtinentes ſeſe habere ora aurea, &
„ manus aureas, quaſi ipſis omnia tam jure, quam injuria impune fuerint conceſſa. Qui tamen ob injuriam alicui hoc modo illatam non tantum parti læſæ pro reſtitutione honoris & famæ, ſed & ad pœnam tenentur. *arg. l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de falſis.* Quod in Gallia aliiſque vicinis regionibus non tantum ad pœnam ſive mulctam pecuniariam, ſed & ad pœnam corporalem extenditur teſtibus Argentr. *ad Conſuetud. Britann. art.* 274. *num.* 7. Ægid. Boſſ. *tit. de falſis num.* 171. Imbert. *pract. civ. & criminal. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. *&* 13. Chriſtin. *vol.* 5. *deciſ.* 14. *num.* 28. Anton. Matth. *de criminib. lib.* 48. *tit. cap. ult. num.* 5. Vid. etiam Farinac. *tom.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 27. *num.* 134.

Neque ipſi judices pro apprehenſionis decreto decernendo adeo faciles eſſe debent, quum de 11 delicto ſatis gravi, & propter quod ad pœnam corporis afflictivam agendum ſit, ex præcedentibus informationibus aut certis indiciis, & neceſſario concludentibus præſumptionibus conſtiterit, quæ qualia ſint aut eſſe debeant judicis arbitrio committantur. *arg. l.* 1. *Cod. de cuſtod. & exhibit. reor.* Vid. quæ late in hanc rem tradunt Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. final. quæſt.* 28. *num.* 1. *&* 7. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 111. *num.* 5. *& ſeq. uſque ad num.* 14. Farinac. *prax. criminal. tom.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 21. *num.* 13. *& quæſt.* 27. *num.* 125.

Cod. I. XII. *De his qui ad Eccleſiam confugiunt.*

Apud Romanos templa, cœmiteria aliave loca ſacra, delinquentibus tutum præſtabant refugium, 12 *tot. tit. Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.* quod primitus quidem adverſus inconſultum propinquorum occiſi impetum & privatam vindictam obtinuiſſe, ac proinde propter Eccleſiaſticorum nimias circa delinquentes indulgentias, præſertim apud reformatos, quibus nulla omnino ſanctitas ipſis rebus eccleſiaſticis adſcribitur, ab uſu receſſiſſe notavimus ſupra *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 33. *num.* 10.

Quum carcer mala ſit manſio, pœnam aggravet & inſonti haud mediocrem injuriam adferat, 13 *l.* 15. *§.* 41. *verſ. Quæſtionis. ff. de injuriis. junct. l.* 23. *Cod. de pœnis.* ad judiciis officium pertinet pro criminis quod objicitur qualitate, vel propter honorem, vel ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate ejus qui accuſatur, æſtimare, utrum in carcerem recipiendus, an militibus, vel fidejuſſoribus committendus ſit, vel ſibi. *l.* 14. *ff. de Cuſtod. & exhibit. reorum.*

D. XLVIII. III. Cod. IX. IV. *De Cuſtodia & exhibitione reorum.*

Ita ſi minus grave ſit crimen, propter quod, non agetur ad pœnam corporis afflictivam, ſub fidejuſſoria cautione de judicio ſiſti remittendus, aut relaxandus eſt reus, *d. l.* 1. *& l.* 3. *ff. eod.* Idem ſtatutum Conſtitutione Criminale Philippi II. Hollandiæ Comitis *Anni* 1570. *art.* 53. Quæ cautio de judicio ſiſti, ſi non exhibeat reum is qui pro eo fidejuſſit, in cautionem de judicato ſolvendo reſolvitur, imponitur enim ei pœna pecuniaria ejus quantitatis quæ expreſſa fuerit, ſi non ſit expreſſa, ejus quam inferre juſſerit judex *l.* 4. *ff. de Cuſtod. & exhibit. reor.* In reliquis criminibus quorum pœna capitalis aut corporis afflictiva eſt, nullos fidejuſſores admitti notavimus ſupra *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 2. Neque ulterius accipienda ſunt privilegia quibuſdam conceſſa, ut ne quis carceri mancipetur qui fidejuſſorem reperire potuerit, prout à Margareta Hollandiæ Duce Septentrionalis Hollandiæ Diœceſi, quo uſque ad Auſtralem Hollandiæ partem, vulgo *Zuid-Holland*, ſeſe extendit, quod magnum Margaretæ privilegium vocant, inter cætera cautum eſt, his verbis: Voort ſoo en ſullen wy nog niemand van onſent wegen aan yemands lijf of goed die hand ſlaan / die men verborgen wil hem ende ſijn goed te regt te brengen / alſoo hoogliik als onſe Balliuw / ende de Ambagts heer daar die breukke onder geſchied is / ende drie Welgeboozen Mannen / dat gedeylde Luyden ſijn dunkken ſal dat mogelijk is naa der miſdaad / die men hem aanthyende is.

Idem à Wilhelmo Hollandiæ Comite *Anno* 1404. Kennemariæ Incolis, & ab Alberto Bavariæ Duce Amſtelodamenſibus indultum legimus. Idemque antiquitus pro Civibus Leydenſibus obtinuiſſe refert *J. Orlers* in ſua ejuſdem Civitatis deſcriptione *pag. mihi* 33. qui antequam carceri mancipatentur, ad magnum cæruleum ſaxum, in medio latiſſimæ plateæ, cæteris lapidibus certo limite interpoſitum deducebatur, aliquamdiu ibidem ſe ſiſtens, dum per Præconem evocaretur, utrumne quis illum fidejuſſoria cautione liberare velit. Quod pro debito civili, & pecuniariis pœnis tantum obtinuiſſe, nec ad capitalem aut aliam corporis pœnam afflictivam extendi poſſe manifeſti juris eſt.

Deinde ad officium judicis pertinet, ut ne capti diu in carcere detineantur, ſed deprehenſi 14 ſtatim, & ad minimum poſt 20. nobis 24. horas ab ipſa captura intercedentes, ad judicem ducendi

cendi ſunt, ut recognoſcatur, an bene vel male fuerint incarcerati. *arg. l. 25. in fine. pr. ff. ad l. Jul. de adulteriis.* Ubi Gloſſ. Bart. & DD. *l. 23. Cod. de pœnis.* Quod ne intermittatur, & in cauſis incarceratorum velocius procedatur, Commentarienſis quotidie judici ingerere debet numerum perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordines, & ætates vinctorum. *l. 5. Cod. de Cuſtod. reorum*, verbis, *intra trigeſimum diem, ſemper*, id eſt per ſingulos dies, uſque in trigeſimum diem, quomodo eam legem ex Græcis Baſilicis interpretatur Jacobus Cujacius *tract. de praſcript. cap. 10.* Vide in hanc rem Gomeſ. *variar. reſolut. tom. 3. tit. de captura reorum, cap. 9. num. 3.* Boërii *deciſ. Burdigal. 225. num. 4.* Damhouder. *prax. criminal. cap. 15. num. 5.* & poſt eos Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 4. quæſt. 27. num. 14.* Eoque pertinet d. placit. Criminal. Philipp. II. *art. 50.* ſupra adductum, idemque latius ejuſdem placit. circa procedendi modum in cauſis criminalibus, *cap. 6.* iiſdem pœne verbis cautum.

15 Dicitur *publici carceris incluſio*] Quia privati carceres omni jure ſunt prohibiti, neque privatis hominibus permiſſum eſt alium ſua auctoritate cuſtodiæ includere. *l. 1. & tot. tit. de privat. Carceribus.* Eum qui privatos carceres exercuerit jure Romano in læſæ Majeſtatis crimen inci- diſſe, ſed moribus arbitrarie & ubique fere pecuniaria pœna puniri notavimus ſupra *part. 1. lib. 5. cap. 4. num. 3.* Cod. IX. IX. *De privatis Carceribus inhibendis.*

16 Quod tamen ſuam exceptionem habet in parentibus & ſenioribus propinquis qui ad exemplum emendationis dominorum in ſervos ſuos inobedientes. *l. unic. Cod. de Emendatione ſervorum. & l. 35. §. 3. ff. de heredib. inſtituend.* liberos ſuos & minores contumaces, atque inobedientes domi ſuæ continere & juſta cuſtodia emendare poſſunt. *l. unic. Cod. de Emendatione propinquorum.* Quemadmodum furioſos, & mentis ſuæ minus capaces domi ſuæ certæ cuſtodiæ à conſanguineis & propinquis ſuis committi, permittitur. Cod. IX. XV. *De Emendatione propinquorum.*

Maritus etiam adulterum cum Uxore deprehenſum per horas viginti teſtandæ & probandæ ejus rei cauſa domi retinere poteſt. *l. 25. ff. ad l. Jul. de Adult.* Et quicunque latronem, maleficum, & furem manifeſtum, ac nocturnum apprehendere & domi ſuæ detinere poteſt, donec judici eum offerat. *l. 2. Cod. de his qui latrones. l. ult. Cod. de Maleficis.*

17 Cuſtodiæ publicæ traditi Commentarienſibus committuntur. Qui modum cuſtodiæ ſervare debent, ita ut ſub capitali pœna captos, & carceris clauſtris & ſquallore dignos, eoque modo ſibi traditos & commiſſos, abditiori loco compedibus includant, aut ferreis manicis vinctos conſtringant, cum minima tamen corporis aut membrorum læſione, ne captura eis pro pœna ſit, quæ ſola cuſtodia eſſe debet. *l. 1. Cod. de cuſtod. reor.* Si plures ſint, ſeparatos teneant quoad fieri poſſit, præſertim ut carcer mulierum à maſculorum carcere ſit ſeparatus. *l. 3. Cod. de cuſtod. reor.* Deinde curare debent, ut ne quis accedat eos qui facto aut conſilio eos inſtruat, aut ferrum, venenumque in carcerem inferat, quo cuſtodia amittatur, aut captus quoquam modo inquiſitionem eludere, cuſtodiam evadere, aut ſibi ipſi manus inferre poſſit. *arg. l. 8. & l. ult. §. 2. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* in qua ſtrictiori & abditiori cuſtodia remanere debent, donec aut teſtimonio aut propria confeſſione fuerint convicti, & de laxandis compedibus, aut amicorum acceſſu fuerit pronunciatum. *l. 5. ff. de cuſtod. reor.*

Quid apud nos eis incumbat, & quæ ſint ejus officii propria, certa regula aut inſtructione, ut vocant, comprehenditur, à Philippo II. Hollandiæ Comite Anno 1570. omnibus Judicibus tranſmiſſa.

Quæ inter cætera, ut captivis proſpiciatur ne quid ad vitæ commoditatem deficiat, neque vincti inedia, ſiti, aut fame torqueantur. *l. 1. Cod. de cuſtod. reor.* diurno ſtipendio proſpectum eſt, quod excedi non debeat, ſed quod temporis lapſu quo eſculenta & cibaria multo pretioſiora eſſe cœperint, etiam auctum, & judicis arbitrio commiſſum eſt.

18 Præterea quum ea quæ dolum & culpam à Commentarienſibus in officio ſuo committendam ſpectent; videndum hic ad quid teneantur, & qua pœna plectendi. Et quidem de jure certum eſt, eos de dolo, lata, ac levi culpa teneri. Ita ut ſi quis captus, & cuſtodiæ ſuæ traditus, dolo ſuo evaſerit, eadem qua ille obnoxius erat, pœna puniatur *l. 4. Cod. de cuſtod. & exhibit. reorum. & ibi DD.* Si negligentia aut culpa ſua idem contigerit, mitius puniri ſolet. *l. ult. l. 12. l. 8. ff. eod.* Quæ cum facti ſit, probari debet negligentia vel culpa ſua captum evaſiſſe, cæterum non tenentur. A qua excuſari debent ſi eam curam & negligentiam pro cuſtodiendis & exhibendis captivis adhibuerint, quæ illis pro modo decretæ capturæ adhibenda imponitur, communiter exerceri ſolet. Extra quam ſi captus effregerit, aufugerit, aut alio quo modo evaſerit, ad Commentarienſes minime pertinet, culpa enim non poteſt imputari ei, qui fecit, quod debuit. Ut per multos caſus diſtinguunt Jul. Clar. *§. final. quæſt. 68. verſ. Cuſtos carcer.* Boſſ. *prax. criminal. tit.*

de *Carcere*, *num.* 8. 10. Menoch. *de arbitrar. Judic. lib.* 2. *caſ.* 302. *num.* 6. Paris de Puteo *inſigni tractatu De Syndicatu verb. Carcer. & carceratus*, *cap.* 3. *num.* 6. 14. 15. & paſſim Farinac. *prax. criminal. lib.* 1. *tit.* 4. *quaſt.* 31. Vide etiam Damhouderum *prax. criminal. cap.* 17. Pro facto igitur ſuo Commentarienſes teneri dubium non eſt.

19 Utrum vero & quatenus pro miniſtrorum ſuorum facto teneantur, aliquoties in controverſiam deductum eſt, ut ſiquidem per incuriam Commentarienſis, ad id conſtituti, quam ad ipſam Commentarienſium curam, & fidem pertinebat, miniſtri aut famuli quid commiſerint, ipſi Commentarienſes teneantur, quum, quod quis per alium facit, ipſe facere videatur, *l.* 22. *§.* 1. *ff. de liberali cauſa.* præſertim in committendo per familiæ miniſtros, ut per *l.* 1. *§.* 12 *ff. de vi & vi armata.* Quod ad commiſſum mandato, voluntate & conſenſu domini reſtringendum eſt, ut ſonat *d. l.* 1. *§.* 12. *ff. de vi & vi armata. junct. l.* 12. *ff. quæ in fraud. creditor. l.* 152. *§.* 1. *ff. de Regul. Jur.* Cæterum ſi extra mandatum, conſenſum, aut culpam Commentarienſis, à famulo aut miniſtro quid fuerit commiſſum, ad eum non pertinet; neque pro eorundem facto cavere tenetur. Si modo eouſque reputatus fuerit diligens & fidelis, quum non facile tyroni cuſtodia ſit credenda, qua perdita is culpæ reus eſt, qui eam ei committit. *l. fin. in pr. ff. de Cuſtod. reorum.* Vide Parid. de Puteo, *de Syndicatu. in verb. Carcer. & carceratus*, *cap.* 5. *num.* 40. & poſt alios Farinac. *prax. criminal. tom.* 1. *quaſt.* 31. *num.* 49. & 55. prout in gravioribus cauſis judicatum memini.

Cap. V.

De reſiſtentia, & exemptione è manibus familiæ, juſtitiæ, violatoribus, & effractis carceribus.

Summaria.

1. *Officiali in periculo conſtituto an ſuccurrendum.*
2. *Alteri in periculo conſtituto ſuccurrendum de jure Canonico.*
3. *De Jure Civili plane arbitrarium eſt & in humanitatis officio conſiſtit, & num.* 5.
4. *Alios injuſte offenſos & in periculo conſtitutos impune defendere licet uſque ad internecionem cum moderamine tutela intervenientem.*
5. *Ad alterius defenſionem nemo conſtringitur.*
6. *Quid moribus noſtris.*
7. Menochii *opinio refutatur.*
8. *Invectio in officiales iniquos.*
9. *Multi ad impediendam quam ad protegendam juſtitiam alacriores & quare.*
10. *Si quis ſine vi è manibus familia eluctatus fuerit, an propterea puniatur? Neg.*
11. *Quid ſi de facto, armata manu, & aliorum auxilio, an & quatenus puniatur.*
12. *Officiario injuſte, aut indebite procedenti impune reſiſti poteſt.*
13. *Quæ ſint juſte & debite procedendi requiſita.*
14. *Qui alium e manibus familiæ exemerit an & quatenus teneatur, ſi nulla vi intercedente factum ſit.*
15. *Quid ſi violata manu cum Birroariorum aut Satellitum percuſſione, aut vulneratione.*
16. *Injuſte & indebite captum impune è manibus officialium eripere licet.*
17. *Officiales juſto ac debite procedentes quoſlibet reſiſtentes vi repellere poſſunt, etiam ad internecionem, modo fiat cum moderamine inculpata tutela.*
18. *Carcerum effractores eiſque opem & auxilium præſtantes ut evadant an & qua pœna puniendi.*
19. *Quid moribus obtineat.*
20. *In furibus & aliis humilioribus.*
21. *Innocentes impune dimittuntur.*

Officialem in captura reorum adjuvare, eique adſiſtere nemini privato incumbit, qui hac in parte Satellitum & Birroariorum ope & miniſtro publico utuntur, adeoque officialem reſiſtentiam patientem negligi, contemni, & derelinqui impune permittitur: quia vitæ aut corporis ſui periculo ſeſe immiſcere, ob cauſam licet publicam, nemo adſtringatur, & culpæ annumeretur ſeſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti *l.* 36. *ff. de Reg. Jur. Regula non eſt.* 19. *de Reg. Jur. in* 6. Quamvis humanitatis & pietatis ratio poſtulet alterum alteri in neceſſitate conſtituto ſuccurrere, *arg. l.* 6. *ff. de Appellat.* Et hominem beneficio affici hominis interſit, *l.* 7. *ff. de Serv. exportand.* 1

Unde quæſtio, nunquid ille, qui quum poterit impedire, non impedivit ne alius læderetur, 2
& qua-

& quatenus teneatur. Qui ut teneatur de Jure Canonico, certum eſt, quia non impediendo quum poſſet, videtur participaſſe delictum, ſeu favorem præbuiſſe delinquenti. *cap. dilecto. de Sent. Excommun. in 6.*

3 Quod de Jure Civili idem obtinere videtur, *arg.* Quod, ſi ſervus ſciente domino, & non prohibente alium occidat, ipſe dominus occidiſſe videatur *in l. 2. ff. de Nox. act.* Et is qui præpoſitum ſuum non protexit, quum poſſet, in pari cauſa facinoris habeatur. *l. 6. §. 8. ff. de re militar.* & Servus qui opem ferre domino, quum potuerit, neglexit, capite puniatur *l. 1. §. 27. ff. ad Syllan.* ſed ad Servos & milites illa pertinere, neque ad exemplum trahi poſſe certum eſt. *arg. l. 1. §. 2. ff. de conſtit. princip.* & cum in humanitatis facto conſiſtat, neque alteri bene facere quis compellatur, cujuſque arbitrio relinquendum eſt, utrum aliis in periculo conſtitutis, ſubvenire poſſit, aut dignetur, neque ob id, quod humanitati minus deferat, quam ingenuos decet, aliqua pœna coërceri poſſit.

4 Ad quod tamen delinquendi immunitas eos ſatis ſuperque invitat, quod alios injuſte offenſos & in periculo conſtitutos eorumque aggreſſorea impune defendere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ libere occidere quilibet poſſit, ut omnes fere DD. unanimiter ſtatuunt ad interpretationem *l. 3. ff. de Juſt. & Jure.* Vide Jul. Clar. *§. homicidium. num. 27.* Gomez. *tom. 4. var. reſolut. cap. 3. num. 21.* Boër. *deciſ. 261.* Petr. à Placa *Epitom. delict. lib. 1. cap. 28.* Damhoud. *prax. criminal. cap. 80.* Farinac. *prax. crimin. quæſt. 125. num. 267. & ſeqq.* Idem expreſſe ſtatuit *Conſtit. criminalis Carolina*, *cap. 150.*

5 Ad eam defenſionem tamen neminem de Jure conſtringi poſſe communiter ſtatuunt, *arg. l. 9. §. 1. verſ. Sed licet. ff. Quod met. cauſa. junct. l. 2. l. fin. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Præterea quod pretium vel pecuniam quis recipere poſſit pro liberando alio, ab offenſa à tertio illata. *d. l. 9. §. 1. ff. Quod met. cauſ.* Quod turpiter acciperet ſi ipſo jure eum defendere teneretur. *arg. d. l. fin. ff. de cond. ob. turp. cauſ.* Vide Decium, & Hieron. Cagnol. *ad l. culpa caret.* 50 *ff. de Reg. Jur.* & Din. *ad l. non eſt ſine culpa. 19. De Reg. Jur. in 6.* & poſt eos Jul. Clar. *§. final. quæſt. 87. verſ. Dictum eſt.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. tit. de homicidio, num. 4. poſt. verſ. Ex his.* Petr. à Placa *Epitom. delictor. lib. 1. cap. 22. num. 17.* Damhouder. *prax. criminal. cap. 80. num. 6.* & poſt alios Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 5. quæſt. 51. num. 4. & ſeq.* Qui eam opinionem ut magis communem probat, & ab ea in praxi vix recedi poſſe putat, *ibid. num. 6.*

6 Quod moribus noſtris magis convenit. Quibus plerumque puſillanimiores ſunt homines, quam ut pro aliis vel in extrema neceſſitate conſtitutis aliquo ſe periculo exponant, aut aliquo modo ſuccurrere audeant, ſed ob ruſticum, & nimis ignavum timorem, ſi quid rixarum aut pugnæ obveniat, fores claudunt, & requiſiti fugiunt, aut operam ſuam recuſant, alii, veluti otioſi ſpe-
7 ctatores bacillis ſuis innitentes colluctationis eventum exſpectant. Menochius tamen *arbitr. quæſt. lib. 2. quæſt. 355. num. 5.* contra communes, poſt Covarruv. & Gaudin. affirmat nos ad alios, in diſcrimine vitæ conſtitutos, defendendos præciſe teneri, & cogi, adeo, ut ſi quis eos non defenderit quum potuerit, ſed ab aggreſſoribus interfici paſſus ſit, licet non ordinariam, extraordinariam ad minimum, puta relegationem, carcerationem, vel pecuniariam mulctam incurrere Idem affirmat Carpzov. *prax. criminal. part. 1. quæſt. 32. num. 12.* Quod, licet naturali æquitati, & naturæ legi quam maxime congruat, ut tam proximum noſtrum, quam noſmetipſos adverſus vim illatam defendamus, quum tamen nulla legali pœna ad id conſtringamur, ad conſcientiæ forum illud omnino remittendum ſatius eſt.

8 Officiarios quod attinet, quum ſæpiſſime conſtet, eos ex præſumptione abſque certis indiciis, & irrequiſito judice ad capturam injuſte, aut indebite procedere, quorum nonnullos arrogantes contra omnem rationem atque æquitatem quæque exequi, quaſi ipſis omnia tam jure quam injuria facere aut dicere ſit permiſſum, haud immerito conqueritur Damhouder. *prax. criminal. cap. 15. num. 9.*

9 Vix eſt ut ex vulgo aliquod auxilium quærant, quorum multi tali odio erga juſtitiæ executores affecti ſunt, ut ad juſtitiæ executionem impediendam, quam promovendam alacriores & proniores inveniantur, adeoque Officiarios non ſibi ſatis conſtantes, aut Birroariorum, aut Satellitum ſufficienti copia deſtitutos in periculo relinquant, & auxilii clamore requiſiti, latitent, in quam rem quidem *Ordinatione criminali Anni* 1570. *art. 47.* cautum, ut omnes & ſinguli ſubditorum ſub arbitraria pœna officialibus in exequendo munere adſiſtere & auxilium ferre quum poſſint, teneantur. Ut quorum perſonæ Sacroſanctæ eſſe debeant, ſi juſtitiam ſartam tectamque velimus, quam ſi tollas, ſolem è mundo ſublatum videri conſtat. Verum quoad neceſſariam eorundem defenſio-

Digitized by Google

ſenſionem pœnali judicio perſequendam in uſum introduci vix potuit, adverſus reſiſtentiam tamen iis in exequendo munere ſuo factam, ſeveriſſime animadvertitur.

Et primo ſi quis ſe ipſum ex manibus familiæ eximat, reſiſtendo illi, aut ſe ipſum ne capiatur 10
defendendo, diſtinguendum eſt, utrum ſua induſtria ſine vi, aut facto è manibus familiæ eluctatus fuerit, an vero violenter reſiſtendo evaſerit.

Primo caſu, ſi quis ſe ex manibus familiæ ſine facto, aut armorum violentia exemerit, aut fuga ſibi conſuluerit, vix eſt ut poſtea captus propterea puniatur. Quidam tamen eum arbitrariè puniendum volunt, quia qui in manibus executorum eſt detineri dicitur & qui ſe eorundem detentioni eximit perinde haberi debeat ac ſi è carcere aufugiſſet & ſic ipſi juſtitiæ reſtiterit ſecundum Bald. *ad l. ult. in fin. Cod. de exhib. reis* cujus arbitraria pœna eſt, ſed mitius puniendum volunt, quia non effregit publicos carceres, ita tenet Jul. Clar. *§. fin. quaſt.* 29. *verſ. Quare etiam* ſecutus Boſſ. *prax. crim. tit. de captura num.* 19. 20. quos etiam ſequi videtur Farinac. *tom.* 1. *quaſt.* 32. *num.* 26.

Quibus non aſſentior, neque ex ipſo Boſſio & exemplo Senatus Cremonenſis ab eo adducto probari poteſt, ut quod in eo fundatum ſcribit, quod fugiens etiam evaginaverat enſem, atque ita non ſolum in omittendo, aut non parendo, ſed etiam in facto reſiſtentia conſtiterit, ſecundum quam ultimam conſiderationem à Senatu in pœnam pecuniariam condemnatum refert. Neque movet Jodoc. Damhouderi exemplum *prax. crim. cap.* 15. *num.* 19. à Farinac. *dict. quaſt.* 24. adductum, loquens de eo qui quidem ſine armis, violenter tamen ſinum aut gulam conſtringendo ſimilem violentiam inferendo executori in actu capturæ reſiſtentiam fecerit. Neque ulla ratione aut lege adducor, eum qui ſe è familiæ manibus ſine violentia aliqua exemerit, aliqua pœna dignum eſſe, quum omnibus licitum, & ignoſcendum ſit, ſanguinem ſuum quolibet modo redimere *l.* 1. *ff. de his qui mortem ſibi conſciv. & ibi DD.* in multis quidem mundi regionibus adeo timetur juſtitia, ut ſolus lictor quandoque homines cujuſvis ordinis ac qualitatis ad carceres ſolo baculi ſigno deducat, ut recte notat Boſſ. *d. tit. de captura. num.* 19. Sed hoc ex ipſa conſcientiæ conteſtatione & gratiæ divinæ conſolatione procedit, ut ſeſe ultro debitas luituri pœnas juſtitiæ dedant, quod neo perpetuum, nec ad exemplum trahendum eſt, quum impune quilibet publicæ juſtitiæ, ut vocant manus abſque vi illata effugere & evadere poſſit.

Si vero quis violenta manu & cum armis, aut convocatione populi ad auxilium ſuum, aut 11
acclamatione ad arma, ad arma, ad tumultum excitandum, aut ſimili modo è familiæ manu ſe exemerit, graviori pœna plectendus eſt, pro facti tamen circumſtantiis, & perſonarum qualitate arbitraria, quæ ſi multum aggravent, veluti ſi capiendus, aliquos ex familia vi & armis reſiſtens, ſciens & videns eos eſſe juſtitiæ miniſtros vulneraverit, etiam ad mortem extendi poteſt. Vide Boër. *deciſ.* 170. Jul. Clar. *§. final. quaſt.* 29. *verſ. Quare etiam.* Boſſ. *d. tit. de captura. num.* 20. Farinac. *dict. quaſt.* 32. *num.* 27. *& ſeqq.* Damhoud. *prax. criminal. cap.* 15. *num.* 29.

Niſi injuſte aut indebite aliquem capere voluerint, quo caſu quilibet reſiſtere poteſt ne capia- 12
tur, neque is reſiſtere ſed defendere dicitur, *l.* 5. *Cod. de jure fiſci & l.* 5. *Cod. de Executorib. & exact.* etiamſi ad arma & vulnera devenerit, aut conjunctos, & amicos ad id convocaverit, aut conclamatione ad ſuccurrendum uſus fuerit. *arg. l.* 4. *§.* 6. *ff. de vi bon. raptor.* ſed & ſi ſtipendiarios in auxilium ſuum conduxerit, quum non tantum ſe ipſum hoc modo adverſus injuriam illatam defendere ſed & quilibet privatus tertium injuſte oppreſſum defendere poteſt. per ea quæ late tradit Farinacius *d. quaſt.* 32. *num.* 29. *& ſeq.* Vide Boër. *deciſ.* 170. *num.* 1. 2. Pariſ. de Puteo *de Syndicatu. verſ. Reſiſtentia. cap.* 1. Seraphin. à Seraphin. *de privileg. juramentor. privileg.* 123. *num.* 43. Idem Farinac. *d. loco num.* 66.

Cod. De Executorib. & Exactoribus.

Injuſte autem & indebite ad capturam proceditur, non tantum ſi ſine juſta cauſa, ſed & ſi ſine 13
judicis mandato, aut licentia, & præterea Satellites inſignia ſua oſtendant, quæ eo loci executores, & miniſtri juſtitiæ portare ſoliti ſunt. Si quando enim contingat quod officiarii vadant ad aliquem capiendum ſine judicis ordine ac mandato in ſcriptis exhibito, non tantum licitum eſt ipſi capiendo iis reſiſtere ne capiatur, ſed etiam quilibet tertius ipſum captum è manibus familiæ eripere poteſt. *per l.* 5. *Cod. de jure fiſci.* & ibi Bart. & DD. *junct. l.* 7. *Cod. de Execut. & Exactor.* & ibi Lucas de Penna & DD. Et ſi non gerant ſolita inſignia illis reſiſtendo capiendus poteſt ſe excuſando dicere, quod ignoraverit, eos fuiſſe tales, ſed crediderit eſſe inimicos. *arg. l.* 15. *§.* 15. *ff. de injur. junct. l.* 50. *ff. locati* Bart. ad *d. l.* 5. *Cod. de jure fiſci.* Vide Jul. Clar. *§. fin. quaſt.* 28. *verſ. dictum eſt & d. quaſt.* 29. *in fin. princip. verb. item debent.* Boſſ. *tit. de captura. num.* 93. Boër. *dict. deciſ.* 170. *num.* 2. Farinac. *d. quaſt.* 32. *num.* 31. *&* 37.

Hacte-

14 Hactenus de eo qui ſe ipſum, nunc de eo qui alium è manibus familiæ exemerit: Qui licet nulla vi adhibita id fecerit, præter univerſi debiti ſolutionem, & omne id quod intereſt, in arbitrariam incidit pœnam. Qui enim aliquem ex judicio eximit, injuriam facit judici, illius juriſdictionem turbat, & criminaliter punitur. *l. 5. Cod. de juriſdictione. l. 1. §. 1. ff. Si quis jus dicenti non obtemp. l. 3. Cod. de Exactor. tributor.* & ibi DD. Quod quibus modis fiat ut pœnæ conſtitutæ locus ſit docet *l. 4. ff. Ne quis eum qui in jus vocat.* Vide Jul. Clar. *pract. crimin. quæſt. 68. verſ. Eximens.* Guidon. Pap. *deciſ. 579.* Boſſ. *tit. de captura. num. 7. 15. & 17.* Farinac. *prax. crimin. quæſt. 30. num. 112. & quæſt. 32. num. 7. & ſeqq.* D. II. VIII. *Ne quis eum qui in jus vocabitur vi eximat.*

15 Si vero vis aliqua intercedat, veluti ſi armata manu quis alium è familiæ manibus exemerit, cum Birroariorum ac Satellitum percuſſione, vulneratione, judex arbitrium ſuum in graviorem pœnam extendere poteſt, quia gravius delinquit, propter vim illatam, quod etiam ad mortem extendi poſſe conſtat *arg. l. fin. Cod. de Maleſic. & Mathem. junct. l. 4. ff. ad leg. Jul. Majeſt.* quem textum, licet tantum de exemptione e carcere loquatur, etiam ad eximentem è familiæ manibus extendi volunt DD. quia, quum capti in familiæ manibus ſunt, dicuntur eſſe in vinculis & in cuſtodia. *l. 1. junct. l. 13. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum.* Vide Bart. *ad d. l. 4. num. 5.* Luc. de Penna *ad d. l. 3. Cod. de exact. tribut.* Hieron. Cagnol. *ad d. l. 1. §. 1. ff. Si quis jus dicenti.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 68. verſ. Eximens.* Boſſ. *tit. de captura. num. 6.* Guidon. Pap. *d. deciſ. 579.* & ibi Ranchin. *in addit.* Boër. *deciſ. 170.* Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. tit. Des juſtices. Rubric. 1. num. 68.* Petr. à Placa *Epitom. delict. lib. 1. cap. 38. num. 7.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 32. num. 1. & ſeqq.* Et hos eadem apud nos pœna, quam ipſi è familiæ manibus exempti ſuſtinuiſſent aliave arbitraria plectendos eſſe Ordinat. criminali Philippi II. *Anni* 1570. *art. 48.* cautum eſt his verbis:

Ende dangaande die gene die tegens der Juſtitie ſabotiſeren ſullen by feyte / gewelt of anderſints om te beletten / dat die delinquanten ende miſdadigen niet gevangen en werden / off poogen die gevangenen te verloſſen / de ſelve ſullen met gelijke peyne gepunieert werden als de delinquanten ende miſdadigen verdient ſouden hebben / ende anderſints arbitralijken geſtraft.

16 Quod etiam reſtringendum eſt ad caſum quo quis juſte ac debite prehendatur. Quia ſi quis eum qui injuſte aut indebite captus eſt, è manibus officialium exemerit, nulla pœna tenetur, & talis ereptio licita eſt & pro defenſione habetur per *l. 1. §. 2. ff. Ne quis eum, qui in jus vocat. l. 5. Cod. de Jure fiſci.* ubi Lucas de Penna *num. 12. 13. & DD. cap. deinde. diſtinct. 26. cap. fortitudo, & cap. fin. quæſt. 3.* Vide Hippolyt. de Marſil. *prax. criminal. §. Attingam. num. 41.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 29. verſ. Sed quid ſi ille.* Boſſ. *tit. de captura, num. 7. & tit. de carcere num. 15.* Menoch. *de Arbitr. jud. caſ. 112.* Petr. à Placa *Epitom. delictor. lib. 1. cap. 28. num. 7. in fin.* Farinac. *d. quæſt. 32. num. 66.*

17 Si vero Officiales juſte & debite procedentes aliquam reſiſtentiam patiantur, ſive quod ipſe capiendus reſiſtat, nec ſe capi permittat, ſive alii violenta manu ei in auxilium venerint quo minus capiatur, eoſdem reſiſtentes vulnerando perſequi & facti via delinquentem alioſve ejuſdem adjutores prehenſos ad internecionem uſque impune retinere & reſiſtere poſſunt. *arg. l. 4. Cod. de his qui ad Eccleſ. confug. junct. l. 29. §. 7. ff. ad leg. Aquil. & l. fin. Cod. Quando liceat ſine judice ſe vindic. l. 2. & l. 3. Cod. ad l. Corn. de Sicar.* & ibi DD. Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 29. in princ.* Ægid. Boſſ. *prax. criminal. tit. de captura. num. 12.* Par. de Puteo *de Syndicatu, in verb. Reſiſtentia. cap. 1. verſ. An ſi judex. num. 3. verſ. Tamen quilibet in fin. & verſ. Et addo. num. 4.* Anton. Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 9. num. 6.* Petr. à Placa *Epitom. delictor. lib. 1. cap. 38. num. 6.* Grammat. *deciſ. 41.* & Boër. *deciſ. quæſt. 170. num. 5. in fin.* modo id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, & reſiſtentia ſit magna, neque aliter quam vulnerando, aut occidendo delinquentem capere, aut retinere potuerint, alioquin ſi vulnerando aut occidendo modum exceſſerint, pro quantitate & qualitate exceſſus veniunt puniendi, ut ſi in mandatis habeant delinquentem maleficum ita apprehenſione urgere, ut aut vivum, aut enecatum tandem caperent, aut aliquod præmium propter enorme delictum perſonæ ſuæ perſecutori ſit impoſitum, tamque violenta ejus fiat reſiſtentia, ut concertatio ſit periculoſa, & victoria dubia. Quo caſu prehenſum quo quomodo retinere, & reſiſtentem repellere impune licet, ſi vero neque armata manu, ſed pugnis, alliove modo reſiſtentia fiat, non utique cum armis, ſed pugnis pariter reſiſtentiam repellant Officiales, uti poſt Boſſ. Boër. Grammat. Alexandr. & Imolam notat & reſtringit Farinac. *d. quæſt. 32. num. 42. & num. 40. 48. & num. 57.* Quibus adde Damhoud. *prax. crim. cap. 15. num. 28.* & Jul. Clar. *§. fin quæſt. 29. num. 1. verb. Debent etiam Satellites.*

D. XLVII. XVIII. *De Effractoribus & Expilatoribus.*

18 Quod de eximente aliquem è manibus familiæ perſequentis, idem de effractis carceribus dicendum eſt, ut ſi quis effractis carceribus aufugerit, aut ut quis è carcere effugiat opem aut auxilium præſtiterit, tanquam juſtitiæ reſiſtens ſit puniendus. Sed qua pœna, inter DD. non convenit. Quos vide ad hujus materiæ ſedem in *l. 1. ff. de effractor. & l. 13. ff. Cuſtod. reor.* Quorum alii pœnam capitalem ſtatuunt ex *l. 1. ff. de Effractoribus.* Alii pro confeſſis haberi, & eos qui opem & auxilium præſtiterint, eadem pœna qua delinquentes tenerentur, puniendos, alii mitiori pœna arbitrarie plectendos volunt.

19 Quæ poſterior opinio moribus magis convenit, quibus nemo qui quoquam modo carcerea evaſit, propterea, ſi aliter de crimine non conſtet, ut criminis auctor tanquam per fugam confeſſus, condemnari ſolet; ſed ex ipſo delicto propter quod prehenſus erat dijudicatur, & convictus ordinaria ejuſdem criminis pœna condemnatur, quæ carceris effractione nonnihil aggravari ſolet. In furibus & aliis humilioribus diſſolutæ vitæ hominibus effractorum carcerum pœna ut 20 plurimum eſt, ut arctius torqueantur, aut funiculorum, aut fuſtium ictibus emendentur.

21 Si autem carcerum effractor innocens reperiatur, neque ſatis cauſæ ſit propter quam condemnari poſſit, impune dimittitur, & ignoſcitur ei quod hoc modo ſanguinem ſuum redimere voluerit *arg. l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent. mortem ſibi conſciv.* Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 21. num. 25.* Boër. *deciſ. 215. num. 20.* Imbert. *prax. crimin. lib. 3. cap. 3. num. 9.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 30. num. 11. 12.* Argentr. *ad conſuetud. Britann. art. 42. in fin.* Vide Conſuetud. Ultraject. *Rubr. 35. art. 2. 3.*

CAP. VI.

De Citationibus tam Præſentium, quam Abſentium reorum; ubi de Comparitione & Contumacia rei, & quatenus abſentes condemnare aut defendere liceat.

SUMMARIA.

1. *Fuga & Abſentia delicti perpetrati indicium facit, & ſufficit ad citationem in perſonam.*
2. *Citatio in perſonam non niſi conſulto judice, & ex præcedenti informatione decernenda.*
3. *Quomodo intentanda in minoribus delictis.*
4. *In gravioribus, per publicas proclamationes.*
5. *Publica citationis ſolennia & requiſita quæ ſint.*
6. *Quomodo informandum adverſus eum qui ſuſpectus eſt de delicto occulte commiſſo.*
7. *Terminus peremptorius quis ſit, & edictum unum pro omnibus quomodo interponatur, an una vice interponi, an vero toties repeti debeat, varie diſceptatur, & quid moribus.*
8. *Edictalis citationis praxis, & formula.*
9. *Utriuſque & perſonalis & edictalis citationis formula ſolennis.*
10. *Edictalis citationis copia reo tranſmittenda.*
11. *Citatus ipſe comparere tenetur, neque per procuratorem ſe defendere permittitur, niſi præſens ſit, niſi ad hoc ut abſentiæ cauſam alleget.*
12. *Bonorum annotatio an & quando locum habeat.*
13. *Contumacia quando committatur, quomodo decernenda, & quis ſit ejus effectus.*
14. *An quis ex ſola abſentia condemnari poſſit. Neg.*
15. *Sententia ex contumaciis abſentis prolata interlocutoria eſt & reparabilis.*
16. *An & quatenus abſentis, & non comparentis cauſa pro innocentia ſua deferri poſſit.*

FUga & abſentia delinquentium reorum facit indicium, ut in perſonam eorum inquiratur, & 1 reus abſens edictali citatione evocetur. Quamvis enim ſola fuga & abſentia neminem delicti reum faciat, (poteſt enim quis metu potentiæ adverſarii fuga & abſentia adverſus inconſultum quorundam Balivorum impetum ſibi conſulere & pro tempore latitare. *arg. l. 1. §. 3. ff. de eo per quem factum, quo minus quis in judicio ſiſtat*) affert tamen indicium & præſumptionem adverſus eum, ut in perſonam citari poſſit, & propter contumaciam non comparentis, incarceratio & miſſio in poſſeſſionem bonorum ſuorum decerni poſſit. per text. *l. 1. Cod. de Requirend. reis vel abſentibus damnandis. junct. Novell. 53. cap. 4. §. 1.*

D. XLVIII. XVII. Cod. IX. XL. *De Requirend. reis vel abſentibus damnand.*

2 Quæ tamen citatio inconſulto judice facienda non eſt, ſed ex præcedenti informatione decer-

cernenda, quia infamat, & gravat eum, qui citatur, legitima facti ſuſpicione. *Cur. Holland. Inſtruct. art. 19. arg. l. ult. Cod. de exhibn. & tranſmitt. reis.* Ut latius ſupra *cap. 4. num. 6. & ſeqq.*

Quæ iterum duplici modo inſtituitur, aut ſimplici perſonali citatione aut publica proclamatione ſive proſcriptione intercedente.

3 Simplici Perſonali citatione utimur in minoribus delictis adverſus eum qui fixum ſub ejuſdem judicis juriſdictione tenet domicilium, ad perſonam, vel domum ejus facienda. Qui ſi prima vice non compareat, pro contumaciæ pœna apprehenſio decernitur. *arg. l. 4. ff. de damno infecto.* cujus vi ſecunda vice vocatur, & ſicubi reperiri poſſit in carcerem deducitur, ſi nec ſecundo termino compareat, tertio vocatur, ſub pœna non confeſſi, ut quidam volunt, abſens enim condemnari non debet *l. 5. ff. de pœnis.* de quo latius infra, ſed ſub pœna, ut ſive comparuerit, ſive non, Balivus ad inferendum & verificandum intendit (ut vocant) ſuum admittatur, & ſecundum ea quæ produxerit, prout judici videbitur, pronuncietur, cui, ut innocentiæ reorum omnino conſulatur, quandoque quartus conceditur terminus, ex ſuperabundanti, ut vocant.

4 In gravioribus delictis, ſive delinquens in ipſa judicis juriſdictione domicilium ſuum habeat, & ibidem vel alibi deliquerit, vel alibi degens, ibidem deliquerit, per præventionem edicto ſive proclamatione publica citari ſolet. Cujus exemplar judicii valvis affigitur, & ejus Copia ad domum delinquentis ut innoteſcat, exponitur. Quod niſi fiat, comparere non tenetur, per ea quæ ubique in praxi recepta eſſe teſtantur Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 31. num. 18.* & poſt eum Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 1. quæſt. 11. num. 39.* Cui in Rhenolandia pro inveterata conſuetudine accedit, quod ejuſdem publicatione facta duobus aut tribus circumjacentibus pagis, ejuſdem citationis exemplar Sacrarum ædium valvis affigatur, *Rhenoland. Conſuetud. art. 4.* Quod & in Saxonia moris eſſe probat Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 110. num. 47.*

5 Solennia hujus citationis ſunt I. ut contineat delinquentis accuſationem addito tenore perpetrati delicti cum omnibus circumſtantiis, facti, loci, & temporis, juxta formam inquiſitionis. Quod quamvis de jure nullibi certo ſtatutum velint quidam; inter quos Anton. Matth. *de criminibus lib. 48. ff. tit. 20. cap. 1. num. 24.* poſt Farinac. & alios citatos, *tom. 1. tit. 1. quæſt. 11. num. 40.* probari tamen ſatis videtur *arg. l. 3. ff. de Accuſat. & inſcript.* Neque ratione deſtituitur. Quod ſcilicet terminus citationi adjectus citato ſit pro deliberandi termino, qui uti in civilibus *l. 1. Cod. de dilat.* ita nec in criminalibus denegari debet, & die ſerviente peti ſummarius procedendi modus non permittat: Alias rationes adferunt Menoch. *de arbitrar. jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 53. num. 23.* Tiraquell. *de pœn. leg. temperand. in præfat. num. 54.* Boſſ. *prax. criminal. tit. Quomodo procedatur per præcepta. num. 1. 4.* Accedit quod in praxi hic procedendi modus utrobique ſit receptus, per ea quæ tradunt Jul. Clar. *lib. 5. §. final. quæſt. 31. verſ. Quæro nunquid. & ibi not.* & poſt eum Farinac. *prax. criminal. tom. 1. tit. 1. quæſt. 11. num. 40. & quæſt. 1. num. 11.* Hippolyt. de Marſil. *ſing. 8.* Marant. *prax. tit. Recte concipiatur citatio. part. 6. num. 69.* Andr. Gail *de pace public. lib. 2. cap. 7. num. 3. & ſeq.*

Dicitur *loci & temporis*] Is eſt anni, menſis, diei, & horæ, ſi & quatenus de iis conſtiterit. Ut reus ſi poſſit negativam ſuam opponat, qua eo tempore ſe alibi fuiſſe probet *per l. 14. Cod. de contrah. & committ. Stipulat.* prout in praxi obtinere refert Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. final. quæſt. 12. num. 13. & ibi not.*

6 Sed quid ſi delictum occulte fuerit commiſſum, ut plerumque contingit, neque teſtes haberi poſſint, qui de veritate delicti aut perſonæ delinquentis certo deponant, attamen quis magna ſuſpicione de ipſo crimine gravetur, puta, quod præſens fuerit quam proxime, quum delictum perpetraretur, & fuga ſe ſubducat aut latitet, aut alia ex cauſa adverſus ipſum ſtet præſumptio, ſi ibidem domicilium habeat, ſimplici perſonali; ſi alibi degat, eadem edictali citatione vocandus eſt, ſed die ſerviente non peremptorie, verum interjecto præjudiciali interlocutione ad informandum proceditur, ut quod ad interrogationum articulos ſibi propoſitos reſpondere teneatur per verbum credit vel non, nobis, **om te hooren op articulen**/ prout etiam in praxi receptum teſtatur Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. final. quæſt. 31. in addit. num. 13. & quæſt. 6. num. 11. & quæſt. 27. num. in pr.* Quod quomodo contigat, & quid inibi notandum, quum hæc materia incidat in praxin, qua etiam exſtantibus certis indiciis, & probationibus adverſus reum extraordinarie ex ipſius confeſſione proceditur, latius infra ſuo loco tractabimus.

7 Alterum criminalis citationis requiſitum eſt ut contineat terminum peremptorium quo reus comparere teneatur, eo ordine, ut per trinam edicti ſive citationis renovationem ad intervallum

quibuſdam octo, ſed ut plurimum quatuordecim dierum, primo, ſecundo, aut tertio comparere moneatur, ſub pœna ut ſive veniat, ſive non, judex etiam abſente parte ſit cogniturus, & pronunciaturus *arg. l. 68. & ſeq. ff. de judiciis.* Quod vocatur mandatum unum pro omnibus, non quod ſemel tantum ſit evocandum, ut quidam volunt *arg. l. 72. ff. eod.* ſed quod elapſo tertio termino, unicum tantum contumaciæ decretum pro omnibus interponatur, quod alias ſingulis vicibus eſſet interponendum.

Hinc quæſtio illa, utrum citatio unica pro omnibus ſufficiat, qua reus primo, ſecundo, aut tertio comparere monetur, utrum vero elapſo unoquoque termino ſit repetenda? Quocirca, quemadmodum apud alios, ita apud nos mores variant. Trinam citationis repetitionem in praxi receptam eſſe teſtantur Maſuerius *prax. aur. tit. de dilationib. num. 25.* & *tit. de contumacia num. 12.* Boër *deciſ. Burdigal. 63. num. 8.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de banni nullitate, in fin. princip.* Farinac. *tom. 1. tit. quæſt. 11. num. 38.* E contra unicam pro omnibus ſufficere & hoc pleriſque locis receptum eſſe teſtatur Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 31. num. 21.* Quod & in foro Saxonico obtinet teſte Carpzov. *prax. criminal. quæſt. 140. num. 63.* Johann. Zanger. *de Exception. part. 2. cap. 6. num. 9.* Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1, cap. 2. num. 18.* & *deciſ. aur. part. 1. deciſ. 108. num. 2.*

Ubi poſt contumaciæ pœnam, tertio termino decretam, contumaci quartus terminus adſignatur, ad purgandam contumaciam, & probandum legitima impedimenta, quod in tertio judicio non comparuerit, quod & moribus noſtris, quibuſdam locis conſuetudine introductum eſt. Quibus ſinguli termini ſimul, & ſemel, unica publicatione proponuntur, & reus monetur, ut aut primo, ſecundo, aut tertio termino compareat, cui tum quartus ex ſuperabundanti additur, quo reus iterum citatur, & edictum renovari ſolet. *arg. l. 72. ff. de Judic.*

Hoc quidem in jus dicentis arbitrio poſitum erat, utrum edictum peremptorium poſt unum, vel alterum, vel tertium, aut uno eodemque pro omnibus interponat, ut pro conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporis edictorum ordinem vel compendium moderet per *d. l. 72. ff. de Judic.* Quod ut ut in civilibus cauſis obtineat, utrum tamen ad crimina & delictorum cauſas extendatur? Alii affirmant, inter quos Julius Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 31. num. 22.* ubi ad hanc quæſtionem diſtinguendo reſpondit; ad peremptoriam citationem etiam in criminalibus unicam pro omnibus ſufficere ſecundum *d. l. 72. ff. de Judic.* ad ipſam vero condemnationem, inſuper requiri, ut reus denuo peremptorie citetur, ut adhuc ante ſententiam abſententiæ contumaciam purget, aut ſe condemnari patiatur, ut procedat textus in *l. abſentem. 5. ff. de pœnis.* in verb. *neque denunciationibus, neque edictis Præſidum obtemperaſſent*, & in verbis, *Si ſæpius admoniti.* In quo fundatus videtur quartus terminus ex ſuperabundanti interponendus, in praxi uſitatus. Alii negant ut videre eſt ex iis quæ pro negativo allegat Farinacius *d. quæſt. 11. num. 38.* ubi de Galliæ & aliorum moribus trinam citationem, quarta ex ſuperabundanti addita, uſu receptam probat. Quod & rationi magis conſentaneum, eo quod & in civilibus cauſis in tantum à Jure civili ſit receſſum, ut nunquam niſi poſt tertiam citationis inſinuationem, peremptorie pronuncietur, dico peremptorie, quia in præjudicialibus nonnunquam poſt primam aut ſecundam citationem pronunciatur. Ut latius ſupra *lib. 1. cap. 25.*

Quare cum eodem Farinacio concludendum putem, hac in parte quidem loci conſuetudinem ſervandam, ubi vero certa conſuetudo deficit, jus commune ſervari debere, ut ſcilicet trina citationis repetitio, cum quarta ex ſuperabundanti interponatur. Quod cum Curiæ Hollandiæ praxi conveniri teſtatur W. van Alphen in formulis & concluſionibus in cauſa criminali *Papegay pag: mihi 565.*

Hinc quum nuperrime ſuper eodem procedendi modo diſceptaretur, pro trina citationis repetitione pronunciatum fuit, cui etiam quarta ex ſuperabundanti ſubſequeretur, ad hoc ut reus contumaciam ſuam purget, aut ſententiam in rem judicatam tranſire patiatur, quibus ſingulis terminis ſolenne contumaciæ decretum interponatur. Facit textus *placiti Philippi II, circa procedendi modum in cauſis criminalib. Anni 1570. art. 53.* in verbis:

Ende ſoo verre de ſelve niet vindelijk en is / ſal inſgelijks geproclameert ende ingeroepen werden by openbare edicte by drie dilayen / ofte uytſtellen / elks van veertien dagen / daar aff het leſte dilay peremptoir weſen ſal.

Si vero delinquens reperiri non poſſit, itidem edicto publico evocetur per tres dilationis terminos ad intervallum quatuordecim dierum protrahendos, quorum ultimum erit peremtorium.

Junct. *art. ſeqq.* his verbis:

Dat gedurende de voorſeyde appellatien d'executeur van dien / ſal t'elker reyſe als hy ſijn dagingе

Ut pendentibus dilationum terminis Apparitor ſingulis proclamationum vicibus ſolenni publicationis loco

Digitized by Google

doen ſal / ſtellen ende affigeren ter plaatſe daar hy ſyne proclamatie doet een geſchrift inhoudende / hoe menigte default tegens den abſent gegeven ſal ſyn.

loco affigat edicti exemplar inter cætera continens quotuplex contumaciæ decretum adverſus abſentem fuerit interpoſitum.

Rhenolandiæ tamen conſuetudine invaluit, ut quidem ſingulis terminis edictalis evocatio renovetur, nullo tamen interim contumaciæ decreto interpoſito, quod tertio demum termino elapſo unum pro omnibus decernitur, addito tum quarto termino ex ſuperabundanti interpoſito, quo dictum decretum per definitivam ſententiam homologari & probari videat, niſi cauſam. vide *Rhenoland. conſuetud. art. 4. & 6. & quæ ibid. notat.*

Quibus concordant *Conſuetudin. Ultraject. Rubric. 6. art. 2. 3. 4.* his verbis:

Indien den Schout den delinquant niet bekomen en konde / ſal die metter klokke doen roepen om hem in perſoon te komen verantwoorden / op 't gene den Schout hem op leggen / ofte aanſeggen wil / indien den delinquant niet en komt / ſal nog twee reyſen met de klokke geroepen werden van veertien dagen tot veertien dagen / ende indien hy als dan nog niet en komt / ſal onſen Schout toegelaten werden ſyn intendit over te leggen met de verificatien daar toe dienende / ende ſal den delinquant vierdemaal geroepen werden om het ſelve te ſien doen ende ſententie te hooren.

Si Officiarius delinquentem prehendere non potuerit, cum campanæ ſonitu invocabit, ut præſens ſe ſiſtat, reſponſurus iis quæ ab eodem Officiario adverſus eum inferentur. Qui ſi non comparuerit, duobus aliis terminis ad intervallum quatuordecim dierum, per campanæ ſonitum evocabitur, qui ſi nec interim comparuerit. Officiarius admittetur intendit ſuum cum verificationibus eo pertinentibus judici exponere, addito quarto termino quo delinquens denuo citatus compareat, ut ſententiam ferri audiat, niſi cauſam.

Quo pertinent *Tetrarchiæ Ruremondanæ jura Gelrica*, quæ per totam fere Gelriam inveterata conſuetudine ſervantur *part. 6. tit. 4. art. 14. 15. 16.* his verbis:

Als eenig miſdaad tot kennis is gekomen / ende die miſdaders bie decreet van 't gerigte geſogt ſynde niet en werden gevonden / word den miſdadiger bie openbare uytroepinge ende plekkinge van biljetten ter gewoonlijker plaatſe gedaagt om hem in perſoon te komen verdedigen op 't gene den Heer hem wild opleggen / indien hy niet en komt / word hie nog tot twee reyſen van veertien dagen tot veertien dagen / wie voirs / gedaagt / ende komt hy als dan nog niet / word den Heere toegelaten die feyten van belaſtinge die geſchrifte over te leggen / mit den beſcheid ende bewys daar toe dienende / ende word daar op den miſdadiger voir die vierde reyſe geroepen / om 't ſelve te ſien doen / ende ſyn vonnis te hooren wyſen.

Si quod delictum innotuerit, & delinquentes judicis decreto inquiſiti non comparuerint, delinquens edictali citatione, & proclamationibus ſolitis locis affixis evocabitur, accuſationibus ei illatis reſponſurus. Qui ſi nec die ſerviente compareat, alternis duobus terminis ad intervallum quatuordecim dierum prædicto modo invocabitur, quibus ſervientibus ſi necdum comparuerit, Officiario permittetur ipſas criminationes adjunctis verificationibus appertinentibus producere, addito quarto termino, quo delinquens ea produci, & ſuper iis ſententiam ferri videat & patiatur, niſi cauſam.

8 Vide porro hujus edicti praxin apud Matant. *prax. aur. part. 6. de citat. num. 82. & ſeqq.* Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 5.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de citation.* Merul. *prax. civil. lib. 4. tit 24. cap. 3. num. 3. & 9.* Et hujus citationis formulam proponunt & declarant Jul. Clar. *§. final. quæſt. 31. num. 8.* Farinac. *d. quæſt. 11. num. 44.* Quæ per omnia fere conveniunt cum praxi noſtra. Niſi quod eorum formula certam pœnæ concluſionem contineat, quæ moribus noſtris in ipſa citatione exprimi non ſolet, ſed die demum ſerviente proponi, cujus loco monitorium tantum ipſi citationi inſeritur, ut dicto termino compareat reſponſurus adverſus concluſionem quam fiſcus ſive Balivus ex cauſa prædictorum delictorum adverſus eum die ſerviente inferre ac proponere voluerit, cujus clauſulæ eam vim atque efficaciam eſſe, ut reus die ſerviente dilationem amplius deliberandi petere non poſſit, notavi ſupra *lib. 1. cap. 23.* Quibus adde Notata ad *Rhenolandiæ Conſuetud. art. 4.*

9 Sequitur formula utriuſque citationis apud nos uſitata.

Dagvaarding in perſoon.

H. B. Hooft-officier der Stede L. doet by deſen inroepen ende verdagen den perſoon van J. J. am op Dingsdag toekomende den etc. ofte by continuatie den eerſten criminelen Regt-dag daar aan volgende des morgens ten negen uyren / voor Schepenen deſer Stede / in de criminele Vierſchaar in perſoon te compareren / om te aanhooren / ende hem te komen verantwoorden jegens ſodanigen eys ende

Citatio in perſonam.

H. B. Oppidi L. Officialis Anteceſſor hiſce præſentibus invocari facit J. J. ut proximo Martis die qui erit &c. aut per continuationem proximo Juridico die criminali ante meridiem hora nona coram hujus Oppidi Scabinis ipſe præſens ſe ſiſtat, reſponſurus cauſæ & accuſationi, quam dictus Officialis adverſus eum

concluſie / mitſgaders verſouk van perſonele incarceratie als den ſelven Heer Officier ten dage dienende t'ſijnen laſten ſal willen doen ende nemen. Ter oorſaake hy gedaagde / etc. met inthimatie het ſy hy innegedaagde campareert afte niet / dat gemelte Heeren voortvaren ende regt wijſen ſullen ſoo als ſy verſtaan ſullen te behooren.

die ſerviente proponere inſtituet, propterea quod dictus incuſatus reus &c. *fiat narratio facti*, hac intimatione interpoſita, ut ſive idem incuſatus compareat, ſive non, nihilominus Scabini judices, prout iis videbitur ad definitivam procedent ſententiam.

Edictale citatie.

H. B. Hooft officier der Stede L. doet by openbare klokke-geſlag inroepen ende verdagen J. J. woonende tot etc. als nu voorvlugtig / ten eynde hy op pene van ban ende confiſcatie ſijner goederen op Dingſdag toekomende den 26. Januarii / ende by continuatie op den 9. Februarii off uiterlijken op den 23. daar aan volgende / 's morgens ten negen uyren in de criminele Vierſchaar voor Schepenen der ſelver Stede in perſoon ſal hebben te compareren / om te aanhooren / ende te verantwoorden jegens ſoodanigen criminelen eyſ ende concluſie / mitſgaders verſouk van proviſionele incarceratie als den ſelven Officier jegens hem ingedaagden ſal willen doen ende nemen / ter oorſake hy etc. met inthimatie / het ſy hy ingedaagde campareert off niet / dat Schepenen egter voortvaren ende regt doen ſullen / ſoo als ſy naar de ſwaarwigtigheyt van het voorſz delict verſtaan ende oordeelen ſullen te behooren. Actum den etc.

Ende ſy kennelijk dat dit is het eerſte gebod. (het tweede off het derde.)

Van het een tot het ander / tot het laatſte toe.

Edictalis citatio.

H. B. Oppidi L. Officialis Anteceſſor per campanæ ſonitum invocari facit J. J. habitantem &c. jam vero fuga ſibi conſulentem, ut ſub pœna banni & confiſcationis bonorum proximo Martis 26. Januarii, & per continuationem 9. Februarii & ad extremum 23. ſubſequenti die, hora nona matutina in criminali judicio præſens compareat reſponſurus accuſationi, quam dictus Officialis adverſus eum proponere inſtituet, ex cauſa quod prædictus J. J. criminis reus &c. *fiat narratio facti*, ſub intimatione, ut ſive compareat, ſive non, nihilominus ad definitivam ſententiam proceſſum iri ſciat, prout juſtum & æquum videbitur.

Hocce primum (ſecundum aut tertium) eſſe proclama innoteſcat.

Atque ita de termino ad terminum.

Quæ quidem citatio omnes ſimul comprehendit terminos, inſtar edicti, quod unum pro omnibus decernitur, prout in quibuſdam locis apud nos uſitatum, quibus quidem ſingulis terminis reiterato programmate, valvis affixo, citatio quaſi renovatur, ſed tertio demum termino peremptorium contumaciæ edictum unum pro omnibus decernitur., conceſſo quarto, ex ſuperabundanti, ita coram Academiæ Lugduno-Batavæ Senatu invaluit, quod & in judicio Scabinali ejuſdem Civitatis antiquitus obtinebat, ante annos vero aliquot adhibito concilio mutatum. Ubi ad exemplum Hollandiæ Curiæ, (cujus praxin vide in formulis *Papegay pag. mihi* 565.) ſingulis terminis novum contumaciæ interponitur decretum, renovato iterum citationis edicto.

Vierde citatie, ex ſuperabundanti.

H. B. Hooft-officier der Stad L. doet by openbare klok-geſlag ten vierdemaal ex ſuperabundanti inroepen ende verdagen J. J. wonende etc. als nog voorvlugtig ende latiterende / ten eynde hy op peyne van ban ende confiſcatie ſijner goederen / op Dingſdag den negenden Martii des morgens ten negen uyren als nog in perſoon ſal hebben te compareren in de criminele Vierſchaar voor Schepenen der Stede L. omme het default tot ſijnen laſten gedecerneert te komen purgeren / ende als nog te aanhooren ende verantwoorden jegens ſoodanigen criminelen eys ende concluſie / als den ſelven Officier jegens hem ingedaagde ſal willen doen ende nemen / ter ſaake hy etc. met inthimatie het ſy hy campareert ofte niet / Schepenen inder ſaaken ſullen voortgaan ende wijſen ſulks ſy naar ſwaarwigtigheyt van de ſaak bevinden ſullen te behooren.

Ende ſy kennelijk, dat dit is het vierde gebod *ex ſuperabundanti.*

Quarta citatio ex ſuperabundanti.

H. B. Officialis Oppidi L. hoc edictali programmate, quarto ex ſuperabundanti conceſſo termino advocari facit J. J. habitantem &c. uſque adhuc profugum latitantem, ut ſub pœna banni & bonorum confiſcationis craſtinum die Martis qui erit 9. menſis Martii hora nona matutina præſens in criminali Scabinorum L. judicio compareat, contumaciæ cauſam daturus, atque inſuper reſponſurus accuſationis concluſioni, quam dictus Officialis adverſus eum dicta die ſerviente inſtituet, ex cauſa quod &c. cum intimatione, ut ſive compareat, ſive non, Scabini judices ad definitivam adverſus eum ſententiam prout iis juſtum & æquum videbunt ſint proceſſuri.

Hocce eſſe quartum proclama pro termino ex ſuperabundanti innoteſcat.

Neque

Digitized by Google

10 Neque ſimpliciter citari debet reus, ſed & citationis & edicti copia ad eum debet tranſmitti. Ut ſcilicet certo liqueat illum de objecto crimine eſſe certioratum, prout ubique in praxi obtinere referunt Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 31. *num.* 18. & poſt eum Farinac. *prax. crimin. quæſt.* 11. *num.* 39. Et in foro Saxonico ſtatutum refert Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *cap.* 140. *num.* 63.

11 Reus hoc modo, ſive ſimplici perſonali, ſive, edictali citatione vocatus, ipſe in perſona, ut vocant, comparere tenetur ſecundo, tertio, aut quarto termino ex ſuperabundanti addito, abſentiæ ſuæ cauſas per procuratorem allegare abſens, ipſam vero delicti cauſam non niſi præſens defendere poteſt. *l. pen. §. ult. ff. de public. jud. & l.* 2. *§.* 3. *ff. Si quis caut. verſ. cum enim* Neque alio modo per procuratorem ſe defendere, aut aliquam delicti excuſationem aut denegationem inferre permittitur, niſi ipſe coram ſe ſiſtat, & præſto maneat, aut à perſonali comparitione ex cauſa relaxetur. Ut late Damhoud. *prax. crim. cap.* 23. *&* 24. *text. eſt in Ordin. Philippi II. circa ſtylum procedendi in criminalibus cauſis Anni* 1570. *art.* 14. Vid. etiam Rhenol. Conſuet. *art.* 5. *& ibi not.*

12 Quum quis ſuper aliquo crimine, cujus pœnam ſequitur bonorum confiſcatio, in judicium vocatus non comparuerit, poſt primam contumaciam bona ejus, ſi ſub ejuſdem judicis juriſdictione aliqua habeat, annotantur & publicæ ſequeſtrationi committuntur, ut ſi intra annum redierit, & ſe ab objecto crimine purgaverit, ea repetat, ſin minus poſt annum bona publicentur *l. ult. ff. de requir. reis. & l.* 1. *Cod. eod.* Sed moribus noſtris bonorum illa annotatione utimur, ſimulatque per inquiſitionem de facto conſtiterit. Quæ annotatio quomodo procedat, docet *l.* 4. *ff. de cenſibus*, quæ in praxi obſervatur. Vid. Boſſ. *prax. criminal. tit de proclam. quod ſit bonis publicat. num.* 2. *&* 8. Damhoud. *prax. crim. cap.* 14. Facit text. *placit Philippi II. circa procedendi modum in cauſis criminalib. anni* 1570. *art.* 5. *junct. art.* 5. *placiti* Caroli V. circa homicidiorum remiſſiones *anni* 1544. Idemque ex veteri Rhenolandiæ conſuetudine obtinere notavi ad dict. Rhenoland. Conſuetud. *art.* 4. *num.* 3.

Dico *ſuper crimine cujus pœnam ſequitur bonorum confiſcatio*] Qualis eſt pœna capitalis, atque ultimi ſupplicii, quam communiter ſequitur bonorum publicatio. *tot. tit. ff. & Cod. de bon. damnator.* Quia bonorum annotatio non eſt contumaciæ pœna, ſed ipſius publicationis ſequeſtratio, ac propterea ante contumaciam illa utimur, neque ea opus eſt ubi ipſa publicatio non ſequeretur, prout contra eos qui pro contumacia indiſtincte bona ſubhaſtari faciunt, ex Gloſſ. & DD. ad *d. l.* 1. *Cod. de requirend. reis.* notat Damhouder. *prax. criminal. cap.* 14. *num.* 4. & Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 44. *verſ. Facta autem ſub. finem.*

13 Si neque tertio termino elapſo reus comparuerit, contumacia adverſus eum decernitur, addito plerumque quarto termino ex ſuperabundanti, quo purgare abſentiam, & adhuc innocentiam ſuam defendere, aut crimen excuſare poteſt. Quo elapſo ipſum crimen à Balivo accuſatore exponitur, atque exhibetur, per intendit, ut vocant, prolatis omnibus inquiſitionibus & facti probationibus, addita definitiva banni, & confiſcationis bonorum, ſub pœna capitis, furcæ, aut alterius afflictiva corporis comminatione. Quibus viſis ex meritis cauſæ ſuper banno ſive exilio & bonorum confiſcatione pronunciatur.

14 Dico *ex cauſa meritis*] Quia ex ipſa & ſola abſentia condemnari nemo debet. *l.* 5. *ff. de pœnis.* Quamvis enim abſentia & aufugium aliquem ſuſpicione gravet, ex eo tamen ſolo de facto dijudicari non debet. Quæ in criminalibus diligentius examinari debent, quum præſtet impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari. *d. l.* 5. *ff. de pœnis.* Vide Tiraquell. *de pœnis cauſ.* 59. quum nec in civilibus cauſis contra contumacem pronuncietur, ſi non ipſa cauſæ merita eum damnent, ſed quandoque vincat abſens ſi bonam cauſam habeat. *l.* 73. *in pr. ff. de Judic. junct. l.* 13. *§.* 2. *Cod. eod. & Novell.* 65. Eatenus tamen contumacia reum latitantem gravat, ut ſi ſemi plene delictum ab eo commiſſum probetur, abſentia ejus pro confeſſione habeatur & defectum probationis ſuppleat. Vide Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. final. quæſt.* 44. *num.* 2. *& ſeq.* Gomez. *ad l. Tauri* 76. *num.* 8. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 11. *num.* 3. 4. Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 110. *num.* 47. *& quæſt.* 140. *num.* 5. Damhouder. *prax. criminal. cap.* 28. *num.* 7. Ant. Matth. *de criminib. lib.* 48. *tit.* 20. *cap.* 2. *num.* 23. Gudelin. *de Jure Noviſſ. lib.* 5. *cap.* 14. *verſ. penult.* atque ita conſtitutum *placito Philippi II. Anno* 1570. ſuper procedendi modum in criminalib. *art.* 57. his verbis:

Maar al eer men ſententie ofte vonnis ſal wijſen van den ban / confiſcatie van goeden off den genen die abſent eenig hinder / off gerieff te doen / ſal moeten blijken / ten minſten by halve preuve / welcke mits de voorvlugtigheyt voor genougſame probatie ſal mogen werden gehouden.

Ut antequam ad banni aut confiſcationis ſententiam procedatur, aut adverſus abſentem aliquod decretum detur, de facto ſatis conſtet, ad minimum per ſemiplenam probationem, quæ propter delinquentis fugam pro plena probatione valebit.

Neque ſententia ex contumaciis prolata definitiva eſt, ſed interlocutoria & revocabilis. *arg.* 15
l. 14. *ff. de re Judicat. cap. cum ceſſante extr. de Appellat.* adeoque reus ita condemnatus, quocunque tempore ad abſentiæ excuſationem, & facti innocentiæ defenſionem admittitur, ita tamen ut bona publicata non niſi intra annum repeti poſſint. *l.* 1. *ff. de requirend. reis.* Prout ubique ferre in praxi receptum eſſe teſtantur Jul. Clar. *d. §. final. quæſt.* 44. *num.* 3. & *num.* 5. Boſſ. *prax. criminal. tit. de reis requirend. in pr. & tit. de citation. num.* 5. Dambouder. *prax. criminal. cap.* 29. *num.* 3. Farinac. *prax. crimin. quæſt.* 11. *num.* 86. Concordat textus in dicto placito circa procedendi modum à Philippo II. *anno* 1570. *edito. art.* 59. Moribus tamen quibus mitius erga delinquentes proceditur invaluit, ut etiam poſt annum bona publicata reſtitutionis beneficio à confiſcationis nexu quandoque liberentur.

Quod ex Galliæ moribus in praxin noſtram tranſlatum vult Groeneweg. *de legib. abrogat. ad l.* 2. *Cod. de requirend. reis.* refuſis tamen omnibus litis ſumptibus & expenſis, per ejus contumaciam factis *arg. l.* 42 *ff. de pœnis. junct. l.* 10. *in fin. ff. de reb. cred.* Quo pertinent ſolennes remiſſiones, quæ à Principe impetrari ſolent, adjecta banni, & confiſcationis reſtitutione, vulgo, rappel van Ban / quæ quomodo impetrentur & recognoſcantur vid. Papegay. *pag. mihi* 471.

An igitur abſentis cauſa pro innocentia ſua nullo modo defendi poſſit, videndum? Omnino 16
dicendum eſt quemlibet pro reo abſente ante litiſconteſtationem admitti ut abſentiæ cauſam alleget, & probet, exceptionem declinatoriam, ſi quam habeat, proponat, & dilationem petat. Quod in parentibus & liberis aliiſque conjunctis perſonis pro reo abſente intercedentibus frequentiſſimum eſt, ut & hi rei abſentis nomine Procuratoris aut Advocati patrocinio hac in parte utantur. *arg. l.* 1. *§. ult. ff. de poſtulando l.* 35. *ff. de Procurat. l.* 3. *§.* 3. *ff. Judicat. ſolvi.* Vide Gandin. *de Maleſic. tit. Utrum Procurator. num.* 9. Menoch. *de arbitrar. jud. cent.* 1. *quæſt.* 80. *num.* 62. Quod nec ad abſentiæ excuſationem tantum, ſed & ad innocentiæ defenſionem *arg. l.* 33. *§.* 2. *ff. de Procurat. & l.* 3. *Cod. de Accuſat.* proxime ſuperiori *cap.* 2. extendimus. Quod enim in cauſis criminalibus regulariter Procurator admitti non debeat, ad ordinarium & legitimum procedendi modum reſtringendum eſt, quum enim Procurator cauſam principalem non agat, aut ad merita cauſæ legitimo modo litiſconteſtando, non ut Procurator, ſed ut abſentiæ excuſator, & innocentiæ defenſor conſiderandus eſt, quod quis facere jure admittitur. *arg. d. l.* 35. *§.* 2. *ff. de Procurator. junct. l.* 3. *Cod. de Accuſat.* Et exceptiones ſi quas proponat, declinatorias aut dilatorias, quum ante litiſconteſtationem id fiat, ad ipſa cauſæ merita non pertinet, *l. unic. Cod. de litiſconteſtat.* & ſic ante conſtitutum judicium admitti Procuratores, neque reprobari poſſunt. Vid. Andr. Rauchbar. *differ. Jur. Civil. & Saxon. quæſt.* 17. *num.* 22. Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. ult. quæſt.* 32. *num.* 17. Gandin. *de Maleſic. tit. Utrum. Procurat. num.* 2. Joann. Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 105. *num.* 64. & 69. Idem probant *Conſuetud. Ultraject. rubr.* 36. *art.* 4. his verbis: In delicten daar die punitie corporeel ʒijn ſoude / mag niemand by Procureur compareren; ten waar *(nota)* om te allegeren de redenen van abſentie / off te proponeren exceptie declinatoir off dilatoir.

Cap. VII.

De Probationibus, Teſtibus, Præſumptionibus & Indiciis.

Summaria.

1. *Probationes plena qua ſint.*
2. *Semi plena qua.*
3. *Exceptiones contra teſtium perſonas, & qui & quales reprobentur.*
4. *An & quando teſtes inhabiles admittendi.*
5. *Pro Accuſatore.*
6. *Pro Reo.*
7. *Reprobationes contra dicta teſtium.*
8. *Præſumptio quid & quotuplex*
9. *Alia hominis.*
10. *Alia Juris.*
11. *Alia Juris & de Jure.*
12. *Qua & qualis in criminalibus habeat uſum.*
13. *Indicium quid.*
14. *Leviores probationes & præſumptiones admittuntur in præjudicialibus.*
15. *Quanam probationes requirantur ad condemnandum.*
16. *Quid in gravioribus delictis & in occultis ſecundum DD.*
17. *Quid moribus noſtris.*
18. *Qui tortura cruciatum ſuſtinet an nihilominus puniendus.*
19. *An ſola & libera confeſſio ſufficiat ad condemnandum*

nandum neg. per exempla num. 20.

21. *Plures ſemiplenæ probationes junctæ, quomodo probent.*

22. *An & quatenus in gravioribus criminibus torturæ locus, & an judex ſine ea ad arbitrariam condemnationem procedere poſſit, contra Carpz.*

23. *An in criminalibus juramento purgatorio locus ſit. Neg. contra Carpzov. Heig. & alios.*

24. *Quid in vectigalium fraudationibus & commiſſis.*

25. *An ſociis criminum in delatione ſociorum fides habenda.*

PRobationes, per quas judici de cauſæ veritate fidem fieri diximus ſupra, (ubi de probationibus, teſtibus & præſumptionibus in civilibus cauſis) ſunt aut plenæ, aut minus plenæ.

1 Plenæ ſunt quæ plenam judici fidem faciunt, ſic ut ex iis cauſa decidi poſſit, ut ſunt duo teſtes omni exceptione majores, de aliqua re, indubitabili ratione, deponentes, *l. 12. l. 3. ff. de teſtib.* confeſſiones qualificatæ. *l. 1. ff. de confeſſis.* ipſius rei notoria evidentia, & indicia indubitata. *l. ult. Cod. de probationibus.*

2 Semiplenæ ſunt, quæ imperfecte tantum concludunt, nec judici tantam fidem faciunt, ut ei ſoli ſtari poſſit; veluti ſunt unus teſtis, licet omni exceptione major, *l. 9. Cod. de teſtib.* confeſſio extrajudicialis, & fama. *Gloſſ. in l. 31. ff de Jurejurand. & l. 4. Cod. de reb. credit.*

Quemadmodum autem in civilibus, ita, & multo magis in criminalibus probationes requiruntur plenæ, & luce meridiana clariores, *l. 5. ff. de pœnis. l. ult. Cod. de probationibus. l. 14. Cod. de Accuſationibus.* Vide Jul. Clar. *§. final. quæſt. 63. num. 9. & ſeq.* Andr. Gail *lib. 1. obſervat. 108. num. 13.* Præſumptiones igitur & indicia leviora in criminalibus admitti non debent, ut ex iis decidatur cauſa: ſed teſtes requiruntur, & teſtimonia omni exceptione majora. *l. 3. ff. de Teſtib. d. l. ult. Cod. de probat. & l. 14. Cod. de Accuſat.* D. XXII. III. Cod. IV. XIX. *De Probationibus, & Præſumptionibus.*

Hinc exceptiones contra perſonas & dicta teſtium reus opponere poteſt, ſi quas habeat. Quæ variis ex cauſis proveniunt. Veluti ſunt contra perſonas:

3 I. Quod ſit teſtis unicus, atque ſingularis *l. 9. Cod. de Teſtibus.* ad perfectam enim probationem inducendam ad minimum duo teſtes requiruntur. *l. 12. ff. de Teſtib. cap. Si quis teſtes. §. ubi numerus 4. quæſt. 3.* Vide Jul. Clar. *pract. criminal. §. final. quæſt. 66. in not. num. 3.* Maſcard. *de probation. lib. 1. concluſ. 416. num. 1.* Farinac. *tom. 2. de Teſtib. quæſt. 63. num. 235.* D. XXII. V. Cod. IV. XX. *De Teſtibus.*

II. Quod teſtis ſit domeſticus, familiaris, convictor, mercenarius, famulus, mancipium, & id genus alii. *l. 9. l. 24. ff. l. 3. l. 8. l. 11. Cod. de Teſtib.*

III. Ipſe judex teſtis *l. 10. ff. de Juriſdict.* Unde quæſtio, utrum judex ſecundum propriam ſcientiam, an ſecundum acta, & probata judicare debeat; quæ pro actis & probatis reſolvitur ſupra *lib. 1. cap. 29.*

IV. Inimicus ei, adverſus quem teſtimonium fert *l. 3. ff. de Teſtib.*

V. A teſtimonio ferendo repellitur is cui imperari poteſt ut teſtimonium dicat. *l. 6. ff. eod.*

VI. Teſtis in propria cauſa, & in rem ſuam, vel in qua habet aliquod intereſſe vel commodum. *l. 10. ff. & Cod. de Teſtib.*

VII. Ita nec is admittitur qui eſt teſtis & accuſator aut ex ejus domo producitur. *l. 24. ff de Teſtib.* Quales ſunt Balivorum Birroarii, lictores, & ſimiles, qui quidem in mandatis ratione officii ſui exequendis fidem faciunt, *arg. l. 1. §. 11. ff. de offic. Præfect. Urb. junct. l. 5. Cod de Exactorib. tributor.* in cæteris vero, quum de domo accuſatoris proferantur, & viliſſimi ſint homines, atque omni vitiorum genere adſperſi, in teſtes admittendi non ſunt. Ut poſt alios notat Farinac. *tom. 2. de Teſtib. quæſt. 56. num. 370.*

VIII. Qui producenti eſt conjunctus, veluti pater, frater, affinis, maritus, uxor, & reliqui conſanguinei. *l. 9. ff. de Teſtibus. l. 6. Cod. eod.*

IX. Impuberes & Pupilli 20. annis minores. *arg. §. 1. Inſtit. de Teſtam. l. 19. & l. 20. ff. de Teſtib.* propter lubricum animi conſilium *d. l. 3. §. 5. ff. de Teſtib. junct. l. 1. ff. de Minorib.* & ætatem ad mentiendum admodum facilem. *l. 15. ff. de Quæſtionib.*

X. Judicio publico damnatus; *l. 3. §. 5. 6. 13. ff. eod.* veluti ob adulterium, *l. 14. & l. 18. ff. de Teſtibus.* ob carmen famoſum, l. 21. *ff. eod.* aut calumniam, *d. l. 13. ff. de Teſtib.* repetundarum, *l. 15. ff. eod.* ob vitæ turpitudinem Senatu moti, *l. 2. ff. de Senatorib.*

XI. A teſtimonio dicendo repellentur omnes infamia facti notari & aliqua ex cauſa reprehenſibiles. *d. l. 3. in pr. ff. de Teſtib.* inter quos numerantur Criminoſi, & qui ob crimen aliquod accuſati in vinculis & cuſtodia publica detinentur. *d. l. 3. §. pen. ff. eod.* Anton. Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 12. num. 11.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 286. in pr. & lib. 3. concluſ. 1356. num. 34.* & poſt eos & alios ibid. allegatos Farinac. *tractat. de Teſtib. quæſt. 56.*

num. 167. *&* 180. Qui ob teſtimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepiſſe judicati ſunt vel convicti. *d. l. 3. §. 3. ff. de Teſtib. l. 17. Cod. eod.* Vide Jul. Clar. *§. final. quaſt.* 24. propter aliquod maleficium banniti, & relegati. Maſcard. *de Probationib. lib. 3. concluſ.* 1356. *num.* 38. Jul. Clar. *§. final. quaſt. 71. num.* 6. Farinac. *d. tractat. de Teſtib. quaſt.* 56. *num.* 301. *&* 330. Homicidæ, adulteri, inceſtuoſi, venefici, malefici, fures, perjuri, falſarii, ſortilegi, uſurarii, lenones, meretrices, & id genus plures, de quibus late idem Farinac. *d. tract. de Teſtib. quaſt.* 56. *num.* 186. 352. 358. *&* 399. Ubi de Spuriis aliiſque perſonis, quæ ob leviorem infamiæ notam à dicendo teſtimonio reprobantur. Vide etiam Boſſ. *tit. de Oppoſit. contra Teſtes*, *num.* 19. *& num.* 51. Petr. à Placa *Epitom. delict. cap.* 8. *num.* 11. Maſcard. *de Probationib. lib. 1. concluſ.* 464. *& lib. 3. concluſ.* 1356. *num.* 43. *&* 48. & plures à Farinacio d. loco probatos.

Illud tamen notandum etiam teſtes inhabiles quandoque ad teſtimonium dicendum eſſe admittendos, adeoque hanc regulam ſuas pati limitationes, tam pro accuſatore, quam pro reo: veluti, 4

Pro Accuſatore, in caſu quo crimen eſt nefandum & exceptum, ut in crimine læſæ majeſtatis, ſacrilegii, aſſaſſinii, aut ſimilis, per ea quæ in ſimili tradit Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent.* 5. *caſu* 474. *num.* 27. *& ſeqq.* aut crimen ſit occultum, & veritas aliunde haberi non poſſit, præſertim in delictis & factis quæ difficilioris ſunt probationis, uti ſunt furtum, adulterium, partus ſuppoſitus, ſimonia, fraus, dolus, & quælibet crimina nocturno tempore commiſſa, ut & ea quæ in nemore, monte, aliove in loco ſecreto commiſſa ſunt, in quibus non ſolum præſumptiva, & conjecturata probatio ſufficit, verum etiam ad probandum quilibet teſtes inhabiles admittuntur: per ea quæ late tradunt Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ.* 1360. *num.* 4. & *lib. 2. concluſ.* 1124. *num.* 13. Bnër. *deciſ. Burdig.* 68. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſ.* 116. & *lib. 1. quaſt.* 58. Proſp. Farinac. *tract. de Teſtib. quaſt.* 63. *num.* 38. Quod ut diſtinguatur quando & quo caſu veritas aliter haberi non poſſit, poſt Gomez. *tom. 3. var. reſolut. cap.* 12. *num.* 21. Boſſ. *prax. criminal. tit. de Indiciis num.* 163. Maſcard. *de probationibus*, & Farinac. *d. tract. de teſtib. quaſt.* 62. *num.* 55. à Carpzov. *prax. crimin. part. 3. cap.* 114. *num.* 37. optime reſtringitur: illud dijudicari non debere ex eo, quod in facto, de cujus probatione agitur, alii teſtes actu non intervenerint, ſed quod de natura delicti vel ratione loci & temporis alii teſtes intervenire non potuerint, ut ex ſupra allatis exemplis videre licet. 5

A parte vero rei delinquentis (cujus partes in jure favorabiliores ſunt quam accuſatoris *l.* 125. *ff. de Reg. Jur.*) hæc exceptio etiam latius ſeſe extendit, & multum arbitrio & diſcretioni judicis committitur, præſertim ſi de ejuſdem innocentia probanda agatur, quum longe præſtet nocentem dimittere, quam innocentem condemnare. *l. 5. ff. de pœnu.* quo caſu, ubi veritas aliter haberi non poteſt, quilibet etiam teſtes alias inhabiles, minus idonei, & alias ſuſpecti ad dicendum teſtimonium admittuntur. Quomodo fratrem ad defenſionem fratris & ejus innocentiam purgandam admitti, & familiares, famulos, ancillas, & ſervos pro eorundem familiaribus, & dominis teſtimonium ferre multis probat Farinac. *vol. 2. de teſtib. quaſt.* 54. *num.* 33. *num.* 117. *& num.* 228. *quaſt.* 55. *num.* 117. *& ſeqq. & quaſt.* 62. *num.* 28. *& ſeqq.* Ubi late per omnes caſus de teſtibus inhabilibus admittendis vel non admittendis, & maxime *num.* 90. ubi ex profeſſo de teſtibus inhabilibus admittendis ad rei defenſionem, & innocentiam detegendam. Vid. etiam Hippolyt. de Marſil. *ſingul.* 63. *num.* 2. *ad l.* 18. *§.* 9. *ff. de Quaſtionib. num.* 49. & *ad l. 1. §. 3. ff. eod. num.* 12. Boſſ. *prax. criminal. tit. de crimine laſa majeſtat. num.* 114. *& ſeqq.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 12. num.* 13. Jul. Clar. *§. final. quaſt.* 24. *verſ. item ſcias.* Maſcard. *de probation. lib. 2. concluſ.* 904. *num. & ſeqq.* & *lib. 3. concluſ.* 1359. *num.* 16. Damhoud. *prax. criminal. cap.* 53. *num.* 7. 6

De teſtibus inimicis qui ſint an & quando ut teſtes admitti poſſint, aut à teſtimonio ferendo repellantur, & admiſſi quam faciant fidem, item de conjunctis per affinitatem & ſanguinem, an & quando admittantur, late tractat idem Farinacius *d. tractat. de teſtib. quaſt.* 53. *&* 54. per multos ibid. allegat.

De teſtibus in propria cauſa vid. eund. Farinac. *d. tract. quaſt.* 60. Et de teſte accuſatore aut eo qui ex ejus domo producitur. *ibid. num.* 64. Ubi poſt Maſcard. *de probationibus. lib. 1. concluſ.* 26. *& lib. 3. concluſ.* 1357. *num.* 45. & alios ibid. allegat. eaſdem regulas ita communiter eſſe receptas probat, ut contradictorem non habeant. Quibus adde Damhoud. *prax. criminal. cap.* 50. *num.* 5. *& ſeqq.* & notanter *num.* 22. Ubi contra teſtes accuſatores in hunc modum invehitur, Hic, inquit, videas pleroſque Officiarios graviter peccare, quos non pudet contra omnem

Google

nem æquitatem eoſdem ad teſtimonia contra miſellos ferenda producere, quos prius habuerunt delatores, non alia cauſa, quam vel hac ratione, ut ex innocentium oppreſſione pecuniariam condemnationem aſſecuti ſuis conſulant marſupiis. Quod utinam non ita quadraret in noſtros hinc inde officiarios & Balivos, à quorum nomenclatura cum eodem Damhoudero prudenter abſtineo.

7 Reprobationes contra dicta teſtium ſunt I. ſingularitas non modo teſtium, quod ſcilicet unicus tantum ſit teſtis deponens, ſed etiam ipſius depoſitionis, ut licet teſtes plures ſint numero, ſinguli diverſa deponentes, hi nihil magis probent, quam unus, per ea quæ poſt Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. tit. de probationibus delict. num.* 10. Ant. Gabriel *commun. concluſ. lib. 1. tit. de Teſtib. concluſ.* 2. Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ.* 954. *num.* 20. idem Farinac. *d. tract. de Teſtib. quæſt.* 64. *num.* 33. *& ſeqq.* Quæ quidem ſingularitas arguitur ex diverſitate cauſæ, perſonæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, & eventus, in quibus plures convenire debent, antequam plene probent, per text. *in l. 16. §. 1. ff. de pœnis.*

II. Nihil etiam probant teſtes ſibi ipſi varii, & vacillantes, qui non modo reprobari, ſed & de falſo accuſari poſſunt per *d. l. 16. ff. de pœnis.*

III. Neque eorum teſtimonia admittuntur qui de auditu alieno, *cap. licet ex quadam 47. extr. de teſtib.* aut qui niſi ratione deponunt *l. 4. Cod. de teſtib. Novell. 90. cap. 2. verſ. aut etiam cauſam.* Quorum tamen limitationes vide apud Farinac. *d. tract. de teſtib. quæſt. 69. & quæſt. 70.*

IV. Contra dicta teſtium opponitur quod ſint contraria, varia, obſcura, dubia, incerta, ambigua, præmeditata, compoſita, falſa, non veroſimilia, & cum facto, vel rei natura non congruentia. *cap. in præſentia 8. extr. de probat. & cap. veniens 38. extr. de teſtib.* Vid. Hippolyt. de Marſil. *ad Rubr. Cod. de probationibus num.* 379. *alias* 355. Durandi Specul. *Rubr. de Teſte §. 1.* Maſcard. *de probationib. lib. 3. concluſ.* 1363. Boſſ. *prax. criminal. Rubr. de Oppoſit. contra teſtes*, & poſt eos Farinac. *quæſt. 68. per tot.* Ubi late, an & quando teſtis obſcura depoſitio probet vel non, & ex quibus verbis talis obſcuritas & dubietas inducatur, & an teſtis de credulitate probationem, aut indicium faciat.

An autem teſtes ad teſtimonium dicendum cogi poſſint, & quinam à teſtimonio dicendo excuſentur ſupra *lib. 1. cap. 29.* diximus conſanguineos, juſtam recuſandi cauſam habere per *l. 4. ff. de teſtib.* & Domeſticos alioſque in re propria aut ad ſe ipſos quoquam modo pertinente, à teſtimonio dicendo reprobari. *per l. 9. 10. ff. de Teſtibus.* Quibus adde decrepitos ſenes, & alios ſenſuum imbecillitate laborantes *l. 8. ff. de Teſtib.* Unde etiam ſequitur & eos à teſtimonio dicendo excuſari, nec invitos cogi poſſe. *arg. l. 16. Cod. de Teſtib. junct. d. l. 8. l. 9. l. 10. ff. de Teſtib.* Vide late Farinac. *tract. de Teſtib. lib. 3. tit. 8. quæſt. 68. cap. 2.* Quemadmodum nec is ad teſtimonium dicendum cogi poteſt, de facto, ex quo delictum, factum aliquod, culpa, dedecus aut infamia adverſus ſe detegi aut objici poſſet. Quum nemo ſe ipſum accuſare teneatur *arg. l. 26. §. 1. ff. de Jurejur.* Vide Coſtal. *ad l. 3. §. ideoque. ff. de Teſtib.* Hartmann. *lib. 2. obſerv. tit 15. obſerv.* 12. Berlich. *deciſ. aur.* 16. & Cardinal. Tuſc. *prax. concluſ. tom. 6. litt. P. concluſ. 395. num.* 4. Adeo ut nec ſocius aut particeps criminis ſub indemnitatis promiſſione ad teſtimonium dicendum invitus cogi poſſit, aut ejus teſtimonio ſtandum ſit. *d. l. 10. ff. de Teſtib. junct. l. 11. Cod. de Teſtib.* Ut latius infra ſuo loco. Vide etiam *Proceſſ. Criminal.* nuperrime edit. *num.* 15. 16.

8 Præſumptio eſt conjectura ſeu divinatio in rebus dubiis per rerum circumſtantias, ex argumentis vel indiciis vero ſimilibus collecta. *l. 9. ff. de probat. l. 2. ff. de pact. & l. 18. ff. de adim. vel transfer. legat.*

9 Hanc triplicem vulgo ſtatui diximus ſupra, ut alia ſit hominis, quum homo de aliquo quid præſumit quod nullo jure confirmatur, de quo eſt text. in *l. 10. & l. 17. Cod. de probat.* veluti ſi quis ex eo quod alius cum aliqua frequentius & familiarius converſetur, eum cum ea rem habuiſſe præſumat, cujus quidem præſumptionis in jure nullus eſt uſus, omnis enim præſumptio bona eſſe debet, & dubia in meliorem partem ſemper ſunt interpretanda. *cap. 2. extr. de Reg. juris.*

10 Alia juris, quæ eſt probabilis conjectura ex certis ſignis proveniens, quæ non alio adducto pro veritate habetur. Prout eam definit Alciat. *in 3. part. præſumpt. in prælud.* Quæ proprie dicta præſumptio eſt, & tantum operatur ut onus probandi contrarium in adverſarium rejiciat, & hoc eſt quod dicitur, eam, non alio adducto, pro veritate haberi, veluti, ſi quis probet Chirographum, quo ſe quid debere confeſſus eſt, eſſe cancellatum, inde juris præſumptio eſt, eum ſolviſſe, niſi contrarium probetur, Ut eſt text. in *l. 24. ff. de probationib.* aut ſi probem Cajam Sempronii uxorem eſſe, cum eo habitaſſe, & Lucium filium peperiſſe, hinc juris præſumptio oritur

Lucium Sempronii filium eſſe *l. 6. ff. de his qui ſui vel alien. juris ſunt.* Adde *l. 25. ff. & l. 16. Cod. de probat. l. in pr. ff. Quod. met. cauſ.* plura exempla vide apud Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. caſu.* 89.

Præſumptio juris & de jure, ut ejuſdem Alciati verbis utar in *tract. de præſumpt. part. 2. in prælud. num.* 3. eſt diſpoſitio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto, tanquam indubitabili, & ſibi ſatis comperto quicquam ſtatuentis; quæ præſumptio eſſe deſiit, poſtquam jus certum conſtitutumque eſſe cœpit, ac propterea probationem in contrarium non admittit. Exemplum communiter addunt: Si probetur mulierem habere lac in mamillis, inde certo præſumi eam fuiſſe corruptam. Quod utrum aliter ſe habere non poſſit, Medicis relinquo. Certius adducendam puto ipſam legis id ipſum conſtituentis diſpoſitionem, ut eſt in *l. 14. Cod. de contrah. & committend. ſtipulat.* Qua ſi quis, qui hoc vel illo loco quid perpetraſſe dicitur, ſe eo die longinquo abfuiſſe probaverit, hac præſumptione innocens declaratur. Alterum exemplum habes in *l. 2. Cod. ad Senat. Vellejan. & l. ult. §. ult. Cod. ad Senat. Macedon.* 11

Præſumptiones igitur hominis, neque illæ quæ juris & de jure dicuntur, proprie dictæ ſunt præſumptiones, hæ quod probationem in contrarium non admittant, illæ quod nudæ tantum ſint, neque aliqua concludendi ratione confirmentur. Sed ſolæ illæ præſumptiones quæ adeo ſunt concludentes, ut de jure onus contrarium probandi in adverſarium rejiciant, in jure noſtro uſui veniunt, quæ etiam Indicia vocari ſolent. 12

Indicia autem definiuntur indubitabilia ſigna alicujus facti, vel alterius rei, ad veritatem inducendam à lege approbata. Ita poſt multos Brunus in *tract. de Indiciis & tortur. part. 1. quæſt. 4. num. 1. 3. & 5.* Vide Maſcard. *de Probationib. lib. 1. quæſt. 15. num. 1. 2. 3.* quam definitionem probat Farinac. *lib. 1. quæſt. 36. num.* 40. quum leviora illa proprie dicta indicia non ſint, ſed meræ conjecturæ, neque alia quam graviora & indubitabilia pro veris indiciis admitti poſſint, nam ubicunque fieri poteſt rem alio modo ſe habere, verum indicium dici non poteſt, ut poſt Joann. Butrigar. *ad l. fin. Cod. de probat.* Anton. Gomez. *tom. 3. Rubr. de probat. delictor. num.* 25. Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ.* 1221. *num.* 49. 13

Quæ ſingula quem uſum habeant in cauſis criminalibus & delictis videndum.

Quocirca diſtinguendum inter præjudicia, & indicii partes minus principales, veluti ſunt, citatio in perſonam, examinatio per articulos, incarcerationes, quæſtiones & ſimiles partes incidentales, & inter indicii partes principales, quæ ipſam condemnationem & definitivam ſpectant ſententiam, ut in illis leviores etiam præſumptiones, conjecturæ, & ſemiplenæ probationes admittantur, in his non niſi indicia indubitabilia, & probationes omni exceptione majores. *l. 5. ff. de pœnis. l. ult. de probat. & l. 14. Cod. de Accuſat.* 14

Quomodo ad citationem perſonalem, & incarcerationis decretum, famam & fugam & ſimiles ſemiplenas probationes conjunctas ſufficere apud nos frequens eſt uſus: propterea quod licet fama per ſe ſufficiens non ſit, ut quicquam probet, aliis tamen indiciis & conjecturis adjuncta ad probationem admittatur. Ut recte notat & probat Maſcard. *de probationibus lib. 2. concluſ.* 754. Vide etiam Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 21. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt.* 89. *num.* 28. & Farinac. *quæſt. 47. num. 17. & ſeq.* ubi eam concluſionem poſt alios etiam ad torturæ indicium extendit. De quo ſequenti capite.

Ad condemnandum vero probationes luce meridiana clariores & documenta omni exceptione majora eſſe debent, neque aliquæ præſumptiones ſufficiunt, ſed in minimo dubio præſtat nocentem dimittere, quam innocentem condemnare. *l. ult. Cod. de probat. l. 2. Cod. quorum appell. non recip. l. 2. l. 6. l. 9. Cod. de his qui vi aut met. cauſ. l. 16. Cod. de pœnis. l. 22. Cod. ad L. Corn. de falſis. junct. l. 5. ff. de pœnis. & l. 47. ff. de obligat. & actionib.* Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 63. num. 9. & ſeq.* Andr. Gail *lib. 1. obſervat. 108. num.* 13. Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 114. num. 6. & 9.* Ubi de Saxonum jure & conſtitut. 15

Quidam excipiunt delicta graviora, uti ſunt læſæ majeſtatis, parricidii, veneficii, aſſaſſinii, latrocinii, & id genus alia nefanda crimina, & delicta, quæ in occulto fiunt, quorum nulla remanent veſtigia, quæ difficilis ſunt probationis, & in quibus veritas aliter probari non poteſt, uti ſunt furtum, adulterium, partus ſuppoſitus, & crimina nocturna in eremo, nemore, monte, aliove in loco abdito commiſſa. In quibus non ſolum præſumptivam & conjecturatam probationem ſufficere, ſed & teſtes inhabiles ad teſtificandum, atque unicum teſtem accedente alia præſumptione admitti diximus ſupra, per ea quæ late Anton. Gabriel *commun. concluſ. lib. 1. tit. de Teſtib. concluſ.* 7. Jul. Clar. *§. final. quæſt. 24. & quæſt.* 66. Menoch. *de Arbitr. Jud. lib. 1. quæſt. 58. & lib. 2. caſ. 116. & caſ.* 474. Maſcard. *de Probationib. vol. 1. concluſ. 466. num.* 6. 16

Boſſ.

Boſſ. *tit. de delict. num.* 20. Boër. *deciſ.* 164. *num.* 4. Joann. Zanger. *de Quaſtionib. cap.* 3. *num.* 31. Farinac. *lib.* 2. *quaſt.* 63. *num.* 28. & poſt eos Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quaſt.* 114. *num.* 35. *& ſeq.*

17 Quæ noſtris tamen & vicinorum moribus ad indicii partes minus principales ſecundum prædictam noſtram diſtinctionem etiam ad torturam uſque pro judicis arbitrio extendi poſſe, ad ipſam vero condemnationem, & definitivam mortis ſententiam nequaquam admitti putem, ut qui ad abſolvendum & mitigandum proniores eſſe ſolent, & vel reum idoneis probationibus convictum haud aliter ad ultimum ſupplicium condemnare ſolent, niſi præterea ipſe reus perpetratum à ſe delictum fuerit confeſſus, ut locus ſit *l. 2. Cod. quorum appellat. non recip.* expreſſis verbis accepta Holland. Ordd. *placit.* 10. *Septemb.* 1591.

Exemplum elegans ſuppeditat Anton. Mornacius in Turonenſi juridico de accuſata perempti partus puella, caſu quo de corpore perempto non conſtaret, *ad l. 25. ff. ad leg. Aquiliam*, *Puella*, inquit, *ſuffocati partus arguebatur, infoßique illius ſterquilinio proximo, unde ſues roſtro ſuffoßum, effoſſumque ocyus, ut ferebat fama, voraverant; lacte autem diſtenta ubera expreßiſſe eam ſæpius in ſepes avias, paulo antequam rea fieret, teſtes erant plurimi, qui & ſe præterea vidiſſe tumentem ejus uterum referebant. Illa vero pernegabat ſe unquam peperiſſe, ſed molem duntaxat informem ejectaſſe utero, ita ut quum de partu abjecto, enectoque à matre, aut reſoſſo à ſcrofis ſterquilinium roſtro ſuffodientibus nulla in parte probationum conſtaret, conſulti primum fuerint à Juridico Medici, qui aſſeruerunt lac etiam eſſe poſſe in non gravida, multoque magis in ea quæ molem emiſiſſet: Deinde Pariſienſes patroni conſilium ei dederunt, ne ream mulctaret ullo capitis judicio, quum indicia tantum haberet, non neceſſaria, neque indubitata ſigna, quæ nunquam fallunt, & quia de partu ſeu emiſſo ſeu perempto non liqueret. Ex quibus hæſit ille in ſuſpenſo, tutiuſque putavit nocentem dimittere, quam ſidere conjecturæ forſan in contrarium erupturis.*

De hac etiam generali apud nos conſuetudine teſtantur *Placit. Criminal. Juſtit. Philippi II. Anno* 1570. *art.* 61. Grot. *Apologia Hollandici Regiminis, cap.* 22. & Petr. Borre *Annal. Holland. lib.* 4. *pag. mihi* 192.

18 Quod quidam è contra tam relligioſe ſervandum perperam voluere: ut nec eos qui idoneis probationibus convicti, torturæ pœnam negando pertinaciter ſuſtinuerint, condemnandos putaverint, ſed eorum opinio manifeſtis verbis pro corruptela notatur, *Ordinat. Crimin. Philippi II. art.* 62. de quo latius infra *cap.* 9. *num.* 9. 10.

19 Sed rectius eum, qui ſponte objectum crimen fatetur deficientibus aliis probationibus, condemnandum alii detrectarunt, propterea quod confeſſio in criminalibus non poſſit admitti pro plena probatione, confeſſiones enim reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere ſi nulla probatio cognoſcentis relligionem inſtruat, Divus Severus reſcripſit *l. 1. §. 27. ff. de Quaſtionib.* plerique aut metu, aut vitæ tædio, aut impatientia aut alia de cauſa rem falſiſſimam fuerunt confeſſi *l. 1. §. 23. & 27. ff. eod.* præter quam de facto commiſſo & committente, aliunde etiam conſtare debet. Ante omnia enim de corpore delicti conſtare & inquiri debet, ut mittat Judex Medicos, Chirurgos, alioſque inſpectores peritos, qui corpus & vulnera inſpiciant, & de eorundem qualitate conſulant, per *l. 1. §. 24. ff. ad Senat. Syllan.* Ut & apud nos moris eſt.

20 Neque caret exemplo, innocentes ex ſola confeſſione perperam fuiſſe condemnatos, de quorum innocentia ex poſt facto innotuerit. Ejus meminit Annæus Robert. *Rer. Judicatar. lib. 1. cap.* 4. in Ruſtico, qui ſuper fama mulieris viduæ, quæ, quod aliquandiu à domo abfuiſſet, nec amplius in pagi vicinia viſeretur, falſa ſuſpicione à ſcelerato aliquo credebatur occiſa, ejuſque cadaver, ne reperiretur abjectum, ab officiali in cædis authorem inquirenti in ſaltu aliquo delitens prehenſus fuit, & timeſcens, & attonito & trementi ſimilis, ex ſola criminis ſuſpicione ad Præſidiales Provinciæ deductus, nullo quæſtionis terrore, nullo tormentorum cruciatu, ſed aut deſperatione, aut fato aliquo ſalutis ſuæ negligens, & ultro perire volens, crimen innocens, ut poſtea apparuit, agnovit, & confeſſus velut convictus, à Præſidialibus laquei ſupplicio damnatus eſt. De cujus innocentia mulier vidua, biennio poſt, nullo accepto vulnere reverſa ipſa docuit. Quod etiam refertur in Append. Joann. Papon. *lib.* 24. *tit.* 9. & Mornac. *ad l. 25. ff. ad leg. Aquil.*

Neque huic abſimile exemplum patrum noſtrorum memoria Amſtelodami in cæde nocturna extitiſſe ferunt, in juvene, qui, quum apud eum, plus nimio potum, & in præliminari cujuſdam contubernii ſcamno decumbentem, culter ſanguinolentus ejus veſtibus involutus & celatus fuerit repertus, tanquam criminis reus prehenſus, & ex hoc indicio torturæ ſubjectus, ſibi forte ex profun-

da ebrietate à ſe factum perſuadens, crimen confeſſus, & judicii voto capite damnatus eſt, cujus facti
& perpetrati criminis auctor poſtea propter alia delicta prehenſus, ſe ipſum prodidit.

Huc pertinent etiam quæ de falſis inquiſitionibus, phantaſticis imaginationibus, & vanis &
illuſoriis ab aliis ultro faſſis, ab aliis per extremos cruciatus extortis confeſſionibus & criminatio-
nibus, poſt Arcad. Batav. autborem & alios ibid. adductos ſupra, *part. 1. lib. 5. cap. 15. num. 8.*
notavimus.

Sed ut ad probationes redeamus, notandum eſt, quod licet illæ ſemiplenæ probationes plenam 21
fidem non faciant ad condemnandum, qualem qualem tamen ex iiſdem probationem induci. Quæ
ſi plures concurrant ad torturam ſufficere volunt Maſcardus *de Probat. lib. 2. concluſ.* 857. *num.* 38.
& ſeqq. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 62. *num.* 384. quod & ſibi quodammodo contrarius poſt
Boſſium, Farinacium & Burſatum ſequitur Carpzov. *prax. criminal. quæſt.* 114. *num.* 38. *& ſeqq.*
Et recte; quum non prorſus immunes habendi ſint talibus præſumptionibus onerati, ſed arbi-
trarie pro facti ratione, carcere, relegatione, vel etiam pœna pecuniaria puniendi, ut per eun-
dem Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ.* 1223. *num.* 31. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt.* 92.
& quæſt. 97. declarat idem Carpzov. *part. 3. quæſt.* 116. *num.* 50.

Alii iterum diſtinguunt, ut arbitraria illa pœna tantum locum habeat in criminibus & delictis
levioribus, quorum ipſa pœna arbitraria eſt, per ea quæ late Menoch. *de Præſumption. lib. 1.
quæſt.* 94. & DD. ibid. allegat. quibus diſtinguendo adſcribit. Carpzovius *d. quæſt.* 116. *nu-
mer.* 53. *&* 54.

Sed in gravioribus & atrocioribus delictis, alia media exſtare putant, ut veritas eruatur, tor- 22
menta ſcilicet, & juramentum purgatorium, quod ut ut de tortura adhibenda in praxi inva-
luiſſe videatur, non id tamen judicis arbitrium removet in condemnando reo, qui urgentioribus
probationibus licet minus plenis convictus, torturæ cruciatum pertinaciter ſuſtinuerit, quem ni-
hilominus extraordinarie, arbitrio judicis puniri, neque omnino liberari, (quum ex levioribus
indiciis neminem ad torturam deduci poſſe conſtet) in praxi invaluit, & conſtans eſt doctrina,
ut latius infra *cap. 9. in fin.* docebitur. Quo pertinet quod mox idem Carpzov. *d. quæſtione* 116.
num. 56. *&* 57. in eandem ſententiam ſubdit eum negare haud poſſe, in gravioribus crimini-
bus ex præſumptionibus & indiciis urgentioribus ad condemnationem procedi poſſe, ſed mitius
reum puniri quam ſi legitime & plene convictus aut confeſſus eſſet. Ut poſt Hippolyt. de Mar-
ſiliis, Boſſ. Menoch. & Maſcard. in praxi obſervari aperte teſtatur *ibid. num.* 58.

D. XII. II. *De Jurejurando.* Neque in criminibus (quicquid ex Juris Canonici commento apud alios receptum eſſe videtur) 23
Jure Civili Romano, neque noſtro jure Patrio, juramento purgatorio locus eſt, propter perjurii
metum, quo quilibet criminis reus ſe innocentem jurare non erubeſcet, *arg. l. 1. ff. de bon. eorum
qui ante ſententiam. l. 1. §. 3. ff. de calumnia.* etiamſi ſemiplenæ adſint probationes *per. l. ult.
Cod. de Probation. l. 16. Cod. de Pœnis. & l. ult. Cod. Si ex falſo inſtrumento.* Vide Jul. Clar.
§. final. quæſt. 63. Ægid. Boſſ. *tit. de Sententiis, num.* 75. Berlich. *part. 1. concluſ.* 45. *num.* 5.
Boër. *deciſ. Burdigal.* 86. Anton. Fab. *ad tit. Cod. de reb. credit. defin.* 43. Idem Carpzov. *de-
finit. Forenſ. part. 1. conſtit.* 23. *definit.* 11. & DD. ibid. allegat. Neque placet diſtinctio Petri
Heigii *part. 1. quæſt.* 40. *num.* 32. & aliorum, qui illud reſtringi volunt ad cauſas de perjurio
ſuſpectas, & ad indicia & præſumptiones veroſimiles ex præſcripto Juris Canonici, *cap. qui
exigit.* 22. *quæſt.* 2. quo expreſſe vetat Pontifex deferri juſjurandum perjurii ſuſpecto. Quaſi
in criminibus, & delictis emendandis, & puniendis, aliquis caſus intercedere aut fingi poſſit,
quo ipſius criminis reus, non foret perjurii ſuſpectus, ſi quando ei purgatorium deferretur jura-
mentum. Niſi forte de his loquantur, propter quæ civiliter agatur, quæ proprie cauſæ crimina-
les non ſunt, ſed tantum rei perſecutoriæ partibus applicandæ, ſecundum ea quæ latius ſupra
cap. 1. notavimus. Sed quæ licet pœnæ perſecutoriæ ſint, & pro iis ad pecuniariam tantum
mulctam agatur, quodammodo etiam ſunt criminales, & famam gravant apud bonos viros. Quo
pertinere videtur cautio prædicti Juris Canonici de perjurii ſuſpectis, quibus juramentum deferri
non debet. *per d. cap.* 22. *quæſt.* 2.

Cod. IV. LXI. *De vectigalibus & commiſſis.* Quales apud nos ſunt omnes de fraudato vectigali, & tributorum publicorum cauſæ, quæ 24
quidem ut plurimum pecuniariis pœnis & mulctis coërcentur, peculatus tamen criminis ſpeciem
præ ſe ferunt, & infamiæ publicæ irrogationem pro ſequela adjunctam habent, quæ ejus frauda-
tionis reos non tantum maxima ignominia apud bonos viros gravat, ſed & porro omnium offi-
ciorum publicorum adminiſtratione indignos & inhabiles reddit, quandoque etiam pro delicti
gravitate arbitraria corporis afflictivi pœna plectit, ſecundum vectigalium & tributorum edicta
tam generalia, quam in ſingulis tributorum ſpeciebus particulariter ordinata, quibus utimur de-
roga-

rogato omni Romanorum de vectigalibus & commiſſis jure. In quibus purgatorio juramento propter perjurii ſuſpicionem locus eſſe non poteſt, ut quod viliores, qui apertæ fraudationi ſe dederint, pro defraudationis pœnæ liberatione, pejerare minime erubeſcant, & honeſtiores propter infamiæ & inhabilitatis ſequelam evitandam extra perjurii periculum conſtitui non poſſint. Ut de iniquo & injuſto procedendi modo, in vectigalium cauſis, præter juris & juſtitiæ fundamenta irrepto, à me ſatis ſuperque notatum *Proceſſ. Criminali*, nuperrime edito, *cap. 4. num.6. & ſeqq.*

25 Neque ſociis criminum in delatione conſociorum aliqua fides habenda, *per l. 11. Cod. de Teſtibus.* Quum plerique dum metuunt ne forte apprehenſi eos nominent, prodere eos ſoleant, impunitatem ſibi captantes. *l. 1. §. 26. ff. de Quæſtionib.* Quæ tamen prodeſſe non debet, quum nemo ſibi blandiatur de ſe in quæſtione confeſſus, veniam ſperans propter flagitia adjuncti, vel pro communione criminis conſortium. *l. ult. Cod. de Accuſat.* neque iis qui alios produnt aliqua impunitas ſit concedenda, *d. l. 1. §. 26. ff. de Quæſtionib.* ut latius infra *cap. 9. num. 2. & cap. 13.* Ubi, an impunitati criminis ſocio, ut alios deferat, ſtandum ſit. Niſi forte aliunde quoquam modo de criminis communione conſtiterit. Quod an & quatenus admittendum judicis arbitrio committitur. *arg. d. l. 1. §. 26. ff. de Quæſtionibus.* in verb. *Cauſa cognita æſtimetur, habenda fides ſit, nec ne.* Vide DD. ad *d. l. 11. Cod. de Teſtibus.* in verbis. *Si ſocii & participes criminis non dicantur.* & ad *cap. perſonas & cap. veniens extr. de Teſtibus.*

Cap. VIII.

De Inquiſitionibus & Torturis.

Summaria.

1. *Extraordinarie ad delinquentis propriam confeſſionem inquirendo procedendum, & quare, & quid noſtris & aliorum moribus.*
2. *Primo per quæſtiones vulgo* hooren op articulen / *& quis ſit ejus effectus.*
3. *Quæſtionis vocabulum quid ſignificet, an & quatenus pro tortura ſumendum apud nos.*
4. *Si reus aut nihil, aut non concinne, reſpondere voluerit, an indicium faciat ad torturam.*
5. *An & quando teſtes per torturam examinari poſſint, remiſſive.*
6. *De quæſtionis modo per verbum credit vel non, & an & quando articulorum & reſponſionum copia examinando reo concedatur.*
7. *An tortura ſit licita varie diſputatum: an & quæ ſint ejus introducendæ rationes, &*
8. *Quid moribus obtineat.*
9. *Quæ ſint torturæ exercendæ requiſita, & an non admittatur niſi in gravioribus cauſis.*
10. *Ut de corpore delicti certo conſtet, quod quatenus procedat in latronibus, ſcurris, & delictis occultis.*
11. *Ut legitima præcedant indicia & qualia, & num. 13.*
11. *An unicum quandoque ſufficiat veluti unius teſtis, extrajudicialis confeſſionis.*
13. *Varia Indiciorum genera & ſpecies enumerata,*
14. *Ad torturam non eſt deveniendum niſi prævio judicis decreto.*
15. *An ab eo appellari poſſit.*
16. *Copia Indiciorum ſuper quibus tortura fundanda reo concedenda.*
17. *Ut fiat tortura præſente judice & pro modo & tempore ab eo præſcripto.*
18. *Torquendi gradus, & modus quis apud nos.*
19. *Tempus continuandæ torturæ.*
20. *An & quando repeti poſſit, varie diſputatum.*
11. *Anton. Matth. ſententia circa uſum noſtrum reprehenſa.*
12. *Interpretatio l. 18. §. 1. ff. de Quæſtionibus.*
23. *Quoties tortura repeti poſſit.*

1 SI reus ipſe compareat die ſerviente, aut de facto captus ſit, videndum primo, num extraordinarie & rejecta omni procedendi figura adverſus eum procedi poſſit, ex propria ſcilicet delinquentis confeſſione, quæ pro judicato habetur, *l. unic. Cod. de confeſſ. l. 6. §. 2. ff. eod.* confeſſus enim ſua ſententia damnatur. *l. 1. ff. eod.* neque appellare poteſt de ſententia ex ſua confeſſione lata præſertim in criminibus, *l. 2. Cod. Quor. appell. non recip.* Ut latius ſuo loco. Quod eſt fundamentum inveteratæ hujus patriæ conſuetudinis, qua nemo omnino mortis ſupplicio damnatur, niſi qui objectum ſibi crimen ipſe fuerit confeſſus, quoad ejus fieri poſſit. Ut ſcilicet & per præcedentem confeſſionem, quæ omnem ſuperat probationem, omnis protrahendi anſa & ordinarii

pro-

proceſſus figura, juxta omne provocandi ſive appellandi medium, adimatur, prout de communi hac patriæ conſuetudine teſtantur Grot. *Apologetico ſuo cap.* 12. & Petr. Bor. *Hiſtor. lib.* 4. *pag.* 192. Idemque expreſſum eſt Rhenoland. Conſuetud. *art.* 1. ubi vide notata noſtra & quæ de noſtris & aliorum moribus latius intra ſub *num.* 8.

D. xlviii. xviii. Cod. ix. xli. *De Quæſtionibus.*

Quum vero non adeo faciles ſint homines ad confitendum ea quæ damnoſa ſibi fore ſciunt, remedia quædam inventa ſunt qua facti veritas iis extorqueatur. Primo quidem per ſolennem facti interrogationem, qua reus ſecundum facti informationes & indicia, de facti contingentia cum omnibus circumſtantiis ſolus ac nemine interim accedente coram judice articulatim interrogatur, vulgo, Hooren op articulen. 2

Quæ proprie quæſtiones denominari poſſunt; quamvis enim communiter DD. quæſtionis vocabulum cum ipſo torturæ actu confundere ſoleant, ſic ut per quæſtionem intelligant eam inquiſitionem, quæ per tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem legitime inſtituitur, moribus noſtris non convenit. Quod quidem Romanorum moribus convenire videtur, quibus Servi tantum quæſtioni & tormentis ſubjiciebantur. (Neque liberi homines pro facto ſuo torqueri poterant, ac propterea nec interrogari ſolebant) qui inviti reſpondere tenebantur, & pro eruenda veritate ſimul tormentis ſubjiciebantur, ut patet ex *l.* 1. *§.* 5. *§.* 16. *ff.* *&* *l.* 1. *Cod. de Quæſtionibus. & tot. tit. ff. eod.* qui de ſervis fere ſolis loquitur, ubi *l.* 12. aperte declaratur in liberum corpus tormentis ſæviendi apud Romanos morem non fuiſſe. Quare nec ſimplici quæſtioni à libero homine pro perpetrato delicto ſuo eruendo locus erat, quum ſe ipſum accuſare invitus cogi non poterat. Sed noſtris & aliorum moribus, quibus abolita omni ſervitutis, libertatis, & conditionis differentia, ipſi teſtes, qui interfuerunt, per torturam examinari non ſolent, ſed ab ipſis delinquentibus facti confeſſio per tormenta exigitur, quam ipſa ſimplex facti interrogatio præcedere ſolet, vulgo, Hooren op articulen / quæ per ſe ipſe cruciatus non eſt, neque dolorem corpori incutit, ſed ab ipſa tortura diſtinguitur, quæ, tum demum adhibetur, ubi minus concinne aut nihil omnino reſpondere voluerit reus poſitionibus illis, quæ per informationes adhibitas liquido conſtiterint. 3

Quod eum magna ſuſpicione gravare ſolet, ſic ut ſufficiens hoc torturæ imponendæ indicium eſſe velint; Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 45. *num.* 6. Boſſ. *prax. criminal. tit. de reſponſionib. à reo faciend. num.* 4. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 124. Damhoud. *prax. criminal. cap.* 34. *num.* 4. & late Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 37. *num.* 177. *& ſeqq.* text. eſt in *criminali ſanctione Philippi II. circa procedendi modum art.* 13. his verbis: 4

Dat ſoo wanneer van Officie wegen geprocedeert ſal werden / ſullen alle gevangenen geaccuſeert ofte beſchuldigt van crimen ende misdaden mondeling antwoorden op de interrogatorien ende ondervragen die hem gedaan ſullen werden / ende dat by Ordine.	Ut ſi quando ex Officio ſit procedendum, alicujus criminis & delicti accuſati & prehenſi rei verbotenus atque ordine ad ea quæ proponuntur reſpondeant.

Quod dixi moribus noſtris teſtes per torturam examinari non ſolere, ſuas habet exceptiones, ut ſi de ipſis aliquid fuerint confeſſi, hi de ſociis criminum interrogari, & in caput aliorum torqueri poſſint. contra *l. ult. in fin. Cod. de Accuſationib.* vid. Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 21. *num.* 5. *in fin.* Damhoud. *prax. criminal. cap.* 37. *num.* 12. *in fin. & cap.* 38. *num.* 14. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 47. *num.* 123. Anton. Matth. *de criminib. tit. de quæſt. cap.* 5. *num.* 2. *in fin.* Ut latius infra ſuo loco idem obtinere quidam volunt, ſi teſtes varii ſint, & vacillent, ut ab his conſonans facti veritas per tormenta exigatur, *arg. l.* 15. *ff. de quæſtionib.* vid. Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 25. *num.* 7. Boſſ. *prax. criminal. Rubric. de Tortur. teſt. num.* 21. Farinac. *tract. de teſtibus. quæſt.* 79. *num.* 6. Joann. à Sande *lib.* 5. tit. 8. *defin.* 7. Sed moribus noſtris in teſtium varietate reperi quidem teſtimonia ſolent, teſtes teſtibus coram opponi ſolent ut eorundem teſtimonia ad concordiam vocentur, & juramenti ſacramento confirmentur, vulgo confronteren / & qui falſum dixiſſe reperitur, falſi criminis pœnam incurret, torturæ vero cruciatibus pro veritate facti alterius aliquem ſubjici in praxi obtinere, non auſim affirmare, ſed ordinario tantum modo pro conſonantia variorum teſtimoniorum per confrontationem, ut vocant, procedi ſolet *arg. l.* 9. *ff. de Quæſtionibus.* Ut recte notant Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 45. *num.* 14. Damhoud. *cap.* 47. *per tot.* Farinac. *de Teſtib. tit.* 8. *quæſt.* 72. Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 114. *num.* 75. *& ſeqq.* Facit etiam textus expreſſ. in *placito Philippi anni* 1570. *circa procedendi modum. art.* 13. *& art.* 21. 5

Hic quæſtionis modus per ſimplicem reorum interrogationem inſtituendus etiam in levioribus cauſis permittitur, ſic ut Balivi in quacunque fere cauſa criminali ab ea incipiant, nec à reo convento excuſari poſſit, quin ad articulos ſibi propoſitos reſpondere teneatur, quod vocant re- 6

ſpon-

ſpondere ad articulos, *per verbum credit vel non.* Qui plerumque articulorum copiam ſibi dari poſtulat antequam reſpondeat, ſed ut ne perverſe inſtructus, & ad omnia paratus reſponſionem præmeditate in facti excuſationem, aut denegationem accedat, haud aliter quam poſt reſponſionem ei concedi ſolet, niſi quod in levioribus cauſis ſubinde conceditur, ut ſolus in ſecreto loco conſtitutus per breve aliquod tempus recolendæ memoriæ cauſa articulorum viſio concedatur, in totum vero poſt reſponſionem denegari non poteſt, ut ſi forte ad ulteriorem quæſtionem per torturam & corporis cruciatum inſtituendam contendatur, habeat quo modo ei contradicat, & ſe defendat. Illud tamen in praxi coram Hollandiæ Curia obtinuiſſe vidi, ut eo caſu reſponſionum tantum non etiam articulorum omnium copia daretur.

Ad ulteriorem vero quæſtionem per torturam inſtituendam an & quatenus deveniri poſſit, multum inter DD. fuit controverſum. Quorum hi eundem procedendi modum naturæ legibus & Chriſtianæ æquitati contrarium, nulla nec ratione nec lege probari, alii pro inquirenda facti veritate neceſſarium, & reipublicæ utiliſſimum multis ac variis argumentis contenderunt.

7 Contra torturam adducunt, nullum mandatum, nullum exemplum ex ſacris litteris, aut legibus Romanis, nullam publicæ utilitatis rationem prætendi poſſe, quæ hanc legem ad mores & temporum conſtitutiones applicandam judici imponat. Sacris autem litteris inquirendi per tormenta modus plane incognitus, neque eo quod adducere ſolent ſimilitudinis argumento probari poteſt. Quo legibus Moſaicis mulieri de adulterio ſuſpectæ jubetur potio amara præberi, ut tumeſcentis ventris tormina flagitii ream prodant. *Numer. cap. 5. verſ. 13. & ſeqq.* Quod leve ſane experimenti genus ad ſeveriſſima poſtmodo inventa torquendi media extendi minime poteſt. Neque fas eſt Ethnicum hoc & tyrannicum tormentorum inventum Divinarum & Chriſtianarum legum inſtituto adſcribere. Ethnicum & tyrannicum eſſe inventum & verbo Dei contrarium tormentis veritatem inquirere, aſſerit Joann. Zepper. *Moſaicar. legum Collat. lib. 5. cap. 10.* Cui adde Joann. Ludovic. Vivem *ad Auguſtin. de Civitate Dei, lib. 19. cap. 6.* Et certe Jure Romano ſervos tantum torqueri potuiſſe conſtat, *l. 1. §. 3. §. 16. & tot. tit. ff. de Quæſtion.* Qui Jure Civili vix inter homines, & pro nullis habebantur. *l. 32. ff. de Reg. Jur.* in quos nulla cadebat injuria *§. 3. Inſtit. de Injur.* qui quadrupedibus æquiparantur. *l. 2. §. 2. ff. ad leg. Aquil.* & in quos olim domini vitæ neciſque habebant poteſtatem. *l. 1. §. 1. ff. de his qui ſui vel alien. jur.* Neque licitum fuit in liberum corpus tormentis ſævire. *l. 12. l. 15. ff. de Quæſtion.* Quare & D. Paulus, quum veritatis eruendæ cauſa loris à Tribuno cædi juſſus eſſet, quæſtionem deprecatus eſt, quod Civis eſſet Romanus, quem tormentis ſubjicere non erat permiſſum. *Actor. cap. 22. verſ. 25.* Quod quidem Jure Codicis ad plebejæ conditionis homines liberos in gravioribus delictis. *l. 3. l. 4. Cod. de Quæſtion.* & ad eos qui in dignitate conſtituti, pro crimine læſæ majeſtatis, extenſum videtur. *l. 11. l. 16. Cod. eod.* ſed ut Caligulæ, Neronis, Domitiani, aliorumque Imperii Romani portentorum, commentum & ſubvertendæ libertatis cauſa adinventum, ab aliis damnatum eſt.

Æquitatem & publicæ utilitatis rationem ſi quæras? Hæc duo conſideranda volunt: aut de facto, & perpetrato crimine conſtat, aut non conſtat. Si de facto liquido conſtiterit, ipſa rei confeſſio neceſſaria non eſt, neque tormentis pro eruenda ea opus eſt, aut licita, quum ipſe cruciatus corporis in tortura adhibendus etiam ſit pœna, neque mediocris, ſed corporis afflictiva, quam alicui ante ſententiam inferre non licet, ne bis idem exigatur, quod nec in civilibus cauſis bona fides patitur. *l. 57. ff. de Reg. Jur.* Neque in criminibus admittitur, ut unum delictum variis pœnis, atque æſtimationibus coërceatur. *l. 41. ff. de Pœnis. junct. l. 14. ff de Accuſat.* Sic ut nunquam ad torturam veniendum ſit, ſi judici ſine ea de facti veritate conſtare poſſit. *l. 8. in pr. l. 9. ff. & l. 12. Cod. de Quæſtionib.* quam communem eſſe DD. opinionem probant Jul. Clar. *§. final. quæſt. 64. num. 5.* Damhouder. *Prax. Criminal. cap. 35. num. 3.* Ant. Goulez. *Reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 20.* Gonzales de Paz. *in ſua praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 5. 6.* Argentr. *ad Conſuetud. Brittan. art. 41. num. 4.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 9. tit. 21.* Farinac. *Prax. Criminal. quæſt. 38. num. 4.* Joann. à Sande *lib. 5. tit. 9. defin. 14.* Si vero de facto non conſtiterit, à naturali æquitate abhorret aliquem cruciare aut pœna afficere, antequam conſtet eum eſſe nocentem, neque Reipublicæ intereſt, dimitti eum, de cujus commiſſo non plene conſtiterit, quum vel in minimo dubio longe ſatius ſit nocentem dimittere, quam innocentem condemnare. *l. 5. ff. de Pœnis.*

Præterea ipſius Juriſconſulti effatum contra hunc veritatis indagandæ modum objiciunt. Quo Ulpianus JC. ipſe palam declarat veritatem tormentis eruere, rem eſſe admodum fragilem ac periculoſam, & quæ ipſam veritatem fallit: quum plerique duritie & patientia tormentorum ita tormenta contemnant, ut exprimi iis veritas nullo modo poſſit. *l. 1. §. 23. ff. de Quæſtionibus:*

quo ipſo omnia indicia quantumvis vehementia adeo infirmentur, ut purgati ea, & reum abſolvi quidam velint, per ea quæ tradunt Jul. Clar. *§. final. quæſt. 64. num. 38.* Boër. *deciſ. Burdigal.* 163. Anton. Fab. *ad Cod. lib. 9. tit. 24. defin. 6. & defin. 25.* Argentr. *ad conſuetud. Britan. art. 41. num. 4.* Nam eo ipſo quod judex reum quæſtioni admovet, videtur probationes ſuas ſuſpectas habere, quæ per denegationem rei in tortura factam penitus eliduntur. Ut in hanc rem argumentatur Fachin. *controverſ. lib. 9. cap. 8.* & quæ poſtea ſuper hac quæſtione notabimus. Alii iterum tanta ſint impatientia doloris, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint, aut poſſint. *d. l. 1. §. 41. ff. de Quæſtionibus.* Sic ut poſt rei confeſſionem ei per tormenta extortam judex æque incertus ſit, utrum nocentem an innocentem condemnet. Innocentiſſimos enim homines ex ſola intolerabilium cruciatuum impatientia fictum crimen confeſſos, & ex præcipiti, & inconſulta judicum ſeveritate acerbiſſima ſupplicia luiſſe, non modo per antiquioris, ſed & noſtri ſeculi flebilia in miſerandum modum exempla doceri poteſt, antiquiora vide apud Valer. Maxim. *lib. 8. cap. 4.* Petr. Ærod. *rer. jud. lib. 9. tit. 10. cap. 5.* Ann. Robert. *rer. judicat. lib. 1. cap. 4.* Gothofred. à Bavo *tract. Reatuum quæſt. 19. num. 57. in fin.* Et quæ in hac noſtra patria contigerunt, commemorant Petr. Borr. *Hiſtor. Belg. lib. 8.* & poſt eum Petr. Hoofd *Hiſtor. Belg. lib. 10. pag. mihi 491. & ſeqq.* Quibus adde nefanda illa maleficorum & ſagarum per tormenta contra veritatem extorta præjudicia, quibus tot inſontes homines ſuperiori ævo igni concrematos legimus, ſed & noviſſimum apud Amſtelodamenſes perhibetur exemplum ſuperiori etiam capite in alium caſum allatum, quo quidam pluſculum inebriatus, qui præ foribus alicujus ſuper Sarcinatoris receptaculo dormiens pernoctans, quum ei à tranſeunti homicida culter recenti interfecti hominis cruore madidus in ſacco eſſet ſuppoſitus, à lictoribus captus & in carcerem detruſus, hoc, ut videbatur, certiſſimo perpetrati facti indicio, ad torturam condemnatus, doloris impatientia tandem delictum à ſe commiſſum confeſſus; & propterea capite damnatus eſt, ſed aliquot poſt annos ab ipſo interfectore, ſuper alio crimine accuſato innocens fuit declaratus.

Quæ & ſimilia argumenta adeo adſtringunt, ut longe valentiora videantur iis, quibus tormenta pro rei veritate adhibenda eſſe, aut legibus aut rationibus quoquam modo defendi poſſe contendant. Ut recte notat Ant. Matth. *de crimin. lib. 48. tit. 16. cap. 5.* Quod enim jure Romano hac in parte conſtitutum, vix eſt ut ad mores noſtros applicari poſſit. Et quicquid adducunt alii, nulla alia ratione hunc veritatis indagandæ modum defendi poſſe putem, quam quod uſu exigente, & humanis neceſſitatibus, judiciorum commodo adinventa ſint tormenta. Quæ ſane ratio ſufficere nobis debet, quum ipſa neceſſitas legem dat. Imo ſupra leges eſt *l. 12. in pr. verb. neceſſitate ff. de reb. cred.* Jam vero expedit reipublicæ delicta quoquam modo manifeſtari, præſertim hoc ferreo ſeculo, quo tam varii emergunt caſus, tantaque hominum improbitas, & in celanda veritate pertinacia, ut niſi tormentorum metus ipſis propriam confeſſionem in ſupplementum plenioris probationis extorqueat, nemo fere ad ſupplicium, & pœnas ſcelere ſuo dignas adduci poſſet.

In criminalibus requiri probationes luce meridiana clariores conſtans eſt doctrina; nullam enim rem in publicam notionem deferri jura permittunt, quam quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita. *l. ult. Cod. de probat.* Atqui non ſemper teſtibus quod intendit accuſator firmare poteſt, neque inſtrumenta vel tabulæ ſemper in promptu ſunt, præſertim in delictis & facinoribus clam teſtibus perpetratis, neque omnia ſemper argumenta, ita in unum conſonant, & conſentiunt, ut luce meridiana clariores probationes efficiant. Ita ſicut damnari non debet, qui convictus non eſt, ſimiliter nec abſolvi debet qui ſuſpectus.

Media igitur via adinventa eſt, qua per tormenta exprimitur confeſſio, ab eo, quem iniquum & reipublicæ utilitati adverſarium eſt abſolvi: Certiſſimum ſane & indubitatum facti experimentum: qui enim in judicio interrogatus crimen fatetur, eum pro convicto haberi conſtat, & reorum confeſſiones aliis adminiculis & probationibus adjunctæ pro exploratis facinoribus habentur *l. 5. ff. de cuſtod. reor. l. 25. §. ult. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. 17. & §. 27. ff. de Quæſtionib. l. 8. Cod. ad leg. Jul. de vi. l. 16. Cod. de pœnis.* Hinc apud nos inveterata conſuetudine introductum eſt, ut non niſi in confeſſum capitales ferantur ſententiæ quibuſvis etiam exiſtentibus probationibus. Ut diſertis verbis exprimitur in Rhenolandiæ conſuetud. *art. 1.*

Datmen niemand en condemneert te ſterven / off die delinquanten moeten hare delicten ſelfs confeſſeren / niet tegenſtaende die ſelve notoir ende kenneliſk zijn door getuygen ende andre indicien.

Ut nemo morti damnetur, qui non ipſe crimen incuſatum fuerit confeſſus, licet de eo aliunde per teſtes & indicia ſatis ſuperque conſtet.

Ng

Google

Ne ſcilicet appellationi aut provocationi locus ſit, prout hoc ſequenti articulo earundem conſuetudinum totidem verbis declaratur, ut nemo hoc modo ex aliqua delicti cauſa condemnatus ad appellationem, aut provocationem admittatur. De Flandriæ moribus idem teſtatur Damhouderus *prax. criminal. cap* 38. *num.* 4. *in fin.* & in Sabaudiæ Senatu idem obtinere refert. Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 9 *tit.* 2. *defin.* 16. Et Parlamentum Pariſienſe reos convictos nihilominus quæſtioni admovet, teſte Joann. Papon. *lib.* 24. *tit.* 9. *arreſt.* 1. *in fin.* quem allegat Jul. Clar. *§. fin. quaſt.* 64. *num.* 38. *in fin.* Quod & ſequi videtur Parlamentum Burgundicum, ex iis quæ tradit Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *§. verſ. s'il n'a grace, num.* 93. Et Lombardiæ, aliiſque Italiæ locis quotidie ſervari probat Marc. Anton. Blancus Patavinus *in repetit. l. fin. ff. de Quaſt. num.* 5. Quod quamvis ſine auctoritate juris, utilitatis tamen publicæ cauſa receptum teſtatur Argentr. *ad conſuetud. Britann. art.* 41. *num.* 4.

Ut vero hic veritatis per tormenta indagandæ modus ſit legitimus, multa requiruntur, neque licitus reputatur, niſi præcedentibus aut concurrentibus hiſce neceſſariis requiſitis. Quibus omnibus contra eum procedendi modum adductis argumentis & difficultatibus ſatis proſpectum videtur.

9 I. Ad tormenta procedi non debet niſi in cauſis gravioribus & atrocioribus maleficiis *l.* 8. *ff. de quaſtionib.* Tortura enim morti æquiparatur, atque omnem corporis coercitionem ſuperat, ergo nec in levioribus delictis admittitur, pro quibus non venit imponendum ultimum ſupplicium, damnatio ad opus publicum, ad triremes, & perpetuos carceres, abſciſſio membri, & ſimilia graviora, ne major aut gravior pœna nondum convicto imponatur, quam eidem jam convicto, & condemnato inferri poſſet, per ea quæ tradunt Hippolyt. de Marſil. *ad d. l.* 8. *ff. de quaſtion. num.* 1. *& ad l. Corn. de Sicar. num.* 8. *& in praxi criminal. §. expedit a num.* 29 Jul. Clar. *§ fin. quaſt.* 64. *num.* 3. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Damhoud. *prax. crimin. cap.* 35. *num.* 4. Chriſtin. *ad leg. Mechlin. art.* 7. *num.* Ant. Matth. *de criminib. tit. de quaſtionib. cap.* 3. *num.* 1. *in fin.* Unde nec in crimine ſimplicis furti, pro quo fuſtigationis tantum, temporalis exilii, aut alia relegatione minor pœna venit imponenda, tormentis locum eſſe, ne quidem præcedentibus legitimis indiciis, ſed in atrociori & violenti furto tantum obtinere communiter concludunt DD. *ad d. l.* 8. *ff. de quaſtionib.* Quod & noſtris & aliorum moribus receptum probant Ludovic. Peguera *deciſ. Catalon.* 16. *num.* 2. *& ſeq.* Ludovic. Charond. *pandect. du droit Françoi lib.* 4. *cap.* 10. Joann. Anton. de Nigris *ad cap. Reg. Neap.* 144. *num.* 3. Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 9 *tit.* 21. *defin.* 4. Damhoud. *dict. cap.* 35. *num.* 4. *&* Anton. Matth. *de Quaſtionibus d. cap.* 3. *num.* 3.

10 II. Requiritur, ut de delicto perpetrato & de corpore delicti certo conſtet. *l.* 1. *§.* 24. *ff. de Senatuſconſult. Syllaniano,* etiamſi ſufficientia indicia contra reum de perpetrato aliquo crimine extiterint. Veluti ſi quis hoc aut illo loco circumſcriptus, per aliquot dies è medio ſit ſublatus, ita ut nullibi appareat aut reperiri poſſit, & ex variis circumſtantiis & indiciis præſumatur eum ab hoc vel illo eſſe occiſum, ad torturam procedi non poteſt, niſi prius ipſum occiſum corpus appareat; aliquando enim contigit ut tales latitantes, & ſufficienti, ut videbatur, indicio pro occiſis habiti, poſtea vivi apparuerint, ut ſui temporis exemplo probat Jul. Clar. *§. fin. quaſt.* 64. *num.* 3. *& in fin.* Et in Gallia contigiſſe referunt Ann. Robert. *Rer. Judicat. lib.* 1. *cap.* 4. & poſt eum Mornac. *ad l.* 25. *ff. ad leg. Aquil.* relatum in Appendice Joan. Papon. *ad lib.* 24. *tit.* 9. *circa fin.* Vid. Damhoud. *prax. crimin. cap.* 35. *num.* 6. Boër. *prax. criminal. quaſt.* 164. *num.* 8. Farinac. *prax. criminal. quaſt.* 38. *num.* 1. Et hoc expreſſim requirit conſuetudo Ultrajectina *Rubr.* 37. *art.* 2. Mechlin. *art.* 7. Neque in eo ſubſiſtunt mores noſtri, quibus inſuper de lethali vulnere extrinſecus immiſſo per Ordinarios Medicos, & Chirurgos inquiri ſolet, qui vulnera inſpiciunt, & eorundem qualitates deſcribunt. Ut de Flandrorum moribus etiam teſtatur Chriſtin. *ad conſuetud. Mechlin. art. dict.* 7. *num.* 4.

In notoriis tamen latronibus, & nefariæ vitæ nebulonibus, quandoque ad torturam deveniri poteſt antequam de ipſo delicti corpore conſtet, veluti in aſſaſſinatu, aut ſimili delicto qualificato, ſi modo aliunde perpetrati criminis indicia extiterint: veluti ſi aliquo loco ſanguis effuſus invenitur, & anhelitus, aut anxius clamor fuerit exauditus circa eum locum ubi iſti nebulones reperti fuerint, & aliquis à ſuorum præſentia ſit ſublatus, ut ubi evaſerit, nuſquam appareat: quo caſu ex iis aut ſimilibus indiciis etiam ad torturam deveniri poſſe volunt communiter, non ſolum propter immanitatem tanti flagitii, ſed ob id etiam, quod ejuſmodi hominum genus curare ſoleant, quantum fieri poteſt, ne cadaver reperiri poſſit. Ut in caſu quem refert Chaſſanæus *ad conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *§.* 5. *in verb. s'il n'a grace.* quo quidam Maſſarius dominum ſuum interfecerat, & ne conſtaret, in lacum Cumanum projecerat, cujus facti nulla erant indicia, quam quod ſanguis

inveniretur effoſus prope eum locum, ubi poſtea reus confitebatur ſe eum interfeciſſe, neque ipſum cadaver piſcando inveniri potuit, qui eo non obſtante eruta propria confeſſione fuit condemnatus. Cui adde exemplum Bajardi in notis ad Julium Clarum *§. fin. quæſt.* 55. *num.* 12. quo latrones confitebantur ſeſe quoſdam mercatores interfeciſſe, quos in mare projecerant. Quod & noſtri temporis deteſtandis exemplis comprobari poſſet. Vide etiam Anton. Fabr. *ad Cod. lib.* 9. *tit.* 21. *de quæſtionib. defin.* 17.

III. Ut torturæ locus ſit, legitima, veroſimilia, & probabiliter concludentia præcedere debent indicia, duobus ut minimum teſtibus fide dignis probata. Adeoque de ipſo facto conſtet, ut ſola tantum rei confeſſio deeſſe videatur. *l. ult. Cod. de probat. l.* 8. *§.* 1. *Cod. de quæſt. l.* 1. *§.* 1. *ff. eod.* Facit text. Sanctionis criminal. *Philippi II. circa Stilum ac procedendi modum in criminalibus cauſis, art.* 42. quo omnibus & ſingulis judicibus prohibetur unquam torturæ adminiculo uti quam in cauſis ubi facta adeo notoria, & probationes adeo prægnantes ſunt, ut nihil omnino deeſſe videatur quam ipſius rei propria confeſſio, ut is indubitate damnetur. Eaque eſt indubitata omnium DD. ſententia, ut videre eſt apud Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 64. *num.* 9. Boër. *deciſ.* 165. *num.* 2. 3. Hippolyt. de Marſil. *ad d. l.* 1. *ff. de quæſtion.* Argentr. *ad conſuet. Brittann. tit.* 1. *art.* 41. *num.* 3. Maſcard. *de probationib. lib.* 3. *concluſ.* 1385. Farinac. *prax. crimin. tom.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 1. *& tom.* 2. *quæſt.* 43. *& ſeqq.* Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 120. 121. Chriſtin. *ad leg. Mechlin. art.* 7. *num.* 4. Anton. Matth. *de criminib. tit. de quæſtion. cap.* 3. *num.* 6. 21

Diai *indicia*] Quia plura eſſe debent, quum enim indicia probationes non ſint, ſed ſigna tantum & demonſtrativa adminicula ad plene perſuadendum, ut ea definiunt Ægid. Boſſ. *prax. criminal. tit. de indiciis & conſiderationibus ante torturam, num.* 2. & Farinac. *prax. criminal. tom.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 3. & para quidem probationis, ipſa tamen per ſe probatio non ſint, utpote remota ab ipſo facto, plura ſimul concurrentia ad torturam imponendam requiruntur, neque unicum ſufficere poteſt, quare nec alibi in jure, quum de neceſſariis admittendæ torturæ requiſitis agitur, indicia aliter quam in plurali numero præſcribuntur, certiſſimo argumento ipſos voluiſſe juriſconſultos, unicum ad tormenta non ſufficere. Et certe quum talia eſſe debeant, ut ad plenam probationem nihil quam ipſa rei confeſſio deeſſe videatur, *d. l.* 1. *§.* 1. *ff. de quæſtionibus*, fieri non poteſt ut unicum tam veroſimile ſit, ut de eo hoc prædicari poſſit. Ut pluribus perſequitur Anton. Matth. *tit. de Quæſtionibus. d. cap.* 3. *num.* 8.

Volunt alii unicum quandoque indicium ſufficere ad torturam, neque ſemper requiri ut duobus illud teſtibus probetur, diſtinguentes inter indicia crimini remota, & crimini proxima, veluti, ſi unicus teſtis omni exceptione major deponat, ſe vidiſſe, aut ex cognito clamore audiviſſe Sejum à Sempronio vulneratum, & occiſum eſſe, aut ipſe reus extra judicium confeſſus ſit ſe hoc vel illud delictum perpetraſſe. Quod ſufficere volunt. Inter quos Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 21. *num.* 2. 31. *& quæſt.* 22. *num.* 2. Ægid. Boſſ. *prax. criminal. tit. de Indiciis & conſiderationib. ante torturam, num.* 5. Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. quæſt.* 89. *num.* 5. *&* 14. *& de arbitr. jud. caſu* 331. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. 8. Joann. Zanger. *tract. de Quæſtionib. & Tortur. cap.* 2. *num.* 16. *& cap.* 4. *num.* 38. & poſt eos Carpzov. *Prax. Criminal. part.* 3. *quæſt.* 121. *num.* 10. *&* 41. Quæ ſane diſtinctio ſua ratione nititur, neque illi caſus proprie loquendo indiciorum nomine veniunt, quæ tantum ſuſpicionem & præſumptionem inducunt, ſed tales ſunt qui ipſam facti probationem in ſe continent, ac proinde alia ratione ad imponendam torturam ſufficere videntur. Quum tamen in priori caſu, qui quidem prægnantior poſteriori videtur, ne quidem in civilibus cauſis unius teſtimonium pro ſemiplena probatione ſit, etiamſi præclaræ Curiæ honore præfulgeat, niſi & aliis adminiculis adjuvetur. *l.* 9. *§.* 1. *Cod. de teſtib.* multo minus in criminalibus cauſis unius hominis teſtimonium pro ſemi plena probatione eſſe, ac proinde pro interponenda quæſtione per torturam adhibenda admitti non debere JC. Paulus reſpondit. *l.* 20. *ff. de Quæſtion.* vix eſt ut admittatur: niſi in famoſis latronibus, furibus, & ſcurris, quos præterea vita ante male acta pro debito adminiculo damnat. Vide Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 18. Argentr. *ad conſuetud. Brittann. art.* 41. *num.* 3. 4. Joann. Papon. *lib.* 24. *tit.* 9. *arreſt.* 2. Farinac. *Prax. Criminal. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 37. *num.* 13. & poſt eos Anton. Matth. *tit. de Quæſtionib. cap.* 3. *num.* 8. *& num.* 10. ubi & ipſam ſolam extrajudicialem confeſſionem ad tormenta ſufficere probabili ſatis argumento negat, quod ſcilicet multi aut metu, aut qua alia de cauſa contra ſe confiteantur, & homines inebriati qualibet facinora etiam nunquam commiſſa ad oſtentationem audaciæ & fortitudinis ſuæ commemorare facile ſoleant, & ſatis concione argumento ex *l.* 1. *§. ult. ff. de Quæſtionibus.* deducto reſpondet, quod ibi non de extra judiciali, ſed judiciali confeſſione agatur. Et certe ut ad priorem caſum revertar, apud nos expreſſa 22

ſan-

ſanctione Philippi II. circa juſtitiam cauſarum criminalium *Anno.* 1570. lata *art.* 61. ei conſuetudini qua aliquem ex unius teſtis dilatione torturæ ſubjicere aliquando conſueverant, ut corruptelæ, & contra rationem aut legem introductæ, derogatum eſt.

13 Varia quidem ſunt indicia ad torturam pertinentia & pæne innumera, ſic ut ad certa genera deduci non poſſint. Generalia ſunt, quando in examine quis reperitur mendax, trepidus, balbutiens & varians, quod poſitionibus & articulis propoſitis perverſe, aut nihil omnino reſpondere voluerit, confeſſio extrajudicialis, præcedentes minæ & riæ cum eo qui interfectus reperitur, quod quis repertus ſit in loco cædis, aut prope cum cum gladio aut cultro cruentato ſtupefactus, tremens & pallidus, quod ſanguis in ſuſpecti præſentia è vulnere occiſi effluxerit, fuga ante accuſationem, delatio ſocii criminis, converſatio malorum, ſi res furtiva apud aliquem reperiatur, nec potuerit dicere aut probare unde habuerit, ſi viſo eo, cui furtum factum dicebatur, cum clamore protenus aufugerit, ſi eum qui ſurreptas pecunias perſequenti indicaret, occidere voluerit, ſi quis in eodem crimine vel alio jam ante deprehenſus fuerit, & innumera alia, quæ arbitrio judicis committuntur, ut is deſpiciat an & qualia ad torturam inducendam, & condemnandum ſufficiant. *arg. l. 10. §. 3. ff. de Quæſtion. junct. l. 1. §. ult. Cod. de Jure deliber.* Vide Menoch. *lib. 1. præſumpt. quæſt.* 89. *num.* 1. Parid. de Puteo *tractat. de Syndicatu, verb. Tortura. verſ. quia. verſ. & an ſi. & verſ. an fama.* & Marc. Anton. Blanc. *in ſingulari tractat. de Indiciis. ad l. fin. ff. de Quæſtionib.* Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 20. *num.* 4. Boſſ. *prax. criminal. d. tit. de Indiciis, num.* 30. Joann. à Sande *lib.* 5. *tit.* 9. *defin.* 15. *verſ. Alii. circa finem.* Ubi, quando judicis animus ea pro certis & indubitatis habet, pœnam ordinariam locum habere probat ex Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 2. *num.* 7. Plurium Indiciorum enumerationem vide apud Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 21. Hippolyt. de Marſil. *prax. criminal. §. diligenter.* Anton. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. *& ſeqq.* Georg. Tholoſan. *Syntagmat. Jur. Civil. lib.* 48. *cap.* 12. *num.* 10. 11. Ægid. Boſſ. *prax. criminal. tit. de Indiciis & conſiderat. ante torturam.* Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 9. *tit.* 21. *defin.* 4. *& defin.* 10. *in not.* Argentr. *ad conſuetud. Brittan. tit.* 1. *art.* 41. *num.* 3. Carpzov. *prax criminal. part.* 3. *quæſt.* 121. Joann. Zanger. *tract. de Quæſtion. & tortur. cap.* 2. Chriſtin. *ad Conſuetud. Mechlin. art.* 7. *num.* 4. Anton. Matth. *ad tit. de Quæſtionib. cap.* 3. *num.* 7. & omnium latiſſime Farinac. *prax. criminal. tom.* 2. *quæſt.* 43. *& ſeqq.*

14 IV. Requiritur, ut non niſi à judice per ſententiæ modum tortura decernatur, & reus contra eam ſuam habeat defenſionem, eſt enim tortura pœnæ & ſupplicii pars, qua reus ſine condemnatione ex prævia cauſæ cognitione lata affici non debet. *l. 19. ff. de pœnis. junct. l. fin. ff. de quæſtionib.* Gloſſ. & DD. ad *l. 3. Cod. ad leg. Jul. Majeſtat. & ad l. 1. §. 24. ff. ad Senat. Syllanian.* Vide Farinac. *prax. criminal. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 38. *num.* 7. Joann. Zanger. *de Quæſtionib. & tortur. cap.* 4. *num.* 1. Anton. Matth. *tit. de Quæſtionib. cap.* 4. *num.* 6. idem ſtatuit *ſanctio criminal. Philippi II.* circa modum procedendi in criminalibus cauſis, *art.* 39. Adde Conſuetud. Antverpienſ. *tit.* 14. *art.* 1. Inſtruct. Cur. Ultraject. *tit.* Dan proces crimineel / *art.* 8. & Conſuetud. Diœceſ. Ultraject. *Rubric.* 37. *art.* 4 & Conſuetud. Amſtelodamenſ. *cap.* 7. *art.* 7.

15 A qua ſententia utrum appellari poſſit videndum? Et quidem quum hæc ſit interlocutoria, quæ tale gravamen continet, quod poſtquam executum ſit, poſtea per definitivam corrigi aut reſtitui non poſſet, ſi ordinarium procedendi modum ſpectes, appellatio denegari non poteſt: *l. 2. ff. de appellat. recip.* Sed quum moribus noſtris ut plurimum extraordinarie ſuper rei confeſſione totus inſtituatur proceſſus, à cujus ſententia tum appellare non licet, ut latius ſuo loco, hic etiam venit diſtinguendum ut ſi ex ſola ſua ad interrogata reſponſione, & propria confeſſione ad torturam ſit condemnatus, appellationi etiam nullus ſit locus, ſin vero ex indiciis extrinſecus allatis damnatus ſit, quum illud ordinarium procedendi modum ſpectet; nihil eſt quod appellationem impediat, text. eſt in *d. l. 2. ff. de appellat. recip.* Vide Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 23. Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 64. *num.* 27. & maxime circa finem, ubi etiam notat ſecundum patriæ ſuæ morem, ubi omnis appellatio in criminalibus ſublata eſt, hujuſmodi etiam appellationes fruſtra interponi. Adde Farinacium *prax. criminal. tom.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 10. Joann. Zangerum *tractat. de Quæſtionibus ſeu tortur. cap.* 4. *num.* 3. Anton. Matth. *tit. de Quæſtionibus cap.* 4. *num.* 6. 7.

16 Hinc conſequens eſt, ut his, quos ad torturam deduci contenditur, detur copia & exemplar aut reſponſionis ſuæ, ſi ſuper his ſolis ſe fundare voluerit actor, aut indiciorum, quibus uti velit, addito dilationis termino, quo defenſionem per ſe, vel per alios parare, indicia contrariis argumentis elidere poſſit. Quod quamvis Jure Romano directo probari non poſſit, uſu tamen ubique obtinet, ne cuiquam in ſua defenſione aliquod fiat præjudicium. Quod etiam non petenti

reo dandum eſſe quidam volunt, ut judex ſuppleat ea quæ à partibus fuerint omiſſa. *arg. l. unic. Cod. Ut quæ deſint advocat. part. judex ſuppl. l. 9. §. 1. l. pen. ff. de Interrogat. in Jure faciend. junct. l. 3. §. 3. ff. de Teſtib. l. 22. Cod. ad l. Corn. de falſ.* Quum & ei qui cognoſcit, nemine reum defendente incumbat de ejus innocentia inquirere. *l. 19. ff. de pœnis.* & ante omnia curare ne innocentibus periculum fiat. *l. 2. in fin. Cod. de his qui latron. l. 12. l. 17. in fin. Cod. de Accuſat.* Ita receptum teſtatur Hippolyt. de Marſil. *ad l. 1. de Quæſtionib. num. 5.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 21.* Boſſ. *prax. criminal. d. tit. de Indiciis, num. 74. & ſeqq.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 49. num. 1. & ſeqq.* Farinac. *prax. criminal. tom. 1. quæſt. 11. num. 10. & quæſt. 39. per tot.* & poſt eos Joann. Zanger. *tractat. de Quæſtionib. cap. 3. num. 1. & ſeqq.* Chriſtin. *ad l. Mechlin. art. 7. num. 5. in fin.* Ant. Matth. *de criminib. ad tit. de Quæſtionib. cap. 4. num. 3. 4.* Et hoc dictat inſtitutio Cur. Ultrajectin. *tit.* Van proces crimineel / *art. 8.* his verbis:

Dat den Procureur Generaal als hy ſijn getuygen beleyd heeft / den gevangen de namen van de ſelve / mitsgaders copye van de articulen daar op die gehoort ſijn ſal overleveren / ten eynde hy daar op mag ſeggen 't geen hem goed dunkt / ende indien hy yets daar tegens weet te ſeggen / dat bewyſen ſynde t'ſijner onſchuld mogte dienen / ſal men hem tot bewijs van dien toe laten / ende ordonneren 't ſelve te doen binnen ſekeren korten peremptoiren tyd.

Ut Procurator Generalis ſi quando per teſtes inquiſiverit, eorum nomina reo exponat, eique articulorum ſuper quibus interrogati fuerint, copiam tradat, ut adverſus ea inferat, prout ei videbitur. Et ſi quid inferat, quod in probanti forma ad ejuſdem innocentiam pertineret, dato probandi termino peremptorio admittetur.

V. Ipſa tortura præſente judice, & pro modo & tempore ab eo præſcripto fieri debet, qui 17
moderatus eſſe debet, & magis aut minus intenſus pro indiciorum aut probationum ratione, neque adeo extendi debet, ut corpori patientis ullam gravem læſionem, aut mutilationem infligat. Neque in accuſatoris aut carnificis poteſtate eſſe debet, quæ aut quanta tormenta adhibeat. Quæſtionis enim modum judices arbitrari debent, & tormenta adhibenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat, ſed ut moderatæ rationis temperamenta deſiderant. *l. 7. l. 10. §. 3. ff. de Quæſtionib.* Vide Jul. Clar. *§. final. quæſt. 64. num. 37.* Hippolyt. de Marſil. *ad d. l. 7. & 10. ff. de Quæſtionib.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de tortur. num. 27.* Damhouder. *prax. criminal. cap. 37. num. 5.* Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 124. num. 20. & ſeqq.* Farinac. *prax. criminal. tom. 1. quæſt. 38. num. 34. & ſeqq.* Ubi late de gradibus & modo torturæ, Chriſtin. *ad ll. Mechlin. art. 7. num. 11.* Anton. Matth. *de Criminib. tit. de quæſtionib. cap. 4. num. 9.* Atque ita ſervari jubetur Conſuetud. Ultraject. *Rubr. 37. art. 5.*

Dat die ſcherpe examinatie met ſoodanige moderatie ende getemperthevt geſchieden ſal / dat het lighaam van den patient niet geminkt / gemutileert ofte te ſeer gequetſt en werde. Ende ſal de torture weſen ſtraff / middelbaar / off minder / na de indicien / ende preſumptien die van de delicten zijn.

Ipſa tortura tali moderamine & temperamento fiat, ut ne patientis corpus mutiletur, rumpatur, aut nimium lædatur, eritque ea major, media, aut minor pro judiciorum aut facti præſumptionum qualitate.

Concordat Statutum Antverpienſ. *tit. 14. art. 3.* & Conſuetud. Amſtelodamenſ. *cap. 7. art. 2.* Quibus expreſſis verbis cavetur, ne Scholtetus captivum ad torturam ducat niſi ex prævio judicis decreto, eoque præſente, neque eum graviori torturæ ſubjiciat, quam judici adhibendus videatur.

Torquendi gradus apud nos fere ſunt, virgarum ictus, deinde corporis à brachiis poſt ter- 18
gum elatis ſuſpenſio, addito iterum virgarum ictu, & ad ſummum grave aliquod pondus ita ſuſpenſi pedibus alligatum, quibus tum etiam addunt dictas quaſſationes, aut aquam frigidam in dorſo pendentis adhibitam, quod tormenti genus ſæviſſimum eſſe volunt. Ut quo præter intolerabilem dolorem, ipſum corpus dilaniari, diſſolvi, & ab ipſo corpore divelli poſſent. Quibus & alii addunt ferrea quædam inſtrumenta nodulis plena, vulgo Scheenborden / quibus crura & tibias pedum magna vi ita comprimunt, ut undique ſanguis effluat.

Tempus autem continuandæ torturæ non ultra unius horæ ſpacium, etiam in gravioribus de- 19
lictis extendendum vult Farinac. *d. quæſt. 38. num. 54.* ſed ut plurimum judicis arbitrio committitur, qui propterea præſens eſſe debet.

VI. Atque ultimum requiſitum eſt, ut ſi reus in tormentis factum conſtanter negaverit, & in 20
ea negatione perſeveraverit, tortura repeti non debeat, niſi ex novis, & diverſis à prioribus intercedentibus indiciis. *arg. l. 18. §. 1. ff. de Quæſtionib. junct. l. 16. ff. eod.* quæ eum in modum limitanda eſt. Vide Ægid. Boſſ. *prax. criminal. tit. de tortura. num. 42.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 64. num. 46.* Georg. Tholoſan. *Syntagmat. lib. 48. tit. 12. num. 25. 26.* Menoch. *de arbitr-*

arbitr. jud. caſ. 272. Boër. *deciſ.* 163. *num.* 9. Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 9. *tit.* 21. *defin.* 3. Damhouder. *prax. criminal. cap.* 38. *num.* 5. *& num.* 12. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 38. *num.* 72. *&* 77. Joann. Papon. *lib.* 24. *tit.* 9. *arreſt.* 2. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 26. Anton. Matth. *de criminib. tit. de quæſtionib. cap.* 4. *num.* 14. facit text. in ſanctione criminali Philippi II. circa procedendi modum in criminalibus cauſis, *art.* 41. Ubi expreſſis verbis cavetur: Ut ſi reus in tormentis negando perſiſtat, ita, ut nihil ab eo exhauriri poſſit, is abſque novis indiciis ad torturam reduci non poſſit.

Dixi *novis & diverſis à prioribus indiciis*] Quia non tantum genere, ſed & ſpecie & ſubſtantia à prioribus differre debent, veluti ſi unus teſtis omni exceptione major deponat de actu aliquo immediato, & proximo. Pone, quod dicat ſe vidiſſe occumbentem à reo eſſe occiſum, vulneratum, aut eum gladio evaginato aut cruentato circa occiſum reperiſſe, quum prior quæſtio habita fuerit præcedentibus tantum aliis indiciis remotis, puta famæ, gravioris inimicitiæ, præcedentis rixæ, minarum, aut ſimilium. Ut poſt Angel. Aretin. Ludovic. Bologninum, Bartol. & Hippolyt. de Marſiliis ibid. allegat. declarant Franciſc. Brun. *tractat. de Indic. quæſt.* 5. *part.* 2. *num.* 63. Joann. Zanger. *tractat. de quæſtionib. ſeu tortur. cap.* 5. *num.* 15. Damhouder. *prax. criminal. cap.* 38. *num.* 5. & Farinac. *prax. criminal.* Rationem adducunt, quia per adhibita tormenta priori indicia quaſi purgata videantur, ac proinde non niſi ex novis indiciis reus aggravari poſſit.

21 Quod quum moribus atque uſui non uſquequaque convenire viderit Anton. Matth. *ad tit. de quæſtionib. cap.* 4. *num.* 14. ab hac DD. communi opinione uſum noſtrum diſcrepare putavit. Qui tamen hac diſtinctione facillime conciliandus mihi videtur. Ut dicta DD. opinio reſtringenda ſit ad leviora quæcunque indicia, quæ per tormenta adhibita purgari poſſunt. Cæterum in evidentioribus indiciis, quæ parum aut nihil ab ipſa veritatis probatione abſunt, non ſolum repeti ſolet quæſtio ſi nova emerſerint indicia, ſed & ſi priora fuerint valde urgentia, præſertim in capitalibus & gravioribus delictis. Ut latius probatur à Farinacio *prax. criminal. tom.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 81. *& DD. ibid. allegat.* Cui tum optime convenit, nova, ut videtur, ſed veriſſima inter-
22 pretatio *l.* 18. *§.* 1. *ff. de quæſtionib.* ubi verba *evidentioribus argumentis*, non tantum comparative ad præcedentia, ſed & poſitive ad præſentia indicia referri commode poſſunt, maxime ſi conjungas cum ſequenti verbo *oppreſſus*, quod præteriti non futuri temporis eſt, adeoque & eum deſignat, qui ante adhibitam primam quæſtionem evidentioribus, id eſt graviſſimis, & neceſſario concludentibus argumentis premebatur. Quæ vel eo magis moribus noſtris convenit, adeoque placere debet interpretatio, quod omnibus omnino probationibus etiam luce meridiana clarioribus, ipſa rei confeſſio ſuperaddi debeat, ut ſupra ſuo loco oſtendimus, ac propterea ſecundam & ulteriorem inquiſitionem pro eruenda ea confeſſione admitti, nihil eſt quod vetat. Sed legitimum tempus intercedere debet, quo veroſimiliter ceſſare tormentorum dolor videtur. Ne ſub torturæ repetitione reus ſuccumbat, aut ex doloris & cruciatus impatientia ad deſperationem deductus, confiteatur ea, quæ ne quidem unquam cogitavit. *l.* 1. *§.* 23. *ff. de quæſtionib.* Ut latius infra, ubi de reiteranda confeſſione per torturæ cruciatum eruta.

23 Quoties vero ex novis intercedentibus indiciis tortura repeti poſſit expreſſum non eſt, unde toties eam repeti poſſe quidam volunt, quoties judici videbitur, *arg. d. l.* 16. *ff. de quæſtionibus. junct. l.* 18. *§.* 1. *ff. eod.* Exſtat exemplum ſervi ſexies torti apud Valer. Maximum *lib.* 8. *cap.* 4. & noſtro tempore pluries in libero homine torturæ repetitionem adhibitam fuiſſe commemorant Petrus Bor. *Annalium Holl. lib.* 8. & poſt eum Petrus Hoofd *Hiſt. Belg. lib.* 10. *pag. mihi* 491. Sed qui crudeliſſimus torquendi modus, non tantum in torturæ repetitione, ſed & inaudito torquendi modo merito pro immaniſſima tyrannide damnatur ac proinde ad exemplum trahi minime poteſt. Bis tantum torquendum etiam eum contra quem multa, & maxima exſtant indicia quidam volunt, quia nova indicia per ſupplicium ſecundæ torturæ ſatis videantur expiata. Ita ſenſiſſe videtur Parlementum Pariſienſe apud Joann. Papon. *lib.* 24. *tit.* 9. *arreſt.* 5. Idem tradit Damhouderus *prax. criminal. cap.* 38. *num.* 12. Quod & ex mente Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 21. *num.* 36. pro veritate aſſerit Farinac. *prax. criminal. tom.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 93. Alii tertiam addunt torturæ repetitionem, ultra quam neminem, etiam in urgentiſſimis indiciis, quæſtioni admovendum eſſe, conſentiunt omnes, per ea quæ tradunt Hippolyt. de Marſil. *ad d. l.* 16. *ff. de quæſtionibus num.* 8. *& ſeqq.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 64. *num.* 46. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 38. *num.* 96. *& num.* 105. Ubi vide plures DD. allegat. Georg. Tholoſan. *ſyntag. jur. lib.* 48. *cap.* 12. *num.* 26. Anton. Matth. *de crimin. ad tit. de quæſtion. cap.* 4. *num.* 14. *ſub fin.* Et quamvis regulariter unica torturæ repetitio ſufficere videatur, quia ſufficere debet ſemel atque iterum ad

ulti-

ultimum tam immane & crudele remedium convolaſſe. Quum tamen aliqui caſus exiſtere poſſunt, in quibus, propter levitatem torturæ ſemel atque iterum admotæ, aut propter atrocitatem delicti, & urgentiora indicia tertio etiam admitti poſſe ac debere ſuis rationibus multi probent, conſequens eſt, hoc judicis arbitrio eſſe relinquendum, quoties is pro qualitate criminis & ratione circumſtantiarum eam repetendam eſſe exiſtimaverit. text. eſt in *l. 7. ff. de quæſtionib. & ibi* Hippolyt. de Marſil. *num.* 60. 61. Vid. Parid. de Puteo *tract. de Syndicatu*, *verb. tortura. verſ. de repetit. num.* 5. Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 64. *num.* 46. Hinc pro regula poni poteſt in levioribus torturæ gradibus, tormenta etiam tertio repeti poſſe, præſertim ſi prima, aut ſecunda cum proteſtatione repetitionis fuerit remiſſa, ut ſæpiſſime fieri ſolet. Quo fundamento reus, qui in prima tortura delictum fuerit confeſſus, poſtea vero negaverit, & dicat ſe dolore tormentorum ad confeſſionem adactum, ut quandoque fieri ſolet, is ſecundo torqueri, & ſi ſecundo idem factitarit, tertio etiam ad torturam adduci poteſt, eo quod neutra tortura earundem fuerit integra, & pro facti veritate urgentia fuerint indicia. Quo caſu demum tertiam torturæ repetitionem admittit Boſſ. *prax. criminal. tit. de confeſſ. per torturam*, *num.* 43. & poſt eum Farinac. *prax. criminal. d. quæſt.* 38. *num* 92. 96.

In cæteris vero poſt unicam eamque integram ac ſufficientem torturam, ſecundam non eſſe admittendam rectius ſtatuunt DD. ſupra allegati, niſi forte in atrociſſimis delictis per evidentiora indicia probatis, veluti ſunt læſæ majeſtatis crimina, veneficii, aſſaſſinii, latrocinii, ſacrilegii, parricidii, infanticidii, rapinæ, Sodomiæ, incendii, ſortilegii, homicidii ex propoſito, & animo deliberato commiſſi, & ſimilia, pro quibus lex vel Statutum imponat pœnam graviorem, quam ſimplicis mortis in ſuo genere. Quam delictorum diſtinctionem probat Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. 1. num.* 9. Quo caſu etiam ad tertiam torturæ repetitionem deveniri poſſe quidam volunt, eo quod ſi tam atrociter delinquentes, liberationem aut pœnæ remiſſionem ſibi promittere poſſint, ſi animi & corporis duritie primam aut ſecundam torturam ſuſtinuerint, raro vel nunquam eorundem criminum rei punirentur, & ut Farinac. *d. quæſt.* 38. *num.* 91. pro ratione adducit, ſtaret furca in viduitate, & delicta remanerent impunita. Eamque ob cauſam à Saxon. Electore certos limites poſitos eſſe refert Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 125. *num.* 51. quibus in criminibus atrocibus duas, in atrociſſimis vero tres vices quæſtionum admittit, nec ultra eas aliquam quæſtionem admitti voluit.

Quod noſtris & aliorum moribus convenit. Quibus quum ordinarie ad torturæ reiterationem ſine novis indiciis deveniri non poſſit, in manifeſto fure, ædiumque effractore primam torturam magna firmitudine ſuſtinente, quum deliberatum eſſet utrum propter diffamatam perſonæ conditionem etiam ſine novis indiciis ad ſecundam torturam deduci poſſet, diu hæſitatum fuit, ac tandem concluſum, omnia quidem ad ſecundæ torturæ actum proximum ei proponenda, ad ipſam vero torturam non eſſe deveniendum. Cujus metu adeo fuit perterritus, ut ultro omnia & plura quam ab ipſo expeti potuiſſent, fateretur, & in ea confeſſione non ipſe tantum ad ſupplicium uſque perſiſteret, ſed & multos variorum admiſſorum ſocios nominaverit, in quos non fruſtra poſtea fuit inquiſitum. De ratificatione confeſſionis in tortura factæ & torturæ repetitione, & quomodo ſit procedendum, ſi reus confeſſionem ſuam revocet, late tractat Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *cap.* 126. *&* 126. & latius infra *cap. ſeqq.*

CAP. IX.

De Confeſſionibus & effectu Torturæ, de ſociis criminum delatis; & quid ſi reus Torturam negando audacter ſuſtineat.

SUMMARIA.

1. *Confeſſio poſt tortura cruciatum repeti, & ratificari debet.*
2. *Si quis in confeſſione ſua ſocios criminis nominaverit, an ſufficiens ſit indicium ad torturam illi ſocio imponendam varie diſputatur.*
3. *Quænam requiſita & indicia concurrere debeant, ut is qui ab alio tanquam ſocius criminis fuit delatus, ad torturam deferatur.*
4. *De modo interrogandi ſocios criminum, remiſſive.*
5. *Conſociorum criminis confrontatio an & quando neceſſaria.*
6. *Si reus in ipſa tortura, objectum ſibi crimen pertinaciter neget, & torturam negando ſuſtineat,*

neat, utrum abſolvendus, an condemnandus ſit, varie diſputatur.
7. *Quando abſolvendus.*
8. *Quando extraordinaria mitiori pœna puniendus.*
9. *Quando non obſtante negatione in tortura pertinaciter facta, ordinaria pœna locus ſit.*
10. *Exemplum Cornelii de Wit.*
11. *An & quando Reus ad ordinarium proceſſum per procuratorem ex carcere defendendum admittatur.*

1 Quemadmodum confeſſioni ſponte factæ, nullis aliis adminiculis accedentibus ſtandum non eſt, ut ex ea ſola quis condemnari poſſit, *l. 1. §. 27. & §. 17. ff. de Quæſtionib.* uti latius ſupra *cap. 7. num. 19.* notavimus, ita nec illa confeſſionis effectum habet, quæ per torturam exprimitur, niſi & extra tormentorum metum ac dolorem repetatur, ac libere ratificetur. *arg. d. l. 1. §. 17. & 23. ff. de Quæſtionib. junct. l. 16. l. 18. §. 1. ff. eod. & l. 2. Cod. de cuſtod. & exhibit. reor.* Quapropter ut confeſſus pro convicto habeatur, & ſua ſententia damnetur *l. 1. l. 6. ff. de confeſſ.* moribus noſtris ubique introductum eſt, ut poſtridie aut longiori intercedente tempore poſt tormentorum dolorem, coram univerſo Senatorum cœtu omnibus vinculis liber, & extra omnem pœnam ſiſtatur reus, ut eandem confeſſionem ſuam repetat, & ratificet. Ita vult *conſtit. criminalis Philippi II. art. 40.* his verbis. D. XLII. II. Cod. VII. LIX. De Confeſſis.

Indien mits de voorſz. Pijnbank den gevangen belijd / 't geene des hem opgeleyd werd / willen wy dat buyte de plaatſe der ſelve / ende binnen eenen dage daar naa / andermael ander vraagt ſal werden / ſonder Pijnbank ende buyten de plaatſe der ſelver om te beſien of hy op ſijn belijdenis blyft ſtaan.

Si prehenſus reus torturæ ſubjectus, confiteatur delictum, eandem confeſſionem poſt diem, reiterata interrogatione extra torturæ vincula renovari volumus, ut de perſeveratione ejuſdem confeſſionis conſtet.

Cui conſonant Conſuetud. Ultraject. *Rubr. 37. art. 7.* Conſuetud. Antverp. *tit. 14. art. ult.* Conſuetud. Amſtelodam. *cap. 7. art. 3.* De aliorum moribus vid. Damhoud. *prax. criminal. cap. 39. num. 7.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de confeſſis per torturam, ac effectu torturæ. num. 1. & 7.* Gonſales de Paz *in ſua praxi tom. 1. part. 4. cap. 3. §. 12. num. 23. & ſeqq.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 64. num. 40.* Gomez. *var. reſolut. vol. 3. cap. 13. num. 24.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 9. tit. 21. defin. 18.* Joann. Papon. *lib. 24. tit. 9. Arreſt. 9.* Anton. Matth. *de criminib. tit. de Quæſtion. cap. 4. num. 11.* Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 126. num. 4. 17. & ſeqq.*

2 Quod ſi in confeſſionis qualificatione ſocios criminis nominaverit, anne huic confeſſioni ſtandum ad hoc ut indicium faciat ad torturam tertio imponendam, videndum eſt? Cui multum quidem arbitrio & diſcretioni judicis committitur *l. 1. §. 26. ff. de quæſtionib.* Ita tamen ut non faciat ſufficiens indicium ad torturam, niſi concurrant & aliæ vehementes præſumptiones, & probabilia argumenta: quum à tormentis incipiendum non ſit, ſed indicia præcedere, & reus ſuſpectus eſſe debeat. *l. 1. in pr. l. 10. l. 20. l. ult. ff. de quæſt.* ad torturam enim indicium ſufficiens non eſt ſola nominatio. *arg. l. 11. Cod. de teſtib. & l. 4. Cod. de quæſtionib.* Per ea quæ late Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. lib. 2. caſ. 474. num. 43.* & Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1311. num. 1. & 18.* eamque humaniorem ac tutiorem ſententiam, licet nonnulli contrarium ſtatuant, aſſerit Domhoud. *prax. criminal. cap. 38. num. 15. & ſeqq.* Idem probant Jul. Clar. *§. final. quæſt. 21.* Tiberius Decianus *conſil. 18. num. 63.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. caſ. 474.* Hippolyt. de Marſil. *ad d. l. 1. ff. de quæſtion num. 5.* Boſſ. *prax. crimin. tit. de indic. ante Torturam. num. 149. 160. & 182.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 9. tit. 21. defin. 7.* Chriſtin. *ad conſ. Mechlin. art. 7. num. 9.* Quam enim funeſtum & exitiale plurimis fuerit ex prætenſi ſocii nominatione ſive ſpontanea, ſive tormentis expreſſa, patrum noſtrorum memoria experientia ſatis edocuit, qua alieniſſimos ſæpe à crimine hoc commento ad torturam & ſupplicia tractos compertum eſt.

Qua quidem limitatione (ut ſcilicet delatio ſocii criminis admitti non debeat, niſi adverſus ſuſpectum, & eum in quem cadunt vehementes præſumptiones, & alia indicia) contrarietati textuum ſatis conſultum putem, quibus idem affirmari, & negari videtur, ut eſt *l. ult. Cod. de accuſat. & l. 16. §. 1. ff. de Quæſtionib.* quibus negatur reum in conſcios interrogari poſſe, & *l. 29. ff. de pœnis. d. l. 1. §. 26. ff. de Quæſtionib. l. ult. Cod. de Maleficis. l. 1. Cod. de falſ. monet. l. pen. Cod. de fer. l. 17. ff. de Senat. Syllan.* reum in conſcios criminum interrogari poſſe, affirmantea.

3 Qui proprius ad genuinam textuum illorum explicationem ſe accedere putant, diſtingui volunt inter reum de ſe ultro confeſſum, & eum qui non confeſſus, ſed convictus eſt, ut is in criminis

ſocios interrogari, & ejus accuſationi tantum deferri poſſit, ut nominatus ad torturam deduci
poſſit. Inter quos Giphan. *ad d. l. ult. Cod. de accuſat.* Hottomann. *ad l. 11. Cod. de Teſtib.* &
poſt eos Ant. Matth. *de criminib. ad tit. de Quæſtionib. cap. 3. num. 15.*

Alii diſtinguunt inter crimina quæ ſine ſociis committi poſſunt, & ea quæ communiter ſocios
deſiderant, aut rarius ſine conſciis aut ſociis criminum committi ſolent, veluti ſunt latrocinia,
furta manifeſta, homicidia tumultuoſa, & læſæ majeſtatis crimina, quæ ab uno ſolo non com-
mittuntur.

Alii (quod ultimum in omni contrarietatis diſputatione ſolet eſſe refugium) iterum diſtin-
guunt inter, regulam qua quidem regulariter delinquens de ſociis interrogari non poteſt ſecun-
dum text. *in l. fin. Cod. de Accuſationibus*, & exceptiones nonnullorum criminum, in quibus pro-
pter eorum immanitatem permiſſum eſt ut de ſociis criminum interrogetur. Ut videre eſt apud
Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 21. num. 4. & quæſt. 64. num. 8.* Gomez. *var. reſolut. lib. 3. cap. 12.
num. 17.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 43. num. 52. 56. & 57. & ſeqq.* Ubi etiam remiſſive
declarat qui ſint illi caſus excepti. Quæ quidem diſtinctio licet uſum ſuum in praxi habeat, non
ideo magis eſſentialis eſt, ut per eam contrarietati textuum reſpondeatur, in quibus generalitas tex-
tus *l. ult. Cod. de Accuſation.* ſi ita accipiatur, ejuſmodi diſtinctionem non admitteret, ſed ma-
gis eſt ut textus illi accipiantur de hia qui de ſe ſolis confeſſi ſunt, ut ne hi, ubi ſuſpicio aut præſum-
ptio nulla eſt, pro traducendis aliis ejuſdem aut ſimilium criminum reis interrogentur, aut ſi ſua
ſponte alios ejuſdem criminis reos conſcios & conſocios ſuos deferant, aliquod ex ea delatione
compendium ſperent, ut eſt textus *in d. l. ult. Cod. de Accuſation.* cui conſonat *l. 16. §. 1. ff. de
Quæſtionib.* Qui minime vetat alium de alio ejuſdem aut alterius criminis ſuſpecto, aut jam delato
interrogari, de quo caſu loquuntur *l. 1. §. 26. ff. de Quæſtionibus. l. 29. ff. de pœnis. l. 1. Cod. de
falſ. monet.* & reliqui textus adducti. Et hoc eſt quod in praxi receptum eſſe diximus, ut non
tantum in aliorum crimina inquiri non debeat, niſi ſint ſuſpecti, ſed nec conſociorum dilationes
ſufficiens indicium præbere, ut & hi pro eruenda delati facti confeſſione ad torturam deduci
poſſint, niſi concurrant & aliæ vehementes præſumptiones, & probabilia argumenta.

Quare ut is qui alio ut criminis ſocius delatus eſt, ad torturam deduci poſſit, hæc ejuſdem 3
delationis requiſita concurrere volunt. I. Ut non in ſpecie de hoc vel illo, ſed in genere de ſo-
ciis criminum interrogatus ſit, quo facit text. *in l. 1. §. 21. ff. de quæſtionib.* II. Ut de omnibus
facti circumſtantiis inquiratur, quo loco, quo tempore, quo modo, à ſocio auxilio vel præſen-
tia ſit adjutus. III. Ut inquiratur num quæ inimicitiæ, lites, aut jurgia inter eos interceſſerint.
IV. Ut nominatus ſit ſuſpectus, & V. Ut nominans in eadem facti, & conſocii nominatione
conſtanter perſeveret, ut per multa notat Grevius *in tribunali reformato lib. 1. cap. 6. pag. mi-
hi 150. & ſeqq.*

Cæterum de modo interrogandi rei de ſociis criminum vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 21. num. 5.* 4
Gonzales de Paz *in ſua praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 92.* *Boſſ. prax. criminal. ſub
tit. de exam. reorum num. 12. & tit. de Indiciis num. 148.* Damhouder. *prax. crimin. cap. 37.
num. 7. 8. 9.* Chriſtin. *ad leg. Mechlin. art. 7. num. 9. in fin. & num. 10.* Anton. Matth. *ad tit.
de Quæſtionib. cap. 4. num. 10.*

Antequam ad torturam ex ſociorem delatione deveniatur, inquiſitus, qui crimen fateri nolit, 5
cum ſocio criminis confeſſo confrontari ſolet, quo præter indicia ad torturam quoquam modo
ſufficientia, ipſa ſocii delatio ex confrontatione mutua, collocutione, variatione, aliiſque ſignis,
corroborari, imo vel ipſa veritas extra torturæ cruciatum erui poſſit. Quæ quamvis de jure ne-
ceſſaria non ſit, in practica tamen eam obſervari ſcribunt Jul. Clar. *§. final. quæſt. 45. num. 14.*
Joann. Zang. *tract. de Quæſtionib. ſeu torturis. cap. 2. num. 48.* Carpzov. *prax. criminal. part. 3.
cap. 124. num. 77.*

Hactenus de confeſſione ejuſque effectu. Sed quid ſi reus objectum ſibi crimen pertinaciter 6
neget, & in torturæ cruciatu in ipſa denegatione perſeveraverit, neque nova accedant indicia
propter quæ torturæ repetitio locum habeat? Alii abſolvendum, alii nihilominus condemnan-
dum, alii extraordinaria tantum pœna puniendum volunt. Quos ſub hac diſtinctione conciliari 7
putem: ut ſi nullæ ſint probationes ſed præſumptiones tantum & leviora fuerint propter quæ tor-
tura fuerit impoſita, eo ipſo omnes purgari præſumptiones, & indicia ſalvari videantur, ac prop-
terea reus ab inſtantia ſit abſolvendus *arg. l. 8. ff. de quæſtionibus. junct. l. ult. ff. de calumniator. &
l. 4. Cod. de Edendo.* Quomodo procedit opinio Hippolyt. de Marſiliis *ſingul. 262.* & qui eum
ſequuntur Paris de Puteo *tractat. de Syndicatu §. confeſſio ſociorum.* Joann. Zanger. *tract. de quæ-
ſtion. & tortur. cap. 5. num. 2. & ſeqq.* Boër. *deciſ. 163. num. 9.* Argentr. *ad conſuetud. Brittann.*

art.

art. 41. *num.* 4. & poſt alios ibid. allegat Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 40. *num.* 6. Damhoud. *prax. criminal. cap.* 40.

8 Si plus quam ſemiplenæ ſint probationes, quæ cauſam faciunt dubiam, eo caſu extraordinaria aliqua mitiori pœna puniendus eſt reus, quam ultra exilii pœnam extendi non debere quidam volunt. Ut idem Farinac. *dict. quæſt.* 40. *num.* 11. 12. *& ſeqq.* Vide etiam Ludovic. Roman. *ad l.* 1. *§. Si quis in villa. ff. ad Senat. Syllan.* Fachin. *controverſ. lib.* 9. *cap.* 6. Anton. Matth. *de criminib. tit. de Quæſtionib. cap.* 3. *num.* 12. Idemque probat Sabaudiæ Senatus apud Anton. Fab. *ad Cod. lib.* 9. *tit.* 21. *definit.* 11. atque ita diſtinguit Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *cap.* 125. *num.* 71. *& ſeqq.*

9 Si vero plenæ fuerint probationes, præter quas rarius hiſce in regionibus pro eruenda propria ipſius rei confeſſione ad torturæ cruciatum procedendum diximus, reus, qui iis non obſtantibus factum ſibi probatum pertinaciter negaverit, & in ea denegatione in ipſo tormentorum cruciatu perſeveraverit, nihilominus venit condemnandus, neque pertinacia illa ſua, aliquam pœnæ moderationem mereri debet. Ita tenent Gomez. *variar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 20. Argentr. *ad conſuetud. Brittan. tit.* 1. *art.* 41. *num.* 4. Joann. Papon. *lib.* 24. *tit.* 9. *arreſt.* 1. *in fin.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de convict. num.* 2. *& ſeqq.* Hippolyt. de Marſil. alias ſibi ipſi contrarius *Singul.* 108. Farinac. *dict. quæſt.* 40. *num.* 7. Quomodo procedunt ea quæ ab Hollandiæ, Mechlinienſi & Friſiæ Curia judicatum referunt Neoſtad. *Holland. Cur. deciſ.* 47. Chriſtin. *volum.* 4. *deciſ.* 190. *num.* 6. & Joann. à Sande *lib.* 5. *tit.* 9. *defin.* 14.

Hanc diſtinctionem probat Sanctio Philippi II. circa procedendi modum in criminalibus cauſis, *art.* 41. his verbis:

Indien hy de voorſeyde pijnbank verdraagt / ende men van hem met en kan weten nog bevinden / willen wy niet dat den ſelven ſonder nieuwe indicien ter voorſeyder pijnbank wederom geleyd ſal werden. Maar in ſulken geval ſal het proces gevisiteert worden om hun regt te doen ſoo die ſaake ende materie dat vereyſſen ſal / 't ſy tot abſolutie / ſlakinge / peyne extraordinaris of anders / ſoo dat behooren ſal.

Si in torturæ cruciatu negando perſiſtat reus, neque ex eo aliqua confeſſio erui poſſit, nolumus in eo ſine novis indiciis torturam renovari, verum eo caſu proceſſum viſitari volumus, ut de facto pro cauſæ & materiæ qualitate, ſive abſolvendo, ſive relaxando, ſive extraordinariam aliamve pœnam imponendo, prout æquum videbitur judicetur.

Et contraria opinio pro depravata conſuetudine & corruptela notatur, ejuſdem Philippi II. Ordinat. Criminali. *art.* 61.

10 Cæterum in cauſis dubiis, ſemiplene probatis, licet gravioribus, (in quibus ſolummodo torturæ locum eſſe ſuperiori capite diximus) ſi reus torturæ cruciatum negando ſuſtulerit, illum extraordinarie tantum puniendum, eamque pœnam in honeſtioribus non ultra exilii pœnam extendi poſſe, recens apud nos exſtat exemplum, ab Hollandiæ Curia in cauſa *Cornelii de Wit*, *Agri Puteni Præfecti*, 20. *Auguſti* 1672. judicatum, qui de crimine læſæ majeſtatis accuſatus, & ſemiplena probatione per confrontationem convictus, quum torturæ cruciatum pertinaciter negando ſuſtinuiſſet, cum infamiæ & inhabilitatis nota in perpetuum exilium condemnatus eſt, quod varie inter Juriſconſultos fuit diſceptatum, quorum alii eum juxta regulam *l.* 4. *Cod. de Edendo.* Actore non probante reum eſſe abſolvendum, libere dimittendum voluere, alii, quod in læſæ majeſtatis & quidem perduellionis crimine in quoſlibet conſcios, quibus modo factio, aut conſpiratio innotuit, ſeveriſſime animadvertatur. *arg. l.* 1. 3. 6. *Cod. ad leg. Jul. Majeſtat.* eum capitali pœna puniri debuiſſe ſtatuebant. Senatus rejecta priori opinione ſecundum hanc noſtram diſtinctionem cenſuit, etiam in gravioribus cauſis, hoc caſu arbitrariæ pœnæ locum eſſe, neque eam ultra exilii pœnam extendi debere.

11 Neque hoc perpetuum eſt, ut reus, qui torturæ cruciatum negando pertulit, liberetur aut condemnetur, ſed & quandoque poſthabitis extraordinariis inquiſitionibus reus ad ordinarium proceſſum per procuratorem ordinario modo ex carcere defendendum, admittetur, per ſolennes facti terminos, petitionis ſcilicet, reſponſionis, replicationis, & duplicationis, adhibita teſtium productione, & ſalvatione, ad intervallum ut plurimum 14. dierum, vulgo, **by eyſ / antwoord / repliq / ende dupliq / van veertien dagen / tot veertien dagen** / de quo procedendi modo latius ſupra ſuo loco.

Ratio eſt: quod in cauſis extraordinariis libelli forma omiſſis indiciis aliiſque probationibus per teſtes adductis, nihil contineat, quam quod ipſe reus fuerit confeſſus, aut ipſemet interrogatus reſponderit, quæ confeſſio ſi deficiat, ad indicia, & probationes extrinſecus, allatas ſit regreſſus, & actore non probante, non utique, ut in cauſis civilibus, reus eſt abſolvendus, *l.* 4. *Cod. de Edendo.* ſed ad indicia & probationes denuo confugere licet, & hinc ordinario

proceſſui in facto probatorio inſtituendo locus datur, dummodo indicia ſint urgentia, & plus quam ſemiplene probata, juxta *l. 8. Cod. de quæſtion. & l. 1. ff. eod.* Quippe quod ſalus publica requirat crimina manifeſtari, & nocentes puniri. *l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil.* Idem de Saxoniæ moribus poſt Nicol. Reuſner. *lib. 1. deciſ. 23. num. 10.* teſtatur Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 106. num. 26. 27.*

CAP. X.

De præjudiciis incarcerationis aut perſonalis citationis; ubi de proviſionali relaxatione.

SUMMARIA.

1. *Præjudicia extraordinarii proceſſus, quæ & qualia ſint.*
2. *Quomodo reus ſe adverſus ea defendere poſſit, & de relatione perſonalis comparitionis.*
3. *Relaxationes aliæ ſunt præjudiciales, aliæ definitivæ.*
4. *Præjudiciales relaxationes quando decernendæ & in quibus cauſis.*
5. *An etiam locum habeant in exilii pœna.*
6. *Si de corporali pœna agatur nequaquam admittendæ.*
7. *Quid ſi de facto parum aut nihil conſtet.*
8. *Utrum indiciorum & informationum copia peti poſſit, & in quibus cauſis.*

De ſerviente ſi citatus in perſonam compareat, aut caſu aliquo carcere prehenſus ſit, ut plurimum petitur, ut ante libelli expoſitionem in anteceſſum reus ad articulos reſpondeat, de quo procedendi modo quædam ſupra, ad initium *cap. 8.* notavimus, vel ut ad incarcerationem damnetur, ut ex carcere ſe defendat, aut ſtrictiori nexui detur, ut per inquiſitionem adverſus eum procedi patiatur, de cujus procedendi modo etiam ſupra. 1

Reſtat nunc videndum quomodo reus adverſus præjudicialia illa ſe defendere poſſit, & quidem primo adverſus eam inſtantiam Balivorum, petita prius indiciorum & informationum copia, (quam iis denegari nequaquam poſſe etiam ſupra, & latius infra docebitur) à reorum partibus reſponderi ſolet; ut aut ilico à perſonali comparitione relaxentur, aut ad minimum data fide, aut promiſſione de judicio ſiſti, ſub pœna confeſſi & convicti, aut alias ſub idonea cautione cum admiſſione ſe ſuamque cauſam per procuratorem ordinario modo defendere, permittatur. 2

Quid ſi obtinere non poſſit extraordinarie adverſus eum proceditur, ex confeſſione per articulos propoſitos, aut alias per torturam extorta.

Si obtineat reus prædictam relaxationem ſub fide tantum & promiſſione ſe ſiſtendi, ſi quando forte petatur cum admiſſione ſe per procuratorem ordinario modo defendendi, ipſi reo pro liberatione ſua ſatis cauſæ videtur. Quum enim à parte accuſatoris probationes non ſunt adeo ſufficientes, aut cauſæ tam graves, ut propterea adverſus reum extraordinarie procedi poſſit, vix eſt ut per ordinariam procedendi viam partes ejus fiant favorabiliores, quo caſu ut plurimum cauſa per temporis intervallum derelinquitur.

Si ſub cautione pecuniariæ alicujus ſummæ relaxetur reus, & hoc modo cauſa in ordinarium proceſſum incidat, eo ipſo quidem non arguitur facti probationes deficere, ſed potius reſpici ad pecuniariæ mulctæ perſecutionem, ac proinde reum propter delictum illi objectum, nulla pœna corporis afflictiva teneri.

Quæ quidem relaxationes aliæ ſunt præjudiciales, ſive proviſionales, aliæ definitivæ, ſed quæ magis ſunt abſolutiones & liberationes, quæ poſt plenariam cauſæ examinationem decernuntur, de quibus infra *cap. 13.* 3

Præjudiciales autem iſtæ relaxationes ut plurimum fundatæ ſunt in delictis arbitrariis & quorum pœna non eſt corporis afflictiva, per text. *l. 1. & l. 4. ff. de Cuſtod. & exhib. reorum, junct. l. ult. Cod. eod.* propter quam nec incarcerationi neque perſonali citationi locum eſſe ſupra demonſtravimus. Quod totum judicis arbitrio committitur. *arg. d. l. 1. ff. de Cuſtod. reorum. junct. l. 2. Cod. de exhibend. reis.* per ea quæ late Menoch. *de arbitr. judic. caſu 303. num. 2. num. 39. & ſeqq.* & DD. ibid. allegat. Vide etiam Damhouder. *prax. criminal. cap. 20.* facit text. *Ordin. circa procedendi modum in criminalibus cauſis, Anni 1570. art. 28.* his verbis: 4

Indien

Indien den gevangen hangende de inſtructie van hun proceſſen / verſoeken ſlakinge van hun perſonen / ſullen die Regters daar op termineren / of die gevangen in beſloten gevankeniſſe gehouden ſullen moeten werden / of hun huys ſullen moeten houden / of ook van ſcherpe gevankeniſſe gerelaxeert ende geſlaakt werden / op cautie ende borg-togt na de qualiteyt van de perſoonen / van de crimen ende delicten.

Si quando prehenſi, pendente lite perſonarum ſuarum relaxationem petierint, ipſi judices referant, utrum illi carceribus mancipentur, aut à ſtrictiori nexu ſub cautione fidejuſſoria relaxentur, pro perſonarum aut objectorum criminum qualitate ac circumſtantiis.

5 Quod etiam ad exilii pœnam & confiſcationem bonorum extendi volunt, quum bannum, ſive exilii pœna abſque perſonæ coërcitione imponi poſſit, & in confiſcatione bonorum non res, ſed perſona conveniatur. *l. 19. ff. de Jure fiſci.* ut contra Boſſ. & Farinacium recte notat Anton. Matth. *de criminibus lib.* 48. *tit.* 14. *num.* 4.

6 Si de corporali pœna agatur nullatenus fidejuſſoriæ cautioni, & præjudiciali relationi locus eſſe poteſt. Quippe quod illuſoria redderetur ſententia, quæ nec in ipſum relaxatum, neque in fidejuſſorem ejus executionem habere poſſet, propterea quod fidejuſſor ſe corporali pœnæ pro alio valide ſubjicere nequeat, *arg. l. 13. ff. ad leg. Aquiliam. junct. l. 3. ff. de Cuſtod. & exhibit. reor.* Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 46. & ſeqq.* Damhoud. *prax. criminal. d. cap. 20. num. 45.* Boſſ. *tractat. criminal. tit. de carcerat. fidejuſſor. commit.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 9. num. 8.* Menoch. *de arbitrar. judic. d. caſ. 303. num. 15. 16. & 21.* Et quæ de fidejuſſoribus in criminalibus cauſis de noſtris & aliorum moribus retuli ſupra *part. 1. lib. 4. cap. 17. num. 11. & ſeqq.*

7 Huc etiam pertinent incarceratorum cauſæ, de quibus de facto parum, aut nihil conſtat, quo caſu prehenſus etiam relaxationem petere poteſt, data fide ſe iterum ſiſtendi, ſi quando peccatur ſub confeſſi, aut convicti pœna, aut alias fidejuſſoria, aut juratoria cautione pro perſonæ, aut objecti criminis qualitate, ut hoc expreſſis verbis judicibus curandum injungitur. *Ordinat. Criminali Philippi II. Anni 1570. art. 53.* Indien niet t'eenemaal ende geheelijk en blijke van der miſdaad na der informatien / ende devoir dieshalven gedaan / maar datter alleen ſuſpicie of twijffel valt / (indien de ſaake ende materie niet te ſeer ſwaar en is) ſullen die gevangenen geſlaakt werden tot erbieden / op cautie / ofte borgte fidejuſſoir / of juratoir naa de qualiteyt van de perſoonen / ende der miſdaad.

Quo quidem caſu magis conduceret non tantum relaxationem ſub fide aut cautione exigere, ſed potius ad plenariam inſtantiæ abſolutionem contendere, *arg. l. 4. Cod. de Edendo.* qua actore non probante reus venit abſolvendus. Sed quum non præſumatur quenquam ſine aliquali probatione, aut culpæ præjudicio in carcerem conjici, aut in perſonam citari, & in cæteris Officiales ob injurias officii ratione alii illatas raro aut nunquam condemnari videamus, ſatius eſt, ſeſe quam ocius, quali quali modo, vinculis eximere.

8 Quum in hoc præjudiciali judicio etiam de plano procedatur, nullo dato dilationis aut deliberandi termino, ut tamen juſtæ defenſioni locus ſit: Quæritur, utrumne etiam in his indiciorum, & informationum copia, & ſuper his peremptorius deliberandi terminus peti, aut dari debeat? Cui diſtinguendo reſpondendum putem. Ut in perſonam citato ſuper præjudiciali incarcerationis petitione indiciorum copia & deliberandi terminus denegari poſſit, propterea quod in ipſa citatione ipſum accuſationis factum cum omnibus circumſtantiis expoſitum ſit, prout ſupra *cap. 6.* de neceſſitate requiri diximus, & principalem ſpectet cauſam, neque ob id præjudicialis incarcerationis petitio, ſi judici ita videatur, remorari debet.

Si vero contra jam carceratum & prehenſum petatur ut ſtrictiori examini confeſſionis ſcilicet per torturam eruendæ, ſubjiciatur, quum & hoc definitivam ſpectet ſententiam, quæ ipſi carcerato pro pœna ſit, quæ inflicta reparari poſtea non poteſt, indiciorum ei copiam nequaquam denegandam omnes volunt. *arg. text. l. 18. §. 9. ff. de quæſtionib.* Ut per Jul. Clar. *§. final. quæſt. 49. & quæſt. 64. verſ. Sed quid.* Boſſ. *tit. Quomodo procedatur in crimine notorio, num. 4. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. de Pace Public. cap. 7. num. 20.* Menoch. *de arbitrar. judic. lib. 1. quæſt. 77.* Matth. de Afflict. *deciſ. 391. num. 2.* Pacian. *de Probation. ad l. 1. cap. 65. num. 77. & ſeqq.* Marcus Anton. Blancus *ad d. tit. ff. de Quæſtionibus. verſ. Quarto præmitto.* Hippolyt. de Marſil. *ad d. l. 18. §. 9. ff. de Quæſtionibus.* & per alios notavi ſupra *cap. 6. num. 16.* Quod & ipſi judici ex officio incumbere volunt, ut dare indiciorum copiam teneatur, etiam reo non petente per *l. 19. in fin. ff. de Pœnis. in verb. debebit. junct. l. 13. ff. de Offic. Præſid. l. 22. Cod. ad l. Jul. de falſis. & l. 16. Cod. de Pœnis.* Vide Andr. Gail *d. l. 2. de Pace Publica, cap. 7. num. 8.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 29. num. 90. & num. 35.* Neque ſolum indiciorum & probatio-

num ſubſtantiam, ſed & teſtium nomina exponi debere, ut de eorum fide examinetur, volunt Iul. Clar. *§. fin. quaſt.* 49. *num.* 1. Andr. Gail *lib.* 2. *de Pace Publica. d. cap.* 7. *num.* 7. Farinac. *d. quaſt.* 39. *num.* 85. *& ſeqq.* & plures ibid. allegat. Quocirca Canoniſtæ volunt, propter potentiæ metum, ne aliquando reus è vinculis poſitus, aut alius ejus nomine ipſos teſtes offendat, teſtium nomina confuſa dari, & ab ipſius teſtium dictis ſeparata, ne ſciri poſſit, quid ab unoquoque dictum ſit per *l. fin. De hæretic. in* 6. Ut poſt Hollienſ. Aretin. Felin. Ioann. de Anania, & Imolam in praxin introductum eſſe refert Marc. Anton. Blancus IC. Patavinus in *Repetit. l. final. ff. de quaſtionibus. num.* 27. Qui textus quum in ſpeciali caſu hæreſeos criminis loquatur, ad exemplum trahi non poteſt. *arg. l.* 1. *§.* 2. *ff. de Conſtit. Princip.* Præſertim apud nos, qui foro Eccleſiaſtico, & omni Canonicæ coërcitioni in totum ceſſimus. Quod nec in Italia ad exemplum trahi teſtatur Farinac. *d. quaſt.* 39. *num.* 87. & Iul. Clarus Conſiliarius Philippi II. Hiſpaniarum Regis, negando probat, id ſemel duntaxat, in aliis perperam obtinuiſſe. Neque ullibi apud nos in praxi eſt receptum, quibus & teſtantium nomina celari nunquam ſolent, ut in quorum fide totius teſtimonii vis conſiſtat. *arg. l.* 3. *ff. de Teſtib.* prout & in Academiæ Lugduno-Batavæ Senatu, propter Studioſorum petulantiam à quibuſdam introductum, aliquoties reprobatum memini.

CAP. XI.

De Proceſſu Criminali & Libelli forma.

SUMMARIA.

1. *Proceſſus Ordinarius in criminibus an & quando locum habeat.*
2. *Extraordinarius quis.*
3. *Libelli forma qua & qualis.*
4. *Ejus requiſita.*
5. *Concludendi medium.*
6. *Clauſula omni meliori modo.*
7. *Concluſio qua & qualis.*
8. *Libelli copia an dari debeat.*

IN criminalibus duplex procedendi forma conſideratur; ordinaria & extraordinaria, unde proceſſus alius ordinarius alius extraordinarius.

Ordinarius proceſſus eſt qui in omnibus communem modum & formam procedendi ſervat, 1
per legitimos dilationis, & exceptionis terminos, de quo procedendi modo ſuperiori libro actum eſt.

Extraordinarius proceſſus hic eſt, qui de plano, abſque ulla proceſſus figura inſtruitur ex præ- 2
ſcripto *l.* 3. *ff. de accuſat. & inſcript.* nullo dato aut conceſſo dilationis termino, de quo hic proprie agendum.

Peractis præjudicialibus incarcerationis aut relaxationis petitionibus, in quibus etiam de plano, ſecundum formam, & modum uſitatum proceditur, in principali cauſa expoſito accuſationis libello ſimul & ſemel concluditur:

Libelli autem forma eſt, ut contineat ipſum factum articulatim ſecundum confeſſionis teno- 3
rem propoſitum, neque plus neque minus continere debet quam ipſe reus eſt confeſſus, quum alia ſi quæ ſint indicia ad ordinarium proceſſum ſpectent, de cujus libelli formula latius infra. Ita ut ex tenore libelli liquere poſſit, utrum ordinarie, an extraordinarie procedatur, nam ſi in libello quædam poſitiones præter ipſam confeſſionem fuerint additæ, poteſt reus petere ut ad ordinarium proceſſum per procuratorem ordinario modo defendendum admittatur, eique dentur poſitionum & probationum Copiæ, additis deliberandi & contradicendi terminis formalibus, quæ illi denegari non debent. Curare igitur debet Officialis, ut confeſſio ſit legitima, & ſuis partibus conſtans, ut & libellus illi conformis ſit, legitimus & ſibi conſtans, in quo recte formando totius proceſſus vis ac poteſtas conſiſtit, *l.* 18. *ff. commun. divid. l.* 15. *ff. de negot. geſt.*

Ut autem libellus ſit legitimus hæc tria potiſſimum requiri DD. volunt, facti narrationem, cau- 4
ſam ſive medium, & concluſionem.

Facti narratio continere debet Accuſati nomen, maleficium ab eo commiſſum, adverſus quam perſonam, quo loco, & quo tempore cum annotatione Anni, menſis, diei, ac horæ. Per textum in hanc rem ſingularem *in l. libellorum.* 3. *Cod. de Accuſationibus.* Quæ ad caſum propoſitum pro libello legitimo circumſcribuntur, & ad quoſlibet alios caſus extendi, pro generali Regula impe-

rator

Digitized by Google

ratⱺr præcipit. Quæ omnia & ſingula pro facti narratione in libello complecti debere communiter ſtatuunt, DD. *ad d. l. 3. Cod. de Accuſat.* Gloſſ. *in pr. Inſtit. de public. jud.* Vide Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 12. Boſſ. *prax. criminal. tit. de Inquiſit. num.* 95. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 1. *num.* 457. Farinac. *prax. crimin. lib.* 1. *quæſt. num.* 15. Nicol. Reuſner. *lib.* 3. *deciſ.* 18. *num.* 7.

Cauſa ſive medium concludendi conſiſtit in facti commiſſi, ſive delicti illatione, qualitate & circumſtantiarum aggravatione, ut in eo medium concludendi ad graviorem pœnam implicetur,
5 ut quod dolo malo, & delinquendi propoſito ſit commiſſum, &c. *arg. l.* 1. *§.* 3. *ff. ad l. Corn. de Sicar. junct. l.* 16. *ff. eod. & l.* 1. *§.* 24. *ad Senat. Syllan.*

6 Quibus, à quibuſdam addi ſolet clauſula, *omni meliori modo*, vel, *ſuper quibus omnibus & ſingulis ea pertinentibus petit ſibi jus & juſtitiam ſubminiſtrari*, vulgo, by deſe en anderen middelen / iſt nood/ nadet te deduceren / ſoo concludeert &c. quæ tantum operatur ut etiam non probata qualitate in libello deducta, ex judicis officio condemnatio fieri poſſit: *arg. l.* 70. *§. ult. ff. de fidejuſſor. l.* 95. *§.* 1. *ff. de ſolut. l.* 9. *§.* 5. *ff. de Publican. & Vectigal.* Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 12. *verſ. Sed quid ſi accuſator. & quæſt.* 66. *verſ. Sed quid pro parte.* Farinac. *quæſt.* 1. *num.* 32.

7 Concluſio ex qua libellus æſtimatur, & in qua præcipua ejus vis & forma poſita eſt *l.* 18. *ff. comm. divid. junct. l.* 15. *ff. de negot. geſt.* ex medii ſive cauſæ illatione pœnam, facto & juri conſentaneam continere debet, quæ utcunque certo exprimi ſolet, addita tamen clauſula implorationis officii judicis, ofte tot andre / quum ſufficiat in genere pœnæ legalis, quam lex ipſa delicto præſcribit, mentionem fieri, & ut delictum ex ipſius legis præſcripto puniatur, judicis officio committi, cum ejus authoritati pœnæ perſecutio commiſſa ſit. *l.* 1. *§.* 2. *ff. ad Senatuſconſ. Turpillian.* Ita ut ſuppleri à judice poſſit, quod Advocatorum partibus deſit. *l. unic. Cod. ut quæ deſunt Advocatis partium judex ſuppleat.* De cujus officio, & quid in judicando præſtare debeat latius infra videbimus.

8 Ut ne quid juſtæ defenſioni deſit, quum in extraordinariis cauſis de plano procedatur, neque deliberandi terminus detur, quemadmodum confeſſionis, ita & ipſius libelli copia in anteceſſum dari, neque denegari debet per text. *l.* 18. *§.* 9. *ff. de Quæſtionib. l.* 2. *Cod. de Edendo, & l.* 3. *§.* 7. *ff. de re militari, in verbis, facta prius copia.* quum ſine ea juſta defenſio fieri nequeat, & ſine juſta defenſione, tanquam pa... inaudita criminalis cauſa decidi non debeat, *arg. l.* 35. *§.* 2. *ff. de procurat. cap.* 9. *& cap.* 8. *Extr. de Exception. junct. d. l.* 18. *§.* 9. *ff. de Quæſt.* Vide Hartmann. *prax. tit.* 6. *obſerv.* 2. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 39. *num.* 1. 2. *& num.* 15. *& ſeq. & quæſt.* 22. *num.* 78. Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *cap.* 105. *num.* 16. *& ſeqq.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 49. *& quæſt.* 64. *verſ. Sed quid ſi ille. num.* 90. Boſſ. *tit. Quomodo procedatur in crimine notorio num.* 4. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæſt.* 77. Andr. Gail *lib.* 2. *de pace public. cap.* 7. *num.* 10. Merul. *prax. civil. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 2. *num.* 2. Grot. Apolog. *cap.* 16.

Quod & in ordinario proceſſu extra dubium eſt, in quo ſecundum communem ordinem in facto per omnes deliberandi, differendi, defendendi teſtes, & teſtimonia producendi, communicandi, reprobandi & ſalvandi terminos proceditur, de quibus ſupra ſuo loco.

Cap. XII.

De Defenſione adverſus Confeſſionem, & pro innocentia rei, ubi de Moderamine inculpatæ tutelæ, Homicidio Caſuali, & vulnere non lethali.

Summaria.

1. *Confeſſus an & quando pro convicto habendus, & condemnandus.*
2. *Confeſſio qualificata & legitima eſſe debet ut quis ex ea condemnetur.*
3. *Reus confeſſus ad innocentiæ defenſionem & excuſationem admittendus.*
4. *Judex inquirere debet non tantum de iis quæ ad accuſationem ſed & quæ ad innocentiam rei pertinere videbuntur.*
5. *An confeſſio qualificata poſſit dividi ſecundum variam DD. opinionem, ventilatur.*
6. *Qualificata confeſſio in dubio ab ordinaria pœna liberat.*
7. *In omnibus litis partibus qualitas facti addi poteſt, etiam poſt condemnationem.*
8. *Confeſſio extra judicialis an & quatenus probet & quæ pro ea reputetur.*
9. *An & quatenus revocari poſſit.*
10. *Confeſſio tormentis extorta an & quatenus revocari poſſit.*

II. Con-

11. *Confeſſio in dubio pro reo interpretanda.*
12. *Confeſſio ſub ſpe & promiſſione impunitatis data revocari poteſt.*
13. *An judex impunitatem promittere poſſit & ei ſtare teneatur.*
14. *Confeſſio ſub promiſſione impunitatis data revocari poteſt etiam non docto errore.*
15. *Inquiſitionis modus per impunitatis promiſſionem ſublatus & quare.*

COnfeſſionem ſequitur condemnatio,& confeſſus æque ac legitimis probationibus convictus 1
damnandus eſt *l. 16. Cod. de pœnis.* Idemque effectus tribuitur confeſſioni, qui teſtium, at-
que apertiſſimorum documentorum probationi. *l. 1. Cod. de confeſſ.*
Quod quidem intelligendum de confeſſione qualificata & legitime facta, de qua hactenus,
quæ ſcilicet, per ſolennem inquiſitionem legitimo ordine ſervato ſive ſua ſponte, ſive per tor-
menta à reo fuerit excepta, cui præterea conſonant aliæ probationes & indicia ſufficientia. Nu-
das enim reorum confeſſiones, pro facinoribus haberi non oportet ſi nulla probatio cognoſcentis
religionem inſtruat. *l. 1. §. 17. ff. de quæſtionib.* fieri enim poteſt, & ſæpiſſime compertum eſt,
ut quis vel tædio vitæ, vel metu, vel impatientia tormentorum, vel alia de cauſa delictum fatea-
tur, quod nec perpetratum, nec cogitatum eſt. *d. l. 1. §. 25. & §. 27. ff. eod. l. 3. §. 4. ff. de bon.
eor. qui ante ſentent. mortem ſibi conſciv. & l. 6. ff. de appellat.* Ut latius ſupra *cap. 7. num. 19.*
Sed & confeſſio aliquando ita qualificata eſſe poteſt, ut ea non obſtante reus innocentiam ſuam 2
probare poſſit, & condemnatio aut penitus detrectari, aut ad mitiorem & extraordinariam pœ-
nam deduci poſſit.
Quare reus ex confeſſione ſua in judicium deductus, eandem ſuam confeſſionem, & facti ſui in-
nocentiam, per Procuratorem & Advocatum proponere poteſt, ſi quæ ſit Multiſque in locis à præ-
tore interrogari ſolet reus, antequam condemnatio decernatur, utrum aliquid pro innocentia ſua
aut ipſe allegare poſſit, aut ab alio allegari velit. Defenſionem enim poſtulante reo quocunque 3
tempore denegari non oportere, Paulus reſpondit. *l. 18. §. 9. ff. de Quæſtion.* Quæ ne beſtiis quidem
nedum homini imo nec diabolo denegari debere DD. ſcribunt *arg. l. 3. ff. de Iuſtit. & jure. l. 1.
§. 11. ff. de Si quadrup. paup. feciſſe dicatur l. 4. l. 5. & l. 45. ff. ad l. Aquil.* Sed & ei qui cogno-
ſcit, incumbit ut nemine reum defendente ſuis ſumptibus de ejus innocentia inquirat, *l. 19. ff. de
pœnis.* Facit etiam *text. in l. 3. §. 7. ff de re militari juncta l. 2. Cod. de Cuſtodia reorum.* Vide
Hippolyt. de Marſil. & Parid. de Puteo, relatos ab Ægid. Boſſ. *prax. criminal. tit. de confeſſ. poſt
num. 6. & num. 70.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 49. verſ. Sed numquid*, & poſt eos Farinac. *prax.
criminal. quæſt. 39. num. 35. & quæſt. 41. num. 32. & lib. 3. quæſt. 81. num. 25.* Ubi eam om-
nium DD. opinionem, & ubique in praxi receptam eſſe refert, ut reo confeſſo detur defen-
dendi terminus, ſive petatur ſive non, multa enim intercedere poſſunt quæ aut facti innocentiam
probare, graviſſimam pœnæ condemnationem mitigare, aut deprecari poſſunt. Quid moribus
noſtris circa reorum defenſiones obtineat, defendit Grot. *in Apologia pro Holl. Regimine cap. 16.
verſ.* Alſmen ons. 4
Ita & in omnibus quæſtionibus per judicem inquiri debet non tantum de iis quæ ad accuſa-
tionem, ſed & de iis quæ ad innocentiam reorum quoquam modo pertinere videbuntur. Quem-
admodum enim in civilibus cauſis ex ſolenni implorationis clauſula, judicem ſi quid à litigatori-
bus, vel ab his qui negociis adſunt, minus fuerit dictum, id ſupplere & proferre quod ſciat, le-
Cod 11. 21. *Ut quæ deſunt Advocatis partium judex ſuppleat.* gibus & juri publico conveniat *l. unic. Cod. Ut quæ deſunt Advocatis partium judex ſuppleat.* Id
multo magis in criminibus, & rebus capitalibus obtinere debet: Ut quæcunque ad innocentiam
reorum adferri & aliquo modo conducere poſſint, diligenter notentur, & inquirantur, per text.
expreſſ. in *l. 19. ff. de pœnis. in verbis, qui cognoſcit, debebit de innocentia eorum quærere*, ubi vide
Bart. & DD. Quod & *criminali ſanctione, circa procedendi modum, Anni* 1570. cautum *art. 25.*
Daar by voegende die defenſie ende ontlaſtingen / die ſy ſullen willen proponeren indien ſy
enige ſeggen / Id eſt, *Superadditis defenſionibus & excuſationibus, ſi quas proponere voluerint.* Et
rurſum *art. 14.* van officie wege gehoort op de waerheyt van de feyten / met de circumſtantie die het
ſelve ſouden kennen verligten / off verſwaren / Id eſt, *Ut ex officio audiantur ſuper facti veritate, cum
omnibus circumſtantiis, quæ factum aut relevare aut aggravare poſſunt.* facit textus in *l. 13. de officio
Præſidis. junct. l. 22. Cod. ad l. Jul. de falſis. & l. 16. Cod. de pœnis.* Quod & in Hollandiæ curia
probe ſervatum ſæpius vidi, ut à fiſci Advocato, non tantum in ipſo libello, & reorum confeſ-
ſionibus, exprimantur ea quæ ad eorundem innocentiam & facti excuſationem pertinebant,
ſed & ejuſdem Advocatis ſuggeſta fuerint ea juris & argumentorum media, quæ ad cauſæ merita
pertinere videbantur.

Variæ

Digitized by Google

Variæ itaque ſunt exceptiones & defenſiones adverſus propriam confeſſionem, quibus non obſtante ea, ad evitandam condemnationem, & innocentiæ ſuæ defenſionem aliquid adferre poteſt reus.

Hinc celebris illa quæſtio, an confeſſio cum adjecta qualitate facta dividi, & pro parte acceptari, & pro parte rejici poſſit, an vero cum adjecta ſua qualitate ſit admittenda? Quæ an & quatenus in civilibus cauſis admittatur, demonſtravimus ſupra *lib. 1. cap. 29. num. 26.*

5 In criminalibus autem alii eam cum adjecta qualitate accipi, alii eam dividi & pro parte acceptari poſſe volunt. Alii diſtinguunt inter confeſſionem qualificatam, quæ aliquo modo probari, aut circumſtantiarum præſumptionibus, & indiciis corroborari poteſt, & inter eam, cujus adjecta qualitas neque probari, neque præſumptivis circumſtantiarum adminiculis adjuvari poteſt. Ut hæc cum ſua qualitate accipi, hæc in totum reſpui & pro pura confeſſione accipi poſſit, ac debeat. Quorum opinio communi Doctorum uſu, & conſuetudine paſſim recepta eſt. Ut ſcilicet nuda adjecta qualitas, nullis adminiculis ſuffulta reſpui, & confeſſio pro pura accipi poſſit, ac ſi nulla qualitas fuerit adjecta, ita tenent communiter DD. ex doctrina Bartoli *ad l. Aurelius. 28. §. idem quæſivit. 12. ff. de lib. legat.* Veluti ſi quis confiteatur ſe hominem occidiſſe, ſed hoc ad defenſionem ſui cum moderamine inculpatæ tutelæ factum dicat, quod niſi probet, aut facti circumſtantiis pro ſua excuſatione adjuvetur, perinde habetur ac ſi ſimpliciter fuerit confeſſus hominem occidiſſe, rejecta qualitate adducta. *arg. l. 1. & l. 5. Cod. ad l. Corn. de Sicar.* Aut ſi quis quum alium ſumma injuria affecerit, hoc ſine injuriandi animo feciſſe dicat, niſi probet, de injuria tenetur. *l. 5. Cod. de Injur.* aut ſi fur nocturnus in ædium effractione, dicat ſe nullam vim hoſpiti inferre voluiſſe, quod ſibi perſuaſum habuerit, eum ſibi non forte reſtiturum, talis adjecta qualitas prodeſſe non poteſt, quia præſumptionem adverſus ſe habet. Ut notat idem Bart. ad *l. 46. §. 7. ff. de furt.* quem ſequitur Alexander *lib. 4. conſil. 127. col. 1. in fin. verſ. & præcipue.* Vide Gabriel. *commun. concluſ. de maleſic. lib. 7. 19. num. 1.* Hieron. Cævall. *quæſt. practic. commun. contra commun. quæſt. 362. num. 10.* Maſcard. *de probation. concluſ. 468. & concluſ. 490. num. 17.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 25. num. 13. & ſeqq.* Boër. *deciſ. 164.* Menoch. *de Recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 47. & de arbitrar. caſ. 93. num. 37.* Jul. Clar. *§. final. quæſt. 55. num. 15.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de confeſſis num. 19.* Andr. Gail *de Pace publ. lib. 1. cap. 17. num. 3.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 7. tit. 24. defin. 1.* Card. Tuſc. *commun. concluſ. litt. C. concluſ. 674.*

Si vero de addita qualitate aliquo modo conſtiterit, aut aliquibus præſumptionibus, aut indiciis ſit ſuffulta confeſſio qualificata, ea dividi & in abſtracto accipi non poteſt, veluti ſi quis probare poſſit ſe ab alio irritatum, aut provocatum, quod excuſando declinaverit, & poſtmodo exeundo ab eodem inſultatus ſe ipſum defendendo alium occidiſſe dicat, aut ſi quis probæ vitæ, ab alio non admodum bonæ famæ de nocte in via ſolitaria ſe aggreſſum, eumque aggreſſorem pro defenſione ſua internecioni à ſe traditum dicat, & ſic de cæteris: ex quibus pro temporum, locorum, rerum, & perſonarum circumſtantiis utriuſque perſonæ, tam occiſi, quam occidentis conditione, ac vitæ ſtatu, loci perpetrati, & armorum genere, ſi non inculpata defenſio dignoſcatur, ordinariæ tamen pœnæ excuſatio colligenda eſt. *arg. l. 1. l. 4. §. 1. l. 7. l. 14. l. pen. ff. ad l. Corn. de Sicar. junct. l. 2. l. 3. l. 4. & l. 5. Cod. eod.*

Secundum quam diſtinctionem accipi debere & ad concordiam revocari poſſe puto, quæ à DD. diverſimode tradita reperiuntur. Ut late Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 368.* Gabriel *commun. concluſ. lib. 7. concluſ. 19. num. 11. & 14.* Alexand. *concluſ. 30. vol. 7.* & poſt Alciatum, Joann. Petri Surdum & alios, Proſp. Farinac. *prax. criminal. quæſt. 81. num. 153.*

Præſertim ſi delictum aliunde quam ex ipſa confeſſione probari non poſſit. Quo caſu talem confeſſionem non tantum cum ſua qualitate accipi, neque dividi poſſe DD. communiter volunt; ſed exinde talem præſumptionem elici, ut ſecundum eandem innocentiæ allegationem juſtificari & abſolvi debeat. Ut late poſt Roman. *conſil. 167.* Hippolyt. de Marſil. *prax. crimin. §. poſtquam. num. 24.* Carer. *prax. criminal. §. circa ſexum.* Gomez. *var. reſolut. lib. 3. reſolut. 3. de Homicidio, num. 26.* concludit Maſcard. *de probat. d. concluſ. 867. num. 7.* Ita ſi quis probatæ vitæ, alium vicinum ſuum, quocum res aliqua interceſſerit, clam teſtibus in via, aut in agro forte obvium interfeciſſe fateatur, ad defenſionem ſuam, neque aliunde de facto conſtiterit, confeſſionem illam cum ſua qualitate admitti nec dividi poſſe Hollandiæ Curia cenſuit in cauſa *Nicolai Verhagen*, contra Heuſdanæ Diœceſis Satrapam 23. *Octob.* 1664. Quam ſententiam poſt Alciatum, & alios, alio etiam exemplo probat Farinac. *prax. crimin. lib. 3. quæſt. 81. cap. 4. num. 153.* in eo, qui confitebatur ſe carnaliter cognoviſſe mulierem volentem, non invitam, quæ qualitas

quum de violentia aliter probari non poterat, neque præſumptio adverſus eum ſumi potuerit, propterea quod mulier fuerit non admodum probatæ vitæ, ab ipſa confeſſione ſeparari non potuit, ſed præſumere fecit, ut non invita, ſed volens fuerit cognita.

Alii diſtinguunt inter confeſſionem negativam, & eam quæ affirmative eſt concepta, quaſi illa, adjuncta qualitate affirmativa, minus ſeparari aut dividi poſſit. Veluti ſi quis negaverit homicidium à ſe commiſſum, ſubjiciendo, ſi id commiſi, feci ad defenſionem meam, quam reſponſionem pro pura negativa haberi volunt Jul. Clar. §. final. quæſt. 55. verſ. Cautius igitur, num. 17. poſt Boſſ. tit. de confeſſio, num. 36. Et ex Baldo, Angelo, Aretino, Maranta, Folleio, & aliis refert Farinac. lib. 3. quæſt. 81. num. 113. & ſeqq. Quæ tamen argumentatio quam eodem ſenſu converti & à negativa in affirmativam reſolvi poſſit, nihil operatur, neque cauſam mutat, ſed una eademque ſit & maneat confeſſio, ſive negative ſive affirmative ſub eadem qualitate ſit concepta, nihilque differat utrum copulative, aut disjunctive proferatur.

Illud tamen operatur qualificata confeſſio, ut in dubio, rejecta licet qualitate, ad extraordinariam tantum pœnam procedatur, neque ordinariæ pœnæ locus ſit. Quæ judicis arbitrio committitur, per ea quæ ex Abbatis Panormitani & Felini Sandei doctrina tradunt Hippolyt. de Marſil. in l. 16. ff. de quæſtion. num. 35. & in pract. criminal. §. poſtquam. num. 24. Tiraquell. de pœn. temperand. cauſ. 27. num. 7. Jul. Clar. §. final. quæſt. 55. verſ. Forte poſſet. num. 16. Gabriel commun. concluſ. 19. num. 7. Menoch. de Arbitrar. jud. lib. 2. caſu 93. & caſu 279. num. 6. 7. Maſcard. de probation. concluſ. 867. num. 8. & num. 12. Fulv. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 25. num. 16. Boër. deciſ. 164. num. 10. & Proſper Farinac. prax. crimin. lib. 3. quæſt. 81. num. 116. & num. 157. Quid ſit moderamen inculpatæ tutelæ & quando ſervatum ſit, & juſtæ defenſionis excuſatio admittatur, aut quomodo probetur, vide ſupra part. 1. lib. 5. cap. 9. num. 5. 6

Neque ab initio tantum, ſed in omnibus litis partibus, & ſecundo aut ulteriori examine confeſſionis qualitas addi & prodeſſe poteſt, per l. 19. ff. de pœnis. Si modo aliqua probatio, aut veroſimilis adſit præſumptio. Ut poſt alios notat Paris de Puteo de Syndicatu, verbo Tortus, cap. 7. num. 12. Hieronym. Cagnol. ad l. 4. ff. ad Reg. Jur. Jul. Clar. d. quæſt. 55. num. 16. circa fin. & §. homicidium. verſ. Sed hic occurrit. Boër. deciſ. Burdegal. 164. Boſſ. tit. de defenſ. reor. num. 4. & de confeſſ. num. 31. Maſcard. de probat. d. concluſ. 868. num. 4. 5. & poſt eos Farinac. d. lib. 3. quæſt. 80. num. 157. Prout etiam ſtatutum Ordinat. Criminali circa procedendi modum Anni 1570. art. 46. Dat in alle ſtaten van proceſſen ende ſaken / totter ſententie ende executie van diere ontfangen ſal worden / het gene tot ontlaſten ende innocentie van den geaccuſeerden blijken ſal. Id eſt, Ut in omnibus litis partibus, uſque ad ipſam ſententiæ definitionem, ejuſque executionem, admittatur id quod ad accuſati innocentiam, & excuſationem pertinere videbitur. Sed & poſt condemnationem innocentiæ allegatio admitti, & per eam ipſam ſententiam mitigari & mutari debere probat l. 1. §. 27. ff. de Quæſtion. junct. l. pen. §. 1. ff. de publ. jud. Vide Bart. & DD. Boſſ. prax. crimin. tit. de litteris princip. num. 3. & tit. de confeſſ. num. 70. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 353. num. 26. 7

Si vero nullæ adſint probationes aut aliqua indicia veroſimilia poſt primam examinationem, & ſimplicem reſponſionem, nullæ ulterius confeſſionis qualitates admittuntur, & pro figmento rejicitur, quicquid præterea pro confeſſionis qualitate inferendum proponitur. arg. cap. dilecti extr. de Accuſat. & ibi Abbat. Felin. Hoſtienſ. & alii DD. Boſſ. tit. de confeſſ. num. 32. & ſeq. & num. 37. in fin. Seraphin. de Seraphin. de privileg. juram. privileg. 135. num. 2. & ſeq. & poſt eos Farinac. prax. criminal. d. lib. 3. quæſt. 81. num. 123. Quomodo etiam expreſſis verbis limitatur Ordin. crimin. circa procedendi modum. d. art. 46. Behoudelijk dat men bevind / dat het ſelve niet verſogt en word door calumnie. Id eſt, Ita tamen ne fraudulenter aut calumnioſe illud peti reperiatur.

Confeſſio extrajudicialis, quemadmodum in civilibus, l. unic. Cod. de confeſſ. l. 6. §. 3. ff. eod. uti latius ſupra lib. 1. cap. 19. num. 15. ita nec in criminibus vere probat, per Gloſſ. in cap. de hoc. 11. Extr. de Simonia. arg. ducto à civilibus ad criminalia, quod in negativis procedere probant communiter omnes, hoc modo: Confeſſio extrajudicialis in civilibus non præjudicat confitenti, ergo multo minus in criminalibus, per text. in §. 12. Inſtit. de Obligat. quæ ex delicto. Quod quidem affirmative procedere & contra reum concludere negant propterea, quod in criminalibus pleniores & magis concludentes requirantur probationes, l. 5. ff. de pœnis. l. ult. Cod. de probation. Neque aliter quam ad innocentiam ejus detegendam admitti rectius interpretantur. De quo argumentandi modo an & quatenus affirmative procedat, vide Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 349. 8

Jul.

Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 55. *num.* 2. Boer. *deciſ.* 164. Menoch. *de arbitr. jud. caſ.* 85. Marc. Anton. Blanc. *in repetit. l. final. de Quæſtion. num.* 210. Farinac. *prax. criminal. lib.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 64. *& ſeq.* Everhard. *loc. leg. à civilibus ad criminalia.* 114. Quæ quum ſemiplenam faciat probationem, *l. unica. Cod. de confeſſis. l.* 6. §. 3. *ff. eod & l.* 4. *l.* 7. *ff de probat.* à quibuſdam inter ea indicia numerari ſolet, propter quæ tortura decerni poteſt. De quibus latius ſupra *cap.* 9. *num.* 10. *& ſeqq. num.* 12.

Et pro extrajudiciali confeſſione habetur illa quæ facta eſt coram judice non competente, quæ non ſufficit ad condemnandum, & nullitatem proceſſus arguit. *arg. l. ult. ff. de juriſdict. junct. cap. At ſi clerici extr. de judic. in verbo, Sicut ſententia à non judice lata non tenet, ita nec facta confeſſio coram ipſo.* & ibi DD. Vide Jul. Clar. §. *final. quæſt.* 55. *num.* 3. Boſſ. *tit. de confeſſis num.* 47. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 12. *de probat. delictor. num.* 8. *in fin.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 152. *num.* 1. Farinac. *lib.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 27. *& num.* 188. *& DD. ibid. allegat.*

9 Quare & extrajudiciales confeſſiones à reo ſponte factæ ab ipſo revocari poſſe volunt; quod quidam abſolute fieri poſſe contendunt, ita ut in totum revocentur, quaſi inconſulte hoc fuerit factum. *arg. l.* 3. *ff. de divort, & repud.* ne lubricum linguæ inconſulte prolatum, de facili noceat. *l.* 7. §. 5. *ff. ad l. Jul. Majeſtat.* per Gloſſ. in *cap. final. de Jurejur. in* 6. ita tenet Salicet. *in l. final. Cod. de probation.* Angelus de Maleficiis. *in verbo, Comparent, & produxerunt.* & ita deciſum refert Nicol. Boër. *deciſ. Burdigalenſ.* 89. *num.* 4. Quod tamen neque in civili cauſa eatenus admittitur, quin ſemiplenam faciat probationem, per ea quæ ſupra *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 25. neque in criminalibus ita accipitur, quin indicium faciat ad inducendam torturam, quod eſt minus ſemiplena probatione. *arg. l.* 7 *ff. de probation.* per ea quæ late Marc. Anton. Blanc. *ad l. fin. ff. de Quæſtion. num.* 205. *&* 209. & DD. ibid. allegat. Boſſ. *tit. de confeſſis num.* 79. *& ſeqq.* Et ut idem Boër. poſt Roman. *ſingul.* 510. per Curiam ſervari teſtatur. *deciſ.* 90. *in fin.* & ſupra notavimus *cap.* 8. *num.* 12. Ideoque in praxi invaluit nullam ſpontaneæ confeſſionis revocationem in totum admitti, ſed ex cauſa, & errore propoſito, ſic ut excuſare tantum poſſit, & aliquid adducere quod tamen ſimul ſtare poſſit cum ipſa confeſſione, non ut illam perimat, & enervet, quum omnis confeſſio, ſpontanee facta, quando erronea eſt, per confitentem revocari poſſit, & revocata non noceat confitenti. *l.* 1. §. *ult. ff. de Quæſtion. in verbo, Perſeverante.* Quæ communis DD. opinio eſt in praxi recepta, ut ſi velit docere confeſſionem eſſe erroneam, aut facto, aut circumſtantiis probare debeat, per ea quæ tradunt Hippolyt. de Marſil. in *l.* 1. §. *ult. ff. de quæſt. num.* 114. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 55. *num.* 17. Boſſ. *tit. de confeſſis poſt num.* 60. & *in tit. de defenſion. reor. num.* 4. Idem Jul. Clar. *quæſt.* 64. *verſic. Sin autem reus.* Maſcard. *de probation. lib.* 2. *concluſ.* 1202. *num.* 9. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 1. *tit. de delictis. num.* 66. Paris de Puteo *de Syndicatu verb. Condemnatio cap.* 4. *& in verbo Tortus. cap.* 1. *num.* 13. Petr. à Placa *Epitome delictorum lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 13. Farinacius *prax. Criminal. lib.* 3. *quæſt.* 81. *cap.* 9. *num.* 315.

10 Quo fundamento confeſſio tormentis extorta, aut torturæ metu, minis intervenientibus facta facilius revocari poteſt, quod niſi reiteretur per ſe nulla ſit. *arg. l.* 1. §. 23. *ff. de Quæſtion.* uti latius ſupra *cap.* 9. neque revocatio illa aliqua erroris probatione circumſcripta eſt, ſufficiatque eam torturæ metu eſſe factam. Quum alii tanta ſint impatientia, ut in quovis mentiri potius, quam pati tormenta velint, & multi reperti fuerint, qui ex torturæ cruciatu, & ex deſperatione, confeſſi fuerint ea, quæ ne quidem unquam cogitaverint. Ut per exempla docent Jul. Clarus §. *final. quæſt.* 64. *verſ. ultimo.* §. *multi enim.* & Jod. Damhoud. *prax. criminal. cap.* 39. *num.* 4. & ſupra ſuo loco demonſtravimus.

11 Confeſſio dubia & incerta in favorem rei & ſecundum illius intentionem interpretanda eſt. *arg. l.* 51. *ff. pro Socio. junct. l.* 5. *ff. de pœnis.* Alciat. *de præſumptionib. Regula.* 3. *præſumpt.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 344. Paris de Puteo *verb. Tortus. cap.* 7. *num.* 7. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. Farinac. *prax. criminal. lib.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 55. quum enim revocari poſſit, multo magis declarari, interpretari & excuſari poteſt, ſi dubia ſit confeſſio. *cap. cum dilecti.* 18. *extr. de excuſat. & ibi DD.* Paris de Puteo *de Syndicatu. verb. Condemnatio. cap.* 4. *& verb. Tortus. cap.* 7. Farinac. *prax. criminal. lib.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 317. Et quemadmodum in civili cauſa, ex cautione ſive obligatione cauſam non habente, nulla datur actio, etiamſi ſtipulatio intervenerit, *arg. l.* 25. §. *ult. ff. de probat. l.* 13. *Cod. non numerat. pecun. l. ult. Cod. de compenſat.* Uti latius ſupra *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 5. Ita nec confeſſio ſine cauſa, & nulla circumſtantiarum qualitate adjecta, admittitur, nec confitenti præjudicat, per ea quæ late tradunt Hippolyt. de Mar-

Marſil. *prax. criminal. §. poſtquam. num. 21. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 335. num. 39.* & confeſſio debet eſſe veroſimilis, neque nocet confitenti, ſi reſiſtant indicia veri ſimilia, & probabilia innocentiæ. *arg. l. ult. Cod. de probationib.* Paris de Puteo *de Syndicat. cap. 1. num. 5. verb. Confeſſio.* Marc. Anton. Blancus *ad l. fin. ff de Quaſtionib. num. 35.* Boſſ. *prax. criminal de confeſſu num. 46.* Maſcard. *de probat. concluſ. 341. num. 39. & 384. num 4.* Menoch. *de arbitr. Jud. lib. 2. caſ. 269. num. 3. & num. 9.* Farinac. *prax. crimin. lib. 3. quaſt. 81. num. 28. & 40.* Et quidem ſpecifica & qualificata debet eſſe confeſſio certa, lucida, expreſſa & explicita, nec generalis, quum generalitas ambiguitatem pariat, obſcure enim reſpondens nihil reſpondit, *l. 11. §. 7. ff. de interrog. in jure fac. junct. l. 59 ff. de verb. obligat.* Paris d. Puteo *de Syndicatu. verbo, Tortura. cap. 10. num. 2.* Boſſ. *prax. tit. de confeſſ. num. 12. num. 25. 43. & 83.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 8.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 344. num. 12.* Carpzov. *prax. crimin. part. 3. quaſt. 122. num. 12. & ſeqq.* neque ullam debet pati exceptionem, ſed omni exceptione major eſſe debet, per ea quæ late Farinac. *prax. criminal. lib. 3. quaſt. 81. num. 32.*

Confeſſio ſub ſpe & promiſſione impunitatis data, etiam revocari poteſt, tanquam judicis 12
dolo & ſpe liberationis præter cauſæ veritatem extorta. *arg. l. 65. ff. de Reg. Jur.* ubi Decius *num. 7.* & Hieronym. Cagnol. *num. 17. & ſeqq.* Hippolyt. de Marſil. *ad. l. 1. §. quaſtion. 23. ff. de quaſtionib. num. 29. & in Rubric. Cod. de probation. num. 127.* & in *prax. criminal. §. poſtquam. num. 15. & ſeqq.* neque ſufficit ad condemnandum. Petr. à Placa *Epitom. delictorum. cap. 37. num. 4.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. cap. 12. Rubric. de probat. delictor. 6.* Jul. Clar. *§. final. quaſt. 55. num. 7.* Fachin. *Controv. Juris lib. 9. cap. 61.* Menoch. *de Arbitrar. Jud. lib 2. caſu 367. num. 6.* Farinac. *prax. criminal. lib. 3. quaſt. 81. num. 276.* præſumptionem tamen inducit, & judicium facit ad torturam, per ea quæ tradunt Jul. Clar. *§. fin. d. quaſt. 55. num. 7.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de confeſſ. per torturam num. 13. 15. 21. & ſeq.* Farinac. *d. quaſt. 81. num. 300. & ſeqq.*

Utrum autem Judex impunitatem promittere poſſit, & promiſſioni à ſe factæ ſtare teneatur? 13
inter DD. non convenit; quorum quidam volunt, ut quamvis Judex impunitatem delicti promittere non poſſit, *l. 10. Cod. de Accuſat. & inſcriptionibus.* & tali promiſſioni factæ ſtare non teneatur. *arg. l. 1. §. ult. l. fin. ff. de dolo malo.* ad eruendam tamen veritatem quibuſlibet ſimulationibus & perſuaſionibus uti poſſit, ſecundum Canoniſtarum doctrinam ad *cap. nos in quenquam 2. quaſt. 1. cap. afferte extr. de præſumpt. cap. Utilem. & cap. non enim 22. quaſt. 2.* Fachin. *controverſ. Juris lib. 9. cap. 61.* late Petr. à Placa *Epitom. delictorum lib. 1. cap. 37.* Quum reipublicæ interſit delicta quolibet modo manifeſtari. *arg. l. 20. ff. de pœnu. junct. l. 51. ff. ad leg. Aquil. in fin. l. 6. Cod. de defenſorib. civit.* Quo tamen caſu promiſſio & ſpes impunitatis, licet 14
ei ſtandum non ſit. *arg. d. l. 10. Cod. de Accuſat*; in tantum prodeſt, ut talem confeſſionem, etiam non docto errore, revocare poſſit reus, quum ſæpiſſime eveniat, reos ſub ſpe liberationis falſum dicere de ſe atque aliis, nec advertere quid contra ſe, aut alios mentiantur.

Neque talis inquiſitionis modus, qui forum duntaxat Eccleſiaſticum ſpectat, & pro eruendo 15
hæreſeos crimine patrum noſtrorum memoria magno Reipublicæ malo invaluerat, noſtris & aliorum moribus probatur, ſed plane in deſuetudinem abiit, propterea quod apertæ fraudis, & doli machinationem præ ſe ferant judicea, promittendo id quod præſtare ipſi non poſſint, cui ipſum jus gentium & naturalis æquitas repugnat. *arg. l. 7. §. 9. ff. de pact. junct. l. 1. §. 1. 2. ff. de dolo.* Neque ad rem facit Salomonis exemplum, de quo *in d. cap. afferte* Quum multum differat fictio aut ſimulatio, à deceptione, quo fundamento Petr. à Placa *Epitome delictor. lib. 1. cap. 37. num. 4.* hanc judicis promiſſionem, quam ſervare non tenetur, reipublicæ pernicioſam, & in Chriſtianæ religionis diſpendium adinventam refert; & Jul. Clar. *§. fin. quaſt. 55. num. 8.* poſt Dyn. & Parid. de Puteo, omnibus judicibus conſultum voluit, ut ab ejuſmodi promiſſionibus ſe abſtineant, atque aliis juſtioribus modis ſtudeant veritatem delictorum invenire, quia per eam illaqueatur reus fraude & mendacio, quod à quolibet bono viro, & præſertim à judice, qui veritatis amantiſſimus eſſe debet, ſummopere vitandum eſt. Et Farinac. *lib. 3. quaſt. 81. num. 280.* Ad hæc vitanda, caveas, inquit, judex ab hujuſmodi promiſſionibus. Quod ſi forſan inanis gloriæ cupidus, & ad extorquendam confeſſionem impunitatem promiſeris, ſcias te, nec in foro conſcientiæ, nec etiam in contentioſo, poſſe iſtum reum condemnare. Vide in hanc materiam Jul. Clar. *d. quaſt. 55. num. 8.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. centur. 4. caſ. 367.* Boſſ. *prax. Criminal. tit. de confeſſu per torturam. num. 11. 12.* Petr. à Placa *d. cap. 37.* Farinac. *d. quaſt. 81. cap. 8. per tot. & maxime num. 277.* Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quaſt. 149.*

Cap. XIII.

De Abſolutionibus & Condemnationibus, ubi de variis & arbitrariis pœnarum generibus, in quibus locum habeant, an & in quibus aggravari, aut remitti poſſint. An voluntas, pro facto.

Summaria.

1. *Quæ & quales probationes in criminalibus requirantur.*
2. *Liberatio ſive abſolutio, alia abſoluta, alia arbitraria ad minorem pœnam.*
3. *Abſoluta quæ.*
4. *Utrum deficiente vel revocata confeſſione reus abſolvi, vel condemnari poßit, diſtinguendo reſolvitur.*
5. *Per exempla diverſimode elucidata. & num. 6.*
7. *An in proceſſu extraordinarie inſtituto, reus in totum abſolvi poßit diſtinguendo reſpondetur.*
8. *Abſolutione ſemel interpoſita, utrum reus iterum accuſari poßit.*
9. *An & quando probato facto arbitraria pœna locus ſit.*
10. *Delictum caſu plane fortuito, & inevitabili commiſſum nulla pœna puniri poteſt.*
11. *Niſi culpa committentis caſus cauſam dederit.*
12. *Propter imperitia & imprudentia culpam an & quæ pœna locum habeat.*
13. *An & quatenus ad pœnam corporis afflictivam extendi poßit.*
14. *Homicidium neceſſarium, voluntarium, fortuitum, caſuale, quomodo diſtinguendum cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
15. *Si quis alium candelabro, fuſte, lapide, clavi vel alio inſtrumento aliquod vulnus inflixerit, an & qua pœna teneatur.*
16. *Si quis in rixa manu levata vel pugno aliquem petierit, unde forte occubuerit, an & qua pœna ſit puniendus.*
17. *Si navis ex imperitia nautæ in navem impegerit quid Juris.*
18. *Damnum ex duorum curruum concurſu ex imprudentia aurigæ factum.*
19. *Medici, an & quando de errore commiſſo teneantur.*
20. *Advocati.*
21. *Judices male judicantes an litem faciant ſuam, & quid mortibus in civilibus.*
22. *Quid in criminalibus.*
23. *Quid in arbitrariis judex præſtare debeat.*
24. *Quando ex ipſa lege pœna extraordinaria locus ſit, & an ea ad mortem extendi poßit, diſting.*
25. *In crimine læſæ majeſtatis.*
26. *In crimine raptus.*
27. *In crimine falſi.*
28. *An & quando voluntas pro facto habeatur vel non, diſting. & num. 25. & ſeqq.*
29. *In latrocinio, cum interpret. l. 1. ff. ad leg. Corn. de Sicar.*
30. *Aſſaßinatu.*
31. *Parricidio.*
32. *Veneficio.*
33. *Bartoli opinio refutata.*
34. *Pœna Talionis origo.*
35. *Interpretatio Exodi 21. verſ. 22. 14.*
36. *Mores & praxis variorum circa dictam quæſtionem.*

POſt concluſionem in cauſa, & rei defenſionem ſummarie & de plano factam, ſequitur judicatum, aut abſolutorium aut condemnatorium.

Utique ſi reus confeſſionem ſuam pro innocentia ſua ita defenderit, quod ex ea ſola condemnari non poſſit, veluti quod ſit erronea, & per torturam extorta, propterea revocata, nuda, & metu torturæ factæ, aut adeo qualificata, ut dividi non poſſit, neque certis indiciis aliiſve probationibus aggravetur, de quibus latius ſuperiori capite, ad condemnationem deveniri non poteſt;
1 in criminalibus enim notio publica munita eſſe debet idoneis teſtibus, & inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis & luce meridiana clarioribus. *l. ult. Cod. de probat.* & ad officium judicis pertinet in rei veritatem inquirere. *l. 14. Cod. de Accuſat.* veluti per teſtes duos vel plures omni exceptione majores *l. 12. ff. de teſtib. junct. l. 2. 3. ff. eod.* per facti evidentiam, juſtam & urgentem præſumptionem, & certa indicia judiciali confeſſione confirmata *l. 21. ff. de probat. l. 19. ff. de rei vindic. junct. l. 34. ff. ad leg. Jul. de Adulter.* Quorum defectu ad liberationem inclinandum. *arg. l. 5. ff. de pœnis.*

2 Liberatio autem ſive abſolutio, vel abſoluta eſt, vel arbitraria.

Liberatio abſoluta eſt, quum deficientibus probationibus, & revocata, aut per juſtam defen- 3
ſionem reſoluta confeſſione, reus per definitivam ſententiam abſolvitur, per regulam quod accu-
ſatore non probante reus veniat abſolvendus. *l. 4. Cod. de edendo.*

Liberatio arbitraria eſt, quum res eſt dubia utrum judex ad abſolutionem an ad condemnatio- 4
nem procedere poſſit, & propterea ad liberationem inclinet, non abſolutam, ſed arbitrariam, &
ad mitiorem pœnam procedat quam ſi plene eſſet probatum.

Hinc celebris illa quæſtio, utrum deficiente, aut revocata confeſſione reus abſolvi, an condemnari debeat, & quidem confeſſione omnino deficiente, veluti ſi reus confiteri noluerit, & quæſtioni ſive torturæ admotus pertinaciter negaverit, & in ea negatione perſeveraverit, communis noſtra conſuetudo, quæ utrobique in praxi invaluit, qua neminem ad mortem damnari niſi & ipſe perpetratum à ſe delictum fuerit confeſſus, probavimus ſupra *cap. VIII.* & per ea quæ notavimus ad Rhenoland. & Bataviæ conſuetud. Generales, *art. 1.* nobis negocium faceſſit, utrum reus confeſſione deficiente ſit condemnandus, an abſolvendus, qui ſecundum litteram dictæ conſuetudinis eſſet abſolvendus. Verum quicquid alii ſentiant, ego diſtinguendum puto, ut quidem in gravioribus delictis, ut in latrociniis & furtis manifeſtis a facinoroſis & nefariis commiſſis, & in ſcurris, vagabundis & vilioris conditionis hominibus pro ratione delicti, non obſtante confeſſionis defectu, ſi plenæ ſint probationes, ad reſtis, aut ſimilis ſupplicii condemnationem deveniri poſſit. *arg. l. 3. §. 5. ff. ad l. Corn. de Sicar. junct. l. 28. §. 2. ff. de pœnis.* prout in Hollandiæ Curia judicatum refert Neoſtad. *deciſ. 47.* & à Friſiæ Senatu deciſum probat Joann. à Sande *deciſ. Friſic. lib. 5. tit. 9. defin. 14.* & in Curia Mechlinienſi concluſum refert Chriſtin. *vol. 4. deciſ. 109. num. 6.*

In honeſtioribus vero, & delictis communibus, & minus qualificatis cauſa ad altiorem indaginem per ordinarium probandi & defendendi modum ex carcere faciendum ut plurimum remittitur, quum ſententia præter ordinariam procedendi figuram, & debitum defendendi ordinem lata ipſo jure nulla ſit, *l. 4. Cod. de Sentent. & interlocut. & l. 1. Cod. de execut. rei Judic. & ibi DD.* Et præterea quatenus præter confeſſionem lata, appellationi ſit ſubjecta. *arg. l. 2. Cod. quorum appellat. non recip.*

Cujus recens eſt exemplum ab Hollandiæ Curia in cauſa *Johannis. Bankhemii.* Balivi Hagienſis 5
24. Maji 1677. judicatum, hiſce verbis: Het Hoff heeft den ſelven in een ordinaris proces ontfangen / ende geordonneert ſijne defenſie ex carcere te doen / de ſaak te beſchrijven by eyſch/ antwoord/ replijk ende duplijk te dienen van veertien te veertien dagen op verſtehen / mitſgaders productie te doen is het nood. Id eſt: *Curia cenſuit, reum ad ordinarium proceſſum remitti, eique injunxit defenſionem ex carcere in ſcriptis fieri curare per ſolemnem petitionem, reſponſionem, replicationem, & duplicationem & facti productionem, ſi ita videatur.* Quo quidem proceſſu per legitimum probandi modum atque ordinem rite & ſolenniter inſtructo, jam tum prius videndum, utrum reus ordinaria, an extraordinaria mitiori pœna ſit puniendus. *arg. l. 18. §. 2. in fin. ff. de quæſtion.* Ut ſi delictum plene ſit probatum, ordinaria etiam delicti pœna ſit condemnandus, ſin minus plene ſit probatum, arbitrio judicis committendum ſit, utrum abſolvat reum, an vero pro
facti circumſtantiis & delicti qualitate mitiori aliqua pœna plectatur, uti factitatum ab Hollandiæ 6
Curia in famoſa illa cauſa *Cornelii de Witte Agri Puttani Præfecto*, 20. Octob. 1675. prolata. Sed præpoſtere, meo quidem judicio, & nullo judicii ordine ſervato: quæ nullitas ex defectu proceſſus ſubſtantialis, legitimæ ſcilicet probationis, ſecundum practicos adeo relevans eſt, ut ſententia hac ratione nulla, per judicem appellationis reformari non poſſit, ſed duntaxat pro nulla pronunciari debeat, ut poſt Panormitan. Bald. Alexandr. Decium & alios notat Sebaſtian. Vant. *de nullitate Sententiar. ex defectu proceſſus. num. 7.* Niſi forte ſedandi populi cauſa ſententia illa fuerit præmatura. *arg. l. 16. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Quod utrum inconſulto Principe fieri poſſit, *per l. 32. ff. de pœnis.* infra videbimus. Secundum hanc diſtinctionem, ut ſcilicet, deficiente confeſſione legitimo procedendi ordine ſervato ſit judicandum, utrum quis ordinaria, an extraordinaria pœna ſit puniendus, intelligenda & reſtringenda ſunt ea, quæ pro DD. varia opinione notavimus ſupra *cap. 9. circa fin.* facit text. in *Ordinat. criminal. circa procedendi modum art. 41.* his verbis: Indien yemand de pijnbank verdraagt / dat het proces geviſiteert ſal werden / om hem regt te doen / ende Juſtitie te adminiſtreren / ſoo de ſaak ende materie dat vereyſſchen ſal. Id eſt: *Ut ſi quis torturam negando ſuſtinuerit, proceſſus examinetur, eique juſtitia complementum fiat, prout cauſæ merita exegerint.*

Utrum vero in totum abſolvi & liberari poſſit reus à proceſſu extraordinario modo inſtructo, id 7
eſt, eo, in quo ad veritatem & propriam confeſſionem eruendam, tortura fuerit admota, vix eſt

ut

ut quæratur, quum abſque legitimis probationibus ad torturam deveniri non poſſit, uti latius ſupra *cap. 8. num. 9. & ſeqq.* & ſuper probationibus & indiciis ad torturam neceſſariis, pro proviſionali relaxatione, in anteceſſum diſputari, & præjudiciali cauſa dijudicari ſoleat. De quibus ſupra *cap. 10.* niſi forte diſtinguatur inter torturæ gradus, veluti ſi defectu plenioris probationis ad ſupremum torturæ gradum non fuerit adductus, ſed minæ tantum, & apparatus exercendæ torturæ fuerint adhibiti, quod in furibus &aliis depravatæ vitæ hominibus quandoque abſque ulla probatione, uſui venire ſolet, ſecundum diſtinctionem ſuo loco factam. De qua etiam vide *proceſſ. criminalem*, nuper à me Belgico Idiomate *edit. cap. 3. num. 26. verſ.* Ende terwijl. Sic ut eo caſu quidem in totum abſolvi & liberari poſſit reus ſi ſemiplene tantum, aut minus quam ſemiplene fuerit probatum. Si vero plus quam ſemiplene probatum ſit, ut ipſi actuali torturæ locus fuerit, arbitraria minori pœna reus veniat plectendus. *arg. l. 25. ff. de pœnis. junct. l. 11. Cod. de Quæſtionib. l. 8. in pr. & l. ſeq. ff. eod.* Vid. Jul. Clar. *§. final. quæſt. 64. verſ. illata reo. num. 38.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 1. tit. 21. defin. 25.* Quomodo etiam interpretatur *l. 18. §. 1. ff. de Quæſtion.* Anton. Matth. *de criminib. tit. de Quæſtion. cap. 4. num. 15.* Ita etiam intelligenda quæ tradunt Maſcard. *de probat. vol. 2. deciſ. 353. num. 4. & ſeq.* Johann. Zanger. *de Quæſtion. & tortur. cap. 2. num. 2.* Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 119. num. 65. & ſeq.* Damhoud. *prax. criminal. cap. 35. num. 1. & ſeq.* eoque modo limitandum, quod *dict. art. 41. Ordinat. criminal.* circa procedendi modum, cavetur his verbis, het zy tot abſolutie/ ſlakinge/ peyne extraordinaris / ofte anderſints / id eſt, *ut procedat judex ſive ad abſolutionem, ſive ad relaxationem, ſive ad pœnam extraordinariam, aliamve ſimilem.* Si vero cauſa cognita, & ſervato legitimo procedendi modo pertracta, plenæ probationes reperiantur, procul omni dubio reus, deficiente licet propria confeſſione, ordinaria delicti pœna venit puniendus.

8 Utrum autem abſolutus à crimine ob defectum probationis Accuſatoris, novis repertis probationibus iterum accuſari poſſit? Diſtinguendum eſt, utrum defectu probationis ab inſtantia quis fuerit ſolutus, quæ repertis novis probationibus repeti poteſt, quia talis objectio non inducit rei judicatæ exceptionem, per ea quæ in praxi recepta teſtatur *Rob. Marant. in Speculo aureo part. 6. verſ. & pervenitur.* & apud nos conſtans eſt doctrina, ejuſmodi declarationem nihil amplius importare quam abſolutionem ab inſtantia, quæ iterum repeti poteſt, ſi vero quis definitive fuerit abſolutus, quod forte crimen non commiſit, eadem cauſa iterum revocari non poteſt, quum rebus judicatis ſtandum ſit *l. 1. Cod. de Re judicata.* ut ſemel controverſiis finis imponatur, neque litium modus multiplicetur. *l. 6. ff. de Except. rei judicatæ.* Quo fundamento Suprema Hollandiæ Curia in ſimili cauſa litis finitæ exceptionem admiſit, teſte Jacob. Coren *obſerv. rer. judicat. obſerv. 26.*

9 Sed & probato facto quandoque extraordinariæ pœnæ locus eſſe debet. Quod iterum duobus modis contingere poteſt, vel ex ipſis facti circumſtantiis, quæ pœnam ſubinde mitigare & levare ſolent, vel ex ipſa lege propterea, quod de propoſiti delicti pœna nihil certi diſponat, aut eam expreſſis verbis arbitrio judicis committat. De quibus ſingulis.

Ad primum quod attinet, varii ſunt caſus quibus facti circumſtantiæ ipſam pœnam ordinariam non tantum minuunt, ſed & quandoque prorſus tollunt. Quocirca probe diſtinguendum inter dolum, culpam, & cauſam. Ut delictum dolo commiſſum ab ordinaria pœna nullatenus excuſari poſſit, *arg. l. 1. l. 3. & l. 14. ff. ad l. Corn. de Sicar. & ibi DD.*

10 Illud autem, quod nullo adhibito dolo, ſed inevitabili caſu contingit, nulla, neque ordinaria, neque extraordinaria pœna puniri debeat, *l. 1. ff. Si quadrup. paup. feciſſe dicatur. l. 23. in fin. ff. de Reg. Jul. l. 1. §. 3. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 1. §. 5. Cod. eod. l. 9. in fin. l. 11. in pr. l. 31. l. 51. in fin. ff. ad l. Aquil. l. 11. §. 7. ff. de pœnis.* Vide Jul. Clar. *§ homicidium. verſ. caſu. num. 2.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de homicidio. num. 66.* Jacob. Ayrer *tract. de homicidio. part. 2. num. 110. & part. 3. num. 1. & 8.* Andr. Gail *lib. 2. obſerv. 110. num. 38. & ſeq.* Damhoud. *prax. crimin. part. 1. quæſt. 27. num. 11. & num. 50. cum ſeqq.*

11 Quod iterum diſtinguendum, utrum caſus fuerit inevitabilis, & mere fortuitus, de quo ſupra, an vero culpa aliqua committentis caſui cauſam dederit, à qua reus in totum excuſari non poteſt, quum culpa dolo æquiparetur, præſertim ſi lata ſit, aut dolo proxima, quæ pro dolo eſt, *l. 1. §. 1. ff. Si is qui teſtamento liber eſſe juſſus erit. l. 1. in fin. ff. Si menſ. falſum modum. l. 29. ff. mandati. l. 32. ff. depoſiti. & l. 226. ff. de Verb. Signific.* ſed leviori aliqua pœna puniendus: propterea quod lata culpa, quamvis revera dolus non ſit, ſed dolo tantum æquiparetur ſecundum Proculi ſententiam de qua in *d. l. 32. ff. depoſiti* mentio fit, præſertim in pœnariis cauſis, in quibus ne latam quidam culpam pro dolo eſſe certum eſt ex *l. 7. ff. ad l. Corn. de Sicariis*, tamen ſuo modo ſit punienda,

ſed

ſed mitius, & extra ordinem *l. 9. ff. de incend. ruina & naufrag. l. 3. §. 2. l. 4. §. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 12. ff. de exhibit. reorum.*

Ideoque caſum, cui imperitia aut imprudentia cauſam dedit, licet aliquo modo fortuitus dici poſ- 12
ſit, extraordinaria tamen mitiori pœna puniri volunt, *arg. l. 1. §. §. in fin. ff. ad l. Corn. de Sicariis.* ut plurimum pecuniaria aliqua mulcta, ad ſummum relegatione & banno, juxta *l. 4. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Gloſſ. Bart. & DD. *ad l. 11. §. 2 ff. de pœnis.* Vide Jul Clar. *§. homicidium. num. 3. verſ. culpa dicitur.* Hippolyt. de Marſil. *ad l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. num. 14. 15.* Menoch. *de arbitr. jud. caſ. 324. num. 12.*

In gravioribus tamen cauſis, ubi de innocentia rei & excuſatione culpæ non adeo conſtiterit, 13
& major imprudentiæ culpa apparuerit, pœnam etiam ad corporis afflictum veluti fuſtigationem, ſi vilioris ſint conditionis, *arg. l. 28. §. 2. ff. de pœnis.* ſi honeſtioris, ad perpetuos carceres extendi alii volunt. Ut poſt Farinac. *tom. 4. quæſt. 87. num. 77.* & Damhoud. *prax. crim. cap. 87. num. 10.* contra Cæpoll. Hippolyt. de Marſil. & alios rectius diſtinguit Carpzov. *prax. criminal. part. 1. quæſt. 2. num. 33.* Sic ut totum illud arbitrarium ſit.

Hinc diſtinctio illa moderaminis inculpatæ tutelæ, & homicidii neceſſarii, voluntarii, culpo- 14
ſi, & quod mere eſt fortuitum, de qua late ſupra *part. 1. lib. 5. cap. 11. num. 3. 4. 5. 7. 10.* Ubi multa de caſibus inopinaris, & extra dolum & culpam contingentibus, & his quæ imprudentiæ, aut ſummæ imperitiæ imputari poſſunt, quæ etiam hic pro materiæ ſcopo repeti potuiſſent. Vide etiam Ayrer. *de homicidio part. 3. num. 1. & ſeqq.* & poſt eum Carpzov. *prax. criminal. part. 1. quæſt. 27.* Quæ omnia ſub hac diſtinctione procedunt, ut homicidium mere fortuitum, quod ab aliquo præter ſcopum & conſilium & ſine ulla culpa, ex negocio, & actu licito natura ſua ad delinquendum non comparato, nullo modo puniri poſſit, aut debeat per *l. 1. ff. Si quadrup. paup. fec. l. 23. in fin. ff. de Reg. Jur. l. 1. §. 3. ff. l. 1. l. 5. Cod. ad l. Corn. de Sicar. l. 11. l. 31. l. 51. ff. ad l. Aquil. l. 11. §. 7. ff. de pœnis. junct. cap. Si qui & ſeq. & cap. quantum diſtinct. 50. cap. dilectus. & cap. lator. extr. de homicid.*

Et homicidium quodammodo caſuale, quod quidem præter committentis intentionem contingit, ſed non caret omni culpa, quod vel operam dederit rei illicitæ, vel etiam in re licita & permiſſa, imprudenter egerit, neque omnem quam debebat adhibuit curam & diligentiam ne quid mali accidere, aut intervenire poſſit, quod quum impunitum manere non debeat, & pro facti circumſtantiis admiſſa culpa certæ pœnæ adſtringi non poſſit, ea judicis arbitrio relinqui debuit. *arg. l. 3. §. 2. l. 4. §. 1. ff. ad leg. Corn. de Sicar. l. 38. §. 5. ff. de pœnis. l. 4. Cod. l. ad Jul. de Adult. l. 7. §. 4. l. 9. §. fin. l. 31. & l. 52. in fin. ff. ad l. Aquil. cap. Presbyterum. & cap. continebatur. extr. de homicid.* Quæ communiter pro culpæ levitate, & gravitate eſt pecuniaria, exilii aut relegationis, & ex cauſæ & culpæ gravitate quandoque ad pœnam corporis afflictivam, & damnationis ad carceres ſive perpetuos, ſive temporales extendi poteſt, ſecundum ea quæ ſecundum variam DD. opinionem pro culpæ qualitate, per Farinac. Damhouder. Carpzov. & alios notavimus ſupra. Quibus adde Jacob. Ayrer. *de homicid. tract. 2. num. 103. & ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. jud. caſ. 324. num. 2.* Boſſ. *prax. Criminal. tit. de defenſ. reorum, num. 67.* Boër. *deciſ. 83.*

Si igitur quid non necandi hominis cauſa factum ſit, cui tamen lata culpa ſubeſt, veluti ſi quis 15
alicui, candelabro, fuſte, lapide, cantharo, clavi, aliove inſtrumento ad occidendum minus apto, aliquod vulnus letale inflexerit, extraordinariæ pœnæ locus eſt, eoque caſu lenienda pœna eſt ejus qui in rixa magis, quam voluntate homicidium admiſit. *l. 1. §. 3. ff. ad l. Corn. de Sicar. junct. l. 1. Cod. de emendat. ſervor. l. 3. §. 6. in fin. ff. de vi aut vi armat.*

Ita etiam ſi quis aliquem in rixa manu levata, aut pugno petierit, unde forte occubuerit, arbi- 16
trarie eum puniri volunt, quia non eo animo fuit, ut eum occideret, *d. l. 1. §. 3. ff. ad l. Corn. de Sicar.* ubi Alexand. Bart. & DD. Vide Jul. Clar. *§. homicidium. num. 3. & §. fin. quæſt. 84. in pr.* Boſſ. *tit. de defenſ. reor. num. 68.* Bocer. *de homicidio. lib. 2. cap. 1. num. 80.* Menoch. *de præſumpt. 40. num. 10.* Niſi forte de dolo, & deſtinato occidendi animo conſtiterit, quo caſu omnia inſtrumenta, quibus vulnerari quis poteſt, pro illicitis habentur, & pœnæ ordinariæ locus datur. *arg. l. 3. §. 2. ff. de vi & vi armat. & d. l. 1. Cod. de Emendat. Servor. l. 1. in pr. ff. ad l. Corn. de Sicar. junct. §. 5. Inſtit. de publ. judic.* Vide Menoch. *dict. præſumpt. 40. num. 11.* Boſſ. *de homicidio. num. 38. & ſeqq.* Gomeſ. *de delict. cap. 3. num. 17. 18.* Petr. à Placa *Epit. delict. lib. 1. cap. 10. num. 5. 6.*

Neque hæc tantum in homicidio caſu commiſſo, ſed & in omni alio facti contingentia obtinere 17
debent, qua quis perierit, aut occubuerit, veluti ſi navis naucleri negligentia in aliam navem impege-

pegerit, ſic ut naufragium intercedat, quo aliqui fuerint ſubmerſi, quum illud avertere po-
tuiſſet. *arg. l. 29. §. 2. & 4. ff. ad l. Aquil.* De quo facto duobus vel tribus eorum qui interfue-
runt, & melius dignoſcere veritatem potuerunt, creditur, veluti ſunt magiſtri navis, quibus
plenior eſt ſcientia, qui ſi fatali forte defuerint, in alios inquiſitio transfertur. *per l. 3. Cod. de* Cod. XI. V. *De Naufragiis.*
18 *Naufrag.* Quod & ad duorum curruum concurſum, aurigarum culpa factum, extendi placuit.
arg. d. l. 29. §. 2. & 4. ff. ad l. Aquil. per ea quæ refert formularum communium author, vulgo
Papegay *pag.* 541.

19 Ita ſi nutrix, cui infans lactandus, & nutriendus concreditus eſt, per improvidentiam in lecto
eum opprimat & ſuffocet, quibuſdam perpetuæ relegationis pœna punitur. Ut videre licet in
Jure Provinciali Ducatus Pruſciæ *lib. 6. tit. 5. art. 6. §. 3.*

Ita & Medicorum errores terra tegi, frequens eſt alluſio, propterea quod in eorumdem im-
peritiam & culpam tam commode inquiri non poteſt, non ideo magis tamen eos immunes fore,
ſed ſi medicamentis temerarie fuerint abuſi, aut medicamenta prohibita adhibuiſſe reperiantur,
quibus morti cauſam præbuiſſe coarguantur, pro qualitate commiſſi puniendos probavimus ſupra
part. 1. lib. 5. cap. 20. num. 2. & cap. 30. num. 1.

20 Advocati, ſi per imperitiam in errorem inciderint & ex imprudentia erraverint, aut contra,
ſive præter jus aliquid protulerint, ex eo non tenentur, quamvis enim turpe ſit jura profitenti
ipſum jus ignorare. *l. 2. §. 43. ff. de Origin. Jur.* admodum tamen incivile eſſet, eos in tam vaga
& difficili juris, & praxeos ſcientia, in tanta opinionum varietate, & operoſa legum accumu-
latione, tantaque cauſarum multitudine ſingularum litium periculo adſtringi. Ut latius ſupra
part. 1. lib. 5. cap. 7. num. 6. quum omnium habere memoriam, & penitus in nullo errare di-
vinitatis magis, quam humanitatis ſit. *l. 2. §. 14. Cod. de Vet. Jur. enucl.* niſi callidis conſiliis
clientes ab iis fuerint circumſcripti, aut doloſe cum iis fuerit actum, quo caſu ad reſtitutionem
damni tenentur; *l. 1. §. 1. l. 13. in pr. & l. 17. §. 1. ff. de dolo malo.* infamia notantur, & ex-
traordinaria iis pœna injungitur. *l. 2. & l. 4. ff. de Prævaricatione.* plerumque pecuniaria, ut D. XLVII. XV. *De Prævaricatione.*
quorum facto nullum vitæ, aut ſanguinis intercedat periculum.

21 Judex qui male judicavit, ſi directo contra leges ſententiam ferat, ſententia ipſo jure nulla
eſt. *l. 2. Cod. Quando provocare non eſt neceſſe.* Quæ quidem per auctoritatem judicii ſuſtine-
tur. *l. 65. §. 2. ff. ad Senat. Trebellian.* Ita tamen ut litem ſuam faciat. *l. 2. Cod. de pœna judicis* Cod. VII. XLIX. *De pœna judicis qui male judicavit.*
qui male judicav. junct. l. ult. ff. de extraordinar. cognit. Sed moribus noſtris, omnes omnino
ſententiæ licet ipſo jure nullæ, per appellationis & provocationis remedium à ſuperiori judice
corrigi, ac reſtitui debent, neque judex litem ſuam facit, niſi velit ipſe, hinc in appellationis
aut provocationis mandato ſolennis inſeritur clauſula, ut judici à quo inſinuatio ſive inthimatio
fiat, ut latam ſententiam defendat ſi velit, ſin minus per judicem ſuperiorem eam corrigi pa-
tiatur, quæ rarius aut nunquam readſumi ſolet, ſic ut judex in civilibus cauſis propter imperitiam
non teneatur, niſi vel precio, vel gratia fuerit corruptus, quo caſu infamia notatur & præter in-
tereſſe & in triplum ejus quod acceperit condemnatur. *Novell. 124. cap. 2. & auth. novo jure*
Cod. de pœn. jud. qui male jud.

22 In criminalibus vero publicatis omnibus bonis exulare jubetur. *d. Novell. 124. cap. 2.* Quod
eo magis moribus noſtris obtinere dicendum eſt, quod apud nos in criminalibus ut plurimum,
& quoad ejus fieri poſſit, extraordinarie procedatur, neque appellationibus locus detur, per ea
quæ latius ſuo loco. Adeoque certiſſimum vitæ, & ſanguinis intercedat periculum, in quibus
procul dubio imperitia culpæ annumeratur, *arg. l. 8. ff. ad l. Aquil. junct. l. 32. ff. de Reg. Jur.*
Sed quæ præter dolum, aut corruptelam puniri non ſolet, quo caſu in eum, qui pecunia cor-
ruptus, aut data opera iniquam tulerit ſententiam ſeveriſſime animadvertitur. *arg. d. No-*
vell. 124. cap. 2. junct. l. 15. ff. de Judic. Quod etiam ad pœnam corporis afflictivam ex-
tendi volunt *per l. 1. §. 2. ff. ad leg. Corn. de falſis.* Vide Jul Clar. *§. fin. quæſt. 73.* Me-
noch. *de arbitrar. judic. lib. 2. cent. 4. caſ. 342. num. 9. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 61.*
num. 42. Boër. *deciſ. 333.* Carpzov. *prax. crimin. part. 2. quæſt. 93. num. 52.* Andr. Gail
lib. 1. obſervat. 38. num. 8. & lib. 2. obſervat. 76. num. 5. Damhouder. *prax. criminal.*
cap. 121. num. 8. & cap. 130. Petr. à Placa *Epitom. delict. cap. 26. num. 2.* Farinac. *prax.*
criminal. quæſt. 30. num. 144. & quæſt. 47. num. 121. Quum enim in tanta opinionum va-
rietate propter difficilem legum & caſuum quotidie exorientium perſecutionem, nec ipſis
juriſconſultis ſimplex imperitia culpæ annumeretur, male etiam cum ipſis judicibus agere-
tur, qui plerumque juriſconſulti non ſunt, aut juriſprudentiæ operam dederunt, ſi certo juri
ita adſtringerentur, ut per ſimplicem omiſſionem ex imperitia admiſſam talionis pœnæ red-

derentur obnoxii, quum innocentiæ præſumptionem pro ſe habeant. *arg. l. 4. Cod. ad leg. Jul. de Adulter.*

Hactenus de pœnis arbitrariis, & mitioribus, propter facti, & innocentiæ circumſtantias indulgendis, quum in incertis & dubiis, ubi de delinquendi animo, & propoſito non plene conſtiterit, ſemper in mitiorem partem ſit inclinandum, & ignoſcendum ſit judici, qui ex incertis, & dubii facti circumſtantiis, ordinariam in extraordinariam minorem pœnam commutaverit, quia ſatius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare, *l. 5. ff. de pœnis.* Ut late Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſ. 59.*

Cæterum ſi de facto, & delinquendi animo conſtiterit, nullam judices ab ordinaria pœna 23 remiſſionem concedere reo poſſunt, per text. *in l. 15. in fin. pr. ff. ad municipal. l. 14. ff. de pœnis.* Ubi DD. & late Tiraquell. *de pœn. tempr. in præfation. num. 1. & ſeqq.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 17. num. 6.* Quam poteſtatem ſi ſibi arrogaret judex, in violatæ majeſtatis pœnam incideret. *arg. l. 1. §. 3. ff. ad leg. Corn. de falſis.* Tiraquell. *de pœn. temper. num. 8. & ſeqq.*

Neque arbitrariam illam pœnam pro beneplacito & lubitu ſuo plus æquo remittere poteſt judex, ſed pro facti & circumſtantiarum qualitate, ſe etiam certis legibus adſtrictum ſciat. Generale enim eſt in omni negocio, & cauſa, in qua judici arbitrium conceditur, ut non intelligatur de libero, & abſoluto arbitrio, ſed ſecundum terminos & tramitea juris, & æquitatis. *arg. l. 1. ff. de Uſur. verb. Ut legem non offendat. l. fin. Cod. de pœn. jud. qui male judicav. & ibi* Bald. & DD. Hippolyt. de Marſil. *prax. criminal. §. diligenter, num. 25. & ſing. Juris 397. verſ. Incipit Arbitrium.* Menoch. *de Arbitrar. jud. lib. 1. quæſt. 8. num. 19. quæſt. 9. num. 3. 4. quæſt. 11. & quæſt. 77. num. 1.* Jul. Clar. *§. homicidium. quæſt. 31. verſ. Arbitria.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 1385. num. 19.* Seraphin. *de privileg. jurament. privil. 132. num. 181.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 37. num. 194.* propterea quod quum idem in omni alio negocio cautum reperiatur, id multo magis in criminali cauſa obtinere debeat. *arg. pr. Inſt. de offic. jud. junct. l. 1. §. 3. ff. ad leg. Corn. de falſis.* Unde recte Cicero in Oratione pro Cluentio, Judices admonet: *Meminiſſe judicem debere, non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem habitam eſſe, non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare, neque ſibi quodcunque concupiverit licere, ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem.* Sic ut judici incumbat omnes & quaſvis circumſtantias accurate perpendere, ut neque ſeveritatis, neque clementiæ gloria affectetur. Ut eſt textus in *l. 11. in pr. ff. de pœnis.*

Hactenus de facti circumſtantiis, ex ipſa lege pœnæ extraordinariæ locus eſt, quando delictum 24 quidem puniri leges volunt, ſed pro eo nulla certa pœna conſtituta eſt, veluti in crimine ſtellionatus, quod ſpeciali nomine caret, ac proinde nec legitimam aliquam animadverſionem, ſed coërcitionem extraordinariam habet. *l. 2. 3. ff. de crimine Stellionatus.* De quo latius ſupra *part. 1. lib. 5. cap. 10.* Vel ipſa lex delicti pœnam expreſſis verbis arbitrio judicis committit. Ut eſt text. in *l. 1. l. 7. l. ult. ff. de extr. criminib.*

Quæ regulariter etiam pro mitiori quam ordinaria mortis pœna ſumitur, neque ad eam extendi poteſt: propterea quod ſi leges ſuper iis caſibus ordinariam mortis pœnam infligendam fore voluiſſent, ea procul dubio fuiſſet expreſſa, ideoque interpretatione pœnæ molliendæ potius quam aſperandæ ſint, ut eſt textus in *l. 42. ff. de pœnis. junct. l. 155. §. 2. ff. de Reg. Jur. & l. 32. ff. de pœnis, in fin.* niſi in gravioribus & atrocioribus delictis, in quibus illud expreſſe cautum reperitur. Sic ut in aliis cauſis judices ſint proniores ad lenitatem, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequantur, juxta *d. l. 11. in fin. pr. ff. de pœnis.* Ita diſtinguunt Hippolyt. de Marſil. *prax. criminal. §. oportet. num. 40. & conſil. 34. num. 35.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 38. num. 11.* Menoch. *de Arbitr. lib. 1. quæſt. 86.* & poſt eos & alios ibid. allegat. Carpzov. *prax. criminal. part. 3. quæſt. 133. num. 25. & ſeqq.*

Quomodo in crimine læſæ Majeſtatis, minima ejuſdem criminis perpetrandi cognitio non 25 relevata, imo nuda perpetrandi voluntas, ordinaria legis pœna coërcetur. *per text. expreſſ. in l. 5. Cod. ad leg. Jul. Majeſtat.*

Et in raptus crimine, licet ſtuprum nullum intervenerit, propter vim illatam, nudus cona- 26 tus pro ipſo facto plectitur. *l. 5. §. 2. ff. ad leg. Iul. de vi public. junct. l. unic. Cod. de raptu Virgin. junct. l. 1. §. 2. in fin. ff. de extraordinar. criminib.* Quod & in coadjutoribus ultimo ſupplicio coërceri *Anno 1664.* vidimus, in famoſa illa cauſa *Iohannis Diderici de Mortanje*, propter raptum *Catharinæ de Orleans*, quæ voluntate quodammodo ſua ſeducta dicebatur, quum nec ſponſam rapere jura permittant, *d. l. unic. verſ. Quibus connumeratis.*

Simi-

27 Similiter in crimine falſi, cujus pœna plane arbitraria, neque certa eſt, ut plurimum fuſtigationis & relegationis. *l. 1. §. ult. ff. ad l. Corn. de falſis*, noſtris & aliorum moribus, in falſæ monetæ fabricatoribus mortis ſupplicium datur, ſecundum *l. 2. Cod. de falſa moneta*, qui rarius extraordinaria mitiori pœna excuſari ſolent, cujus unicum meo tempore exemplum extitit apud Leydenſes, qui ante aliquot annos adulterinæ monetæ reum poſt publicam ejus exhibitionem, gladio ſuper caput ejus extenſo extraordinaria perpetui carceris pœna damnarunt, quo tamen non obſtante ejuſdem civitatis Scabini, ante menſes aliquot ejuſdem criminis reum, ex gravioribus forte circumſtantiis, ultimo ſupplicio damnarunt. Plura vide ſupra *part. 1. lib. 5. cap. 3.*

28 Ex quo fundamento, ad propoſitam quæſtionem, an in criminibus voluntas pro facto habeatur, & etiam facto non ſecuto ordinaria pœna puniri poſſit? etiam diſtinguendo reſpondimus. Nunquam ſcilicet voluntatem pro facto puniri poſſe, effectu non ſecuto, etiamſi ad actum proximum ſit perventum, ſed extraordinariæ mitiori pœnæ locum eſſe, *per l. 1. §. 24. ff. ad Senat. Syllan. l. 1. ff. de extraord. criminib. l. 16. §. 8. ff. de pœn. & ibi DD.* exceptis iis caſibus, in quibus propter delicti enormitatem ipſa lex hoc præcipit, veluti ſunt, læſæ majeſtatis, Raptus, & falſæ ſive adulterinæ monetæ crimina, de quibus jam ſupra.

29 Quibus adde latrocinium, id eſt, homicidium cum ſpolio & rapina machinatum, quod licet ad eventum non pervenerit, ordinaria legis Corneliæ pœna plectendum lege cautum; ad quod criminis genus reſtringenda eſt *l. 1. in pr. ff. ad l. Corn. de Sicar.* in eo qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulaverit, quod ibidem de latrone, & Sicario dicitur, non de quovis alio, ut illorum voluntas, & propoſitum pro facto habeatur, ut à latronibus & Sicariis viæ publicæ liberentur; horum autem propoſitum privatum, ob rixas forte, & cauſam datam obortum, cujus reipublicæ nihil intereſt, ſine effectu ſubſecuto, nequaquam ordinaria pœna teneatur, prout noſtris & aliorum moribus ſatis ſuperque diſtinguitur.

30 Idem dicendum de aſſaſſinatu, & propoſito homicidio ab aliquo ad hoc mercede conducto, in quo hoc ſingulare eſt, ut tam mandans, quam mandatarius hujus criminis rei fiant, ſimulatque ſuam operam ad aliquem occidendum addixerint, etiamſi facto & re ipſum homicidium commiſſum non ſit, per Gloſſ. *in cap. 1. in verb. mandaverit De homicidio in 6. junct. l. 1. §. 3. & l. 7. Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* Vide Damhoud. *prax. criminal. cap. 83. num. 2.* & quæ ſupra *part. 1. lib. 5. cap. 13.* de noſtris & aliorum moribus.

31 Et de parricidio proprie dicto, quod inter liberos & parentes committitur, certa lege cautum eſt, ut filius qui venenum emit ut patri daret, quamvis non potuerit dare, ordinaria legis pœna teneatur. *l. 1. §. ult. ff. ad l. Pompej. de Parricid.* Quod in aliis collateralibus extraordinaria mitiori pœna punitur. *l. 2. & ſeqq.*

32 Quocirca quum de Uxore, quæ maritum veneno necare tentaverat, effectu tamen non ſecuto, quæſtio inciderit, utrum voluntas illa, quæ ad actum proximum pervenerat, extraordinaria an ordinaria delicti pœna eſſet punienda? Secundum eandem regulam, quam veriorem eſſe deprehendimus, fuit reſponſum, ſcilicet regulariter voluntatem in criminibus effectu non ſecuto, nunquam pro facto ipſo puniri, niſi in gravioribus illis caſibus, quibus ipſa lex hoc expreſſis verbis præcipit, ac propterea quum hic caſus nullibi expreſſus reperiatur, inde ſequi debeat in hoc caſu non ordinariæ conſummati facti, ſed extraordinariæ minori locum dari debere.

33 Contraria opinio ex Bartoli ſententia proveniſſe videtur, *ad l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. & l. 5. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Qui contrariam Regulam poſuit quaſi indiſtincte in omnibus omnino criminibus gravioribus, voluntas pro conſummato effectu puniri debeat, in quibus ſufficeret ad actum proximum perventum eſſe, etſi effectus non ſequatur. Et generaliter quoties non ſteterit per aliquem, quo minus actus perficiatur, Ipſe actus ex perſeveranti voluntate pro perfecto, & impleto haberetur. *arg. l. 17. ff. de Op. nov. nunciat.* Idque omnium maxime in maleficiis obtineret, in quibus voluntatem non exitum ſpectari volunt per *l. 6. Cod. ad leg. Jul. de vi publ. junct. l. 14. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Cui objectioni infallibiliter reſpondetur, voluntatem quidem ſpectari in ipſo exitu, ut quod exitus ſine voluntate pro fortuito caſu ſit, quem nullatenus puniri ſupra oſtendimus, ſed è contra argumentum à voluntate ad ipſum exitum quaſi conſummatum ex illis neque aliis legibus præter prædictos caſus exceptos, colligi, nec procedere poteſt. Quum, ut quis criminis reus fiat, ante omnia de voluntario exitu, & delicti corpore conſtare debeat, per *l. 16. §. 8. ff. de pœnis.* Quod & antiquæ & innatæ naturali rationi convenit, quæ geometrica proportione læſionem alicujus corpori illatam æqua lance compenſari voluit per talionis pœ-
34 nam, de qua in legibus XII. Tabular. antiquis *tab. 7. cap. 4. leg. 4. Si membrum rupſit, ni cum eo pacit, talio eſto*, id eſt, par vindicta. Quæ ſimilitudo ſupplicii dicitur in *l. ult. Cod. de Accuſat.*

l. ult. Cod. de Calumniator. & pœna reciproci *l. 2. Cod. de exhib. reis.* & eam ipſam ſententiam ſubire in *l. 7. Cod. de vi public.* Quæ talionis pœna originem ſuam traxit ex divina inſtitutione Moſaicæ legis *Exod. 21. verſ. 23. 24.* animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede &c. Quem textum *verſ. 12. & 14.* quidam de nuda occidendi voluntate ſine exitu accipiendum volunt: qui tamen verſiculi ſi inter ſe conferantur, non de nuda & ſimplici voluntate, ſed de ipſo exitu loquuntur & intelligi debent, de eo qui percuſſerit hominem volens occidere, quod eadem periodo repetitur, ſi quis per inſidias, aut ut alii, per induſtriam occiderit proximum, ita habet antiqua verſio Hieronymi: idem probat text. *Levitici cap. 24. verſ. 15. 17.* qui per omnia convenit cum noſtra interpretatione *dict. cap. 21. Exod. verſ. 12. 13. 14.* confer etiam ejuſdem *cap. verſ. 18. 19. 22.* Ubi de nuda voluntate ſine effectu ſubſecuto, diſertis verbis diſtinguitur, inter caſum quem mora non fuerit perſecuta, & inter caſum quem mora ſubſecuta ſit, ut hujus, non illius, talionis & ordinaria legis pœna ſit. Vide pro hac noſtra interpretatione Andr. Gail *de pace publica lib. 1. cap. 14. num. 18.* & quæ latius Belgico Idiomate conſului *Proces Crimineel, cap. 7. circa fin.*

Hanc diſtinctionem contra Bartoli ſententiam ab omnibus probari & ubique in praxi eſſe receptam teſtantur Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 29. & quæſt. 92. num. 2.* Boër. *deciſ. 316.* Matth. *de* Afflict. *deciſ. 21. & deciſ. 276.* Tiraquell. *de pœn. temperand. cauſa 40.* Gomeſ. *tom. 1. reſol. cap. 3. num. 30. & tom. 3. reſolut. cap. 3.* Cardin. Tuſc. *pract. concluſ. litt. C. concluſ. 544.* Farinac. *prax. crimin. cap. 124. tit. 14. num. 6. 9. & num. 37.* Boſſ. *prax. crimin. tit. de extraord. criminib. & tit. de homicidio. num. 9.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſ. 360.* Carpzov. *prax. criminal. part. 1. quæſt. 17. num. 15. 16.* Petr. à Placa *Epitom. delict. lib. 1. cap. 20. num. 2.* Anton. Faber *ad Cod. lib. 9. tit. 7. defin. 3.* Ann. Robert. *rer. jud. lib. 1. cap. 6.* Gudelin. *de jure noviſſ. lib. 5. cap. 17.* Joann. à Sande *lib. 5. tit. 9. defin. 11.* Damhoud. *prax. crim. cap. 74. num. 17.* 5

Cap. XIV.

De Officio Judicis.

Summaria.

1. *Iudex ut in civilibus, ita multo magis in criminalibus cauſis legibus adſtrictus eſt, quas juramento confirmat, neque poenas conſtitutas aggravare aut remittere poteſt.*
2. *Quando arbitraria poena locum ſit.*
3. *Curſa Senatuum & Iudicum ſubalternorum juramentum, de legibus & conſtitutionibus in judicando ſervandu.*
4. *Interpretatio generalis Iurisjurandi formula Iudicum ſubalternorum, & Statuti Civitatis Leydenſis.*
5. *Utrum Iudex ſecundum propriam ſcientiam, an ſecundum acta & probata judicare debeat.*
6. *An Iudex ſuper delicto adverſus ſe ipſum commiſſo cognoſcere poſſit.*
7. *Conſtitutiones criminales, quibus ipſi judices in judicando, legibus, conſtitutionibus & Iuri ſcripto quam arctiſſime ſunt adſtricti.*
8. *Clauſula, gratiam rigori juris præferentes, expreſſa ſanctione abrogata.*
9. *Iudices ſubalterni in gravioribus cauſis juriſperitorum conſilium adhibere debent.*
10. *Minoribus Hollandia civitatibus pro privilegio indultum, ut in gravioribus cauſis Scabinos Leidenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur.*
11. *In Imperio Germanico judices ſubalterni in gravioribus cauſis, judicii acta & proceſſus ſtatum ad proxima Academia Collegium remittere debent, & quid de Iure Saxonico.*
12. *In gravioribus cauſis communis Iuriſconſultorum opinio ſequenda.*
13. *Interpretatio & collatio legis Moſaicæ cum Iure Civili circa Iuriſperitorum auctoritatem.*
14. *De Ordine Iudiciorum remiſſive.*

JUdex in ferenda ſententia, uti in civilibus cauſis, legibus, ſtatutis & certis loci conſuetudinibus adſtrictus eſt, *arg. Novell. 18. cap. 1. in pr.* ubi Gothofred. in notis *l. 19. Cod. de collat.* Quas & juramento confirmare debet, *arg. l. 14. & auth. ſeq. Cod. de Iudic.* ſecundum formulas cuique judicio præſcriptas; ita multo magis in criminalibus cauſis certis pœnarum legibus adſtrictus eſt, ut ne latum quidem unguem ab iis recedere poſſit. *l. 1. §. 4. ad Senatuſ. Tertullian.* Sicut in ſententiis ferendis perpetuo ſequi debeat pœnas ordinarias & legibus conſtitutas, neque eas ſuo arbitratu commutare, remittere aut aggravare poſſit. *l. 1. §. 3. ff. ad leg. Corn. de falſis. junct. l. 1. §. 4. ff. ad Senat. Turpillan.* per ea quæ late Tiraquell. *de pœnis leg. temp.* 1

causſ.

cauſ. 31. *num.* 34. Menoch. *de Arbitr. Iudic. lib.* 1. *quæſt.* 68. *num.* 8. Vide etiam Damhoud. *prax. crimin. cap.* 55. *num.* 4.

2 Quibus demum deficientibus ad pœnas extraordinarias, ſive arbitrarias eſt deveniendum. Quando ſcilicet lex ipſa, abſque ſupplicii denominatione pœnam judicis arbitrio committit, aut crimen perpetratum peculiare nomen non habet, nec legibus vel ſtatutis expreſſum reperitur, ſecundum diſtinctionem ſuperiori capite factam. Singula enim facta legibus comprehendi non poſſunt. *l.* 4. *ff. de præſcript. verb. junct. l.* 12. *ff. de legibus.* Quæ propterea impunita relinqui non debent. *l.* 9. *§.* 5. *ff. de Publican. & Vectigalib. l.* 18. *§.* 1. *ff. de Iudic.* Ideoque cum in aliqua cauſa ſententia facti manifeſta eſt, ad ſimilia procedere, & ita jus dicere poteſt is, qui juriſdictioni præeſt, *d. l.* 12. *ff. de legib.* Quo etiam caſu, quum certarum pœnarum defectu ad ſimilia procedendum ſit, nequaquam judici integrum eſt, quæ ipſi placuerint pro libitu decernere, ſed quæ ſecundum juſtitiæ tramites æquitate convenire deprehendet. *l.* 1. *ff. de Uſuris. l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 72. *ff. de Iud. in fin. junct. pr. Inſtit. de offic. Iud. l.* 1. *§. ſed etſi. ff. ad l. Corn. de Sicar. l.* 16. *& l.* 20. *Cod. de pœnis.*

3 Propterea utriuſque Hollandiæ Curiæ Senatores ſe in judicando jus ſcriptum ſervaturos juramento confirmare debent, ſecundum ea quæ late in hanc rem Merul. *prax. civ. lib.* 4. *tit.* 6. *cap.* 2. *num.* 1. Et Jure Romano in arbitrariis judices juramenti ſacramento obſtringebantur, ſe facturos quod viſum fuerit juſtius & melius. *auth. hodie ſubjecta. l.* 14. *Cod. de Iudic.*

4 Quomodo etiam interpretandum generale ſubalternorum judicum præſcriptum ſolenni juramento confirmandum, ſe in judicando cuique jus, & juſtitiam largituros, **Dat ſy een yder goed regt/ende juſtitie ſullen doen.** Neque alium ſenſum habet præſcriptum Scabinorum Leydenſium, eorundem privilegiis inſertum: **Dat ſy ſullen regt doen tuſſen twee mannen talen/na haar bijſt ſinnen.** *Ut inter partes jus dicant ſecundum conſcientiam ſuam.* Id eſt, *ſecundum quod eis, ad legis & Iuſtitiæ normam, æquius & melius viſum fuerit.*

5 Hinc celebris illa quæſtio utrum judex ſecundum acta & probata, an ſecundum propriam conſcientiam judicare debeat? Quod, cum in civilibus cauſis, ad acta & probata deferendum, neque ipſi judici tanquam teſti, niſi ipſius judicis officium deponat, credendum eſſe, ſupra *lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 2. diſtinguendo demonſtratum ſit, multo magis in criminalibus idem obtinere dicendum eſt, per *l.* 6. *§.* 1. *ff. de offic. præſid. cap. Quoniam. extr. de probat. cap.* 1. *extr. De re Iudicata. & can. judicet.* 3. Vide Covarruv. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. Menoch. *de Arbitr. Jud. lib.* 1. *cap.* 24.

6 Ita nec ipſe judex ſuper delicto adverſus ſe ipſum commiſſo cognoſcere debet, ſed alteri propriæ vindictæ perſecutionem demandare debet, quum iniquum ſit aliquem ſuæ rei judicem fieri. *l.* 17 *ff. de Iudic.* & nemo in cauſa propria tam civili quam criminali judex eſſe aut ſibi vel ſuis jus dicere poſſit, ut eſt text. *in l.* 10. *ff. de Iuriſdict. l.* 10. *ff. de Teſtib. l. ult. §. pen. Cod. ubi Senator. vel Clariſſimi. l. unic. Cod. ne quis in ſua cauſa.* præſertim in cauſa ardua & capitali, *d. l.* 17. *ff. de Iud. l.* 13. *in fin. ff. quod metus cauſa. l. pen. ff. de Arbitr. l.* 5. *ff. de injur.* quum vel in civilibus cauſis admodum grave ſit coram judice ſuſpecto litigare. *can. quia ſuſpecti* 3. *quæſt.* 5. *cap. quum inter. extr. de except.* Quibus non obſtantibus in foro Saxonico ex ſpeciali conſtitutione Nobiles, aliosque Magiſtratus in foro ſuo, ac cauſa propria etiam civili ſubditos ſuos convenire, refert Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 104. *num.* 68. *& ſeq.* & talem conſuetudinem in criminalibus defendi poſſe putat, poſt Bart. *ad l. Si quis id quod Iuriſdictioni.* 7. *ff. de juriſdict. num.* 11 Boſſ. *tit. de Foro competenti. num.* 38. & Cravet. *lib.* 3. *conſ.* 469. *num.* 5. propterea quod judex non prohiberetur in cauſa propria judicare ſi factum ſit evidens & notorium, ut in crimine perpetrato, ſiquidem tunc magis executor quam judex habeatur, per Bart. *d. loco.* Quod tamen neque legi neque rationi conſentaneum mihi videtur, quicquid pro conſtitutionis, aut inductæ conſuetudinis colore affingere nitantur alii, quum illatæ injuriæ naturalis vindicta omnes leges ſuperet, neque hac in parte judex à juſta philautiæ ſuſpicione excuſari poſſit, & difficile admodum ſit hac in parte injuriæ illatæ vindictam temperare. *arg. l.* 39. *ff. ad leg. Iul. de Adult.*

Cod. III. V. *Ne quis in cauſa ſua judicet.*

7 Quod judices in criminalibus cauſis ipſis legibus quam arcte adſtricti ſint, expreſſis verbis cautum eſt *Ordinat. Crimin. A.* 1570. *art.* 75. Dat alle de Regters onder den eed by haar van officie wegen gedaan / verpligt ſullen zijn goede ende oprегte juſtitie te doen ende te wijſen; navolgende de Ordonnantien / Edicten / ende Geboden van de Landen / indien daar eenige zijn / indien niet / na uytwijſen van de geſchreven regten ende wetten / Id eſt, *Ut omnes judices ſub juramento officii ratione præſtito in Iudicando jus & Iuſtitiam adminiſtrare adſtringantur, ſecundum placita, edicta & patria Iura propria, ſi quæ ſint, & his deficientibus ſecundum Ius, & leges ſcriptas.*

Sed

Sed & *ead. Ordin. art.* 56. adverſus ejuſdem præſcripti, & imaginariæ æquitatis arbitratores quoſdam judices ita cavetur: Dat vermits enige regters de ſaken dikmaal na haar phantaſie / ende opinie willen wijſen / niet tegenſtaande de Edicten / Geboden / Ordonnantien ende Wetten ter contrarie / die ſy hen laten dunken gemaakt te zijn tot vrees / off dat de ſelve al te ſtreng / ofte rigoreus zijn / niet willende deſelve agtervolgen / Deſelve niet en ſullen vermogen / de peynen in de ſelve begrepen te veranderen / alteteren / ofte modereren / maar alleen kennis ſullen nemen / ende wijſen / off die aangebragte / ende beſchuldigde vervallen zijn in de peynen van de voorſeyde Wetten / Edicten / Geboden ende Placcaten / ende daar na de ſelve condemneren / ende grenſints hun Regters ſullen maken van de æquiteyt / ende iniquiteyt van de Wet / Ordonnantie / ofte Princelijke conſtitutie. Id eſt, *Quoniam aliqui Judices, in cauſis judicandis propriam ſuam opinionem ſequi prætendant, non attentis edictis, legibus, atque conſtitutionibus in contrarium exſtantibus, quas nimium ſeveras, & ad terrorem tantum factas ſibi perſuaſum habent, eas minime obſervare volentes: Ab iis pœnas iiſdem legibus, atque conſtitutionibus comprehenſas aliquo modo immutari, aut moderari nolumus, ſed ut ſolummodo cognoſcant & judicent, utrum accuſati rei adverſus prædictas leges, edicta & conſtitutiones quicquam commiſerint, præcipimus, eoſque ſecundum ea damnent, neque ullo modo ſe æquitatis, aut iniquitatis, earundem legum, edictorum, atque conſtitutionum ferant arbitratores.*

Quam æquitatem cerebrinam ſibi fingunt, & exclamant eam juris rigori præferendam eſſe, ut poſt Petr. Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 11. 12. notat Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 116. *num.* 13. 14. quem vide.

Quod quum ex juris conſtituti ignorantia non uſque adeo fuerit ſervatum, ſic ut quidam judices iterum ex juris conſtituti ignorantia pœnarum remiſſiones omnino arbitrarias, & ex ſuo beneplacito dependere putaverint, neque in ipſis ſuarum ſententiarum decretis exprimere erubuerint, eos gratiam, juris & juſtitiæ rigori præferentes, mitiorem quam ipſæ leges expoſcerent, ſententiam ferre, Hollandiæ Ordd. 27. *Septemb.* 1668. expreſſa ſanctione mandarunt, ne aliqui judices in poſterum hac vel ſimili clauſula utantur, eamve poteſtatem ſibi arrogent. Hiſce verbis: Dat geene Regters in Holland ende Weſtvrieſland haar ſullen hebben aan te matigen in hunne ſententien te doen inſluiten de clauſule / prefererende gratie in plaats van rigeur van Juſtitie. Id eſt: *Ut nulli Hollandiæ Weſtfriſiæque judices ſibi arrogent ſuis ſubinde ſententiis inſerere clauſulam, gratiam juris rigori præferentes.* 8

Ut autem judices præſertim in ſubalternis judiciis, qui non omnes juriſprudentiæ addiſcendæ operam dederunt, ſibi non uſque quaque fidentes, in criminalibus cauſis de legitimis quorumcunque criminum pœnis certiores fiant, eadem criminali Ordinatione *Anni* 1570. *art.* 58. cautum reperitur, ut, quemadmodum in civilibus cauſis apud Paganos judices uſitatum eſt, in altioris indaginis cauſis, ipſarum partium ſumptibus ſuper cauſæ deciſione Juriſconſultos conſulant; idem in criminalibus cauſis judices præſtent: Dat ſy in twijfelagtige ende andere arbitraire ſaaken haar beſcheydenheyt aanbevolen / advijs ſullen nemen van Regtsgeleerden / niet ſuſpect weſende / die ſweeren ſullen na hun beſte verſtand / na God / de Regten / ende hun conſcientie / die de delicten / ende contraventien te ſullen overwegen / na die qualiteyt / circumſtantien / ende gelegentheyt van der ſaaken / dat de peyne niet en excedere de qualiteyt van de delicten / nog ook de ſelve niet ongepuniceert / off de ſtraff van dien niet illuſoir en blijve. Id eſt, *Ut in dubiis & arbitrariis cauſis ſuæ diſcretioni commiſſis, Juriſperitos minime ſuſpectos conſulant, qui juramento ſe adſtringent, ſe delicta, & contraventiones ad præſcriptum divinarum atque humanarum legum ex conſcientia trutinaturos ſecundum cauſarum circumſtantias & qualitates, ita ut neque ipſa pœna delictorum qualitates ſuperent, neque crimina impunita maneant, aut pœna fiat illuſoria.* 9

Quod utrumque & de pœnis ſecundum jus ſcriptum infligendis & adhibendis juriſperitorum conſultis reperitur in Ordinat. circa procedendi modum in cauſis criminalibus *art.* 38. his verbis: Dat die Regters ſententie ende vonnis geven ſullen naar uytwijſen der Edicten / Geboden / Placcaten ende Ordonnantien indien daar enige zijn / ende by gebreken van dien na den gemeenen geſchreven Regten / ende ſullen die ſubalterne Jugen ende Regters uſeren ende gebruyken / in treffelijke ende gewigtige ſaaken / van advijſen van perſonen in den Regten geleert weſende / ende in ſtuk van Juſticie niet ſuſpect. Id eſt: *Ut ipſi Judices jus dicant & ſententiam ferant ſecundum propria Jura, Edicta, Ordinationes, & conſtitutiones ſi quæ ſint, iiſque deficientibus ſecundum jus commune ſcriptum, utque Judices ſubalterni in gravioribus cauſis adhibeant conſulta Juriſperitorum, practicorum, & minime ſuſpectorum.*

Quibus in conſilium adhibitis ſubalterni judices ſeſe omnino exonerant & ab omni ſuſpicione & calumnia ſe liberant, ſi vel duos tantum ex peritioribus juriſconſultis in conſilium adhibuerint eorumque opinionem fuerint ſecuti. *arg. l.* 3. *ff. de Offic. prætor. l.* 4. *in pr. ff. de his qui not. infamia.*

Digitized by Google

mia. Vide DD. *ad l.* 13. §. 6. *Cod. de Jud.* Alexand. Barbat. Tiraquell. & alios allegat. apud Menoch. *de Recuperand. poſſeſſ. remed.* 11. *num.* 10. 11. & Andr. Gail *lib.* 1. *obſ.* 152. *num.* 6. & *obſerv.* 153. *num.* 5.

10 Quocirca notandum quod quibuſdam Civitatibus (uti ſunt Goudana, Veteraquina, Wourdana, Weſopiſenſis, Muydana, Nardenſis,) & exteris Goylandiæ Incolis, quibus & Amſtelodamenſes adnumerari putem, pro ſpeciali privilegio indultum ſit, quemadmodum in deſcriptione Urbis Leydenſis, & alibi probavimus, ut hi in criminalibus & gravioribus cauſis Inclytæ Urbis Leydenſis Octoviros, antiquitus pro excellentioribus cauſarum judicibus reputatos conſulerent, ut quod iis æquum & juſtum videretur, ſua ſequerentur ſententia. Ut latius vid. dictam Urbis Leydenſis ſummariam deſcriptionem *pag.* 134. & 530.

11 Idem Imperii Romano-Germanici Judicibus Carolus V. præſcripſerat criminali ſanctione Anni 14, 2. *cap.* 219. Dat alle Subalterne Regters in alle ſwaarwigtige ſaaken alvoorens ſententie te wijſen / de ſtukken van het proces aan de naaſte Academie ende Collegie van Regtſgeleerden ſouden moeten overſenden / ende daar over advijs halen. Id eſt, *Ut omnes judices in gravioribus cauſis antequam ſententiam ferant judicii acta ad proxima Academia Collegium Juridicum remittant, eoſque conſulant.* Cujus Statuti interpretationem vide apud Ben. Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 116. Ubi idem Jure Saxonico conſtitutum probat. *ibid. num.* 23.

12 Neque juri communi adverſarium eſt, quo ipſi judici non tantum eſt permiſſum ſed incumbit in gravioribus & dubiis cauſis communem juriſperitorum opinionem ſequi, prout in praxi invaluit; judex enim ſi præter communem Doctor. opinionem motu proprio ſingulariter judicet, litem ſuam facit, per ea quæ tradit Bart. *ad l.* 2. *Cod. de pœna judicis qui male judicavit.* facit text. in *d. l.* 4. *in pr. ff. de his qui not. infam. in verb. & generaliter ita omnes.* Vide & ibi DD. & *ad l.* 3. *ff. de Offic. præſid.* & *l.* 13. §. 6. *Cod. de Judic.* & *ad l.* 1. *Cod. de legib.* Vide poſt Felin. & Abbat. Panhormitan. *in cap.* 1. *extr. de conſtitutionibus.* Alexand. *vol.* 2. *conſil.* 95. *num.* 6. & alios ibid. alleg. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 33. *num.* 3. & *obſerv.* 153. *num.* 5.

13 Quod idem cum Moſaica civili lege convenire reperitur Deuteron, *cap.* 17. *verſ.* 8. 9. 10. Ubi ipſi judices in dubiis & gravioribus cauſis ad Presbyteros, Levitas, & legum peritos remittuntur ut eos conſulant, tanquam veros legum interpretes. Quod ſi ad gentium jura civilia deferamus, haud aliter quam ad conſtitutos juriſprudentiæ, & legum interpretes extendi poſſe conſtat. Prout id ipſum ipſis Juriſconſultis Sacerdotum nomine ab Ulpiano *in l.* 1. *ff. de Juſtit. & Jure,* Procœmii totius juris ſcientiæ loco attribui conſtat. Quos hujus artis merito veros boni & æqui Sacerdotes appellat; propterea quod juſtitiam colant, bonum & æquum profiteantur, æquum ab iniquo ſeparent, licitum ab illicito diſcernant, bonos non ſolum metu pœnarum, verum etiam præmiorum cohortatione efficere cupiant, veram Philoſophiam non ſimulatam affectantes.

14 De judicii Ordine hic parum aut nihil obſervandum, quam quod in criminalibus utcunque extraordinarie per confeſſionem rei, ſummarie, & abſque ordinarii proceſſus figura procedatur, neque dilationis termino ullus locus detur, *arg. l. fin. Cod. de Ordin. judic.* Qui qualis ſit, & quo ordine in civilibus cauſis procedendum vide ſupra *lib.* 1. *cap.* 30. *Cod. III. VIII. De Ordine Judiciorum.*

Cap. XV.

De ſententiis & re judicata, ubi de Confiſcatione bonorum, Cadaveribus punitorum, ſervis pœnæ, & infamia condemnatorum.

Summaria.

1. *Sententia alia Interlocutoria, alia definitiva.*
2. *Sententia an & quomodo à re judicata diſtinguenda.*
3. *An ſententia criminalis ex novis judiciis mutari aut mitigari poſſit.*
4. *Alia Capitalis, alia minor.*
5. *Confiſcatio bonorum an & quando locum habeat.*
6. *An & qua ſumma & à quibus Hollandiæ civitatibus redimi poſſit ſecundum varia eorundem privilegia.*
7. *Cadavera punitorum an & quando ſepeliri permittantur.*

8. *An an*

8. *Anatomia exercitio tradenda.*
9. *Servitus pœna an & quatenus obtineat.*
10. *Condemnatus an fiat infamis & quæ pœna infamiam importent, & quæ non.*
11. *An relegatus ad certum tempus poſt liminio reſtituatur.*

D. xlii. 1. Cod. vii. lii. *De Re judicata &* Cod. vii. xlv. *De Sententia & Interlocut.*

SEntentias alias eſſe interlocutorias, ad proviſionalem incarcerationem, ſive liberationem, alias definitivas ipſi cauſæ de qua agitur finem nuponentes, dieimus, ſupra *lib. 1. cap. xxx1.* Quæ iterum ſunt vel abſolutoriæ, de quibus ſupra *cap. x111.* vel condemnatoriæ, *l. 1. 3. 4. ff. de re judicata l. 1. 3. Cod. de ſentent. ex periculo.* 1

Communiter diſtingui ſolet ſententia à re judicata, quod ſententia ſit ſimplex judicis pronunciatio, quæ nondum in rem judicatam tranſiit, ſed ulteriori provocationi ſubjecta eſt. Res judicata, quæ poſt præterlapſa provocationis tempora, vulgo fatalia appellationum, nullam amplius patitur controverſiam, diciturque ſententia homologata, quæ elapſo termino in rem judicatam tranſiit, & pro veritate habetur. *l. 207. ff. de Reg. l. 1. Cod. de Sent. & interlocut.* Sed quum moribus noſtris in criminalibus cauſis, utcunque eetraordinarie procedatur; ſic ut provocationi nullus detur locus, ut latius infra *cap. xv11.* conſequens eſt in criminalibus inter ſententias, & rem judicatam nullam eſſe differentiam, ſed omnes ſententias per ipſam reorum confeſſionem homolagatas dici, & re ipſa in rem judicatam tranſire. 2

Illud tamen notandum, quod quum à criminali ſententia ulterius provocari non poſſit, ſi quando cauſa extraordinarie fuerit inſtructa, ex novis tamen innocentiæ documentis reaſſumi, & ex cauſa mutari & mitigari poſſit, per *l. 1. §. fin. ff. de Quaſtionib. junct. l. penult. §. 1. de publ. judic.* ubi Batt. & DD. Vide Boſſ. *prax. criminal. tom. 1. tit. 1. quaſt. 11. num. 10. & DD. ibid. allegat.* & quæ latius ſupra *cap. x11. num. 7.* 3

Sententia alia eſt capitalis *l. 2. ff de pœnis*, alia minor, puta, manus amputationis, fuſtigationis, relegationis, incarcerationis, aut ſimilis, ſecundum pœnarum gradus à legibus præſcriptos. *l. 5. l. 28. ff. de pœnis.* 4

D. xlviii. xx. *De bonis damnatorum.* Cod. ix. xlix. *De bonis proſcriptorum & damnatorum.*

Capitalem pœnam ſequitur bonorum confiſcatio. *l. 1. & tot. tit. ff. de bonis damnatorum*, etiamſi per ſententiam non fuerit expreſſa, per *l. 1. Cod. de pœnis. l. 2. l. 4. l. 10. Cod. de bon. damnator.* moribus autem haud aliter, quam ſi in ipſa ſententia fuerit eepreſſa *arg. Novell. 17. cap. 12.* & *Novell. 34. cap. ult.* Quod idem probat Ordinat. criminalis circa procedendi modum *art. 50.* hiſce verbis: **by de ſententie t'ſamenſyk toe gewesen.** id eſt, *bonorum Confiſcatione per ipſam ſententiam ad judicata.* Adde *Ordinat. criminal. ejuſdem Anni art. 30.* & Rhenoland. Conſuetud. *art. 4. & ibi notata.* Vide etiam Jul. Clar. *§. final. quaſt. 74. & 78.* Boſſ. *prax. criminal. tit. de Homicidio. tit. 214. & tit. de bonor publicatione num. 1.* Farinac. *prax. criminal. quaſt. 25. num. 1.* Carpzov. *prax. crimin. part. 3. quaſt. 135. num. 7.* Damhoud. *prax. crimin. cap. 55. num. 4. 5.* Zyp. *Notit. Jur. Belg. tit. de pœnis.* Gudelin. *de Jure Noviſſimo lib. 5. cap. 15. verſ. Illud circa.* Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 220. num. 7.* Groeneweg. *ad auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proſcriptor.* 5

Quæ confiſcatio bonorum licet in ipſa ſententia fuerit eepreſſa, à pleriſque Hollandiæ Civitatibus ex ſpeciali privilegio, quibuſdam octoginta, aliis ſexaginta, aliis etiam minori pecuniæ ſumma redimi poteſt, eeceptis in multis læſæ majeſtatis reis, & his qui poſt commiſſum capitale crimen juſtitiæ terrore ſibi ipſi manus intulerunt. Prout latius ex ſingularum Civitatum privilegiis liquet, quæ ordine enumeravimus Rooms-Holland.-Regt *lib. 5. cap. 29.* Vide etiam notata ad Rhenoland. Conſuetud. *art. 4. num. 23.* & Heemskerk *Batav. Arcad. pag. mihi 389.* Secundum quæ primo Hollandiæ Nobiles ex *conceſſione Holland. Ordd. 9. Ian. 1593.* omnem bonorum confiſcationem, excepta ſola majeſtate læſa, octoginta florenis redimere poſſunt. 6

Hollandriæ Auſtralis Incolæ, quibus ſe Dordraceni annumerant, ipſum homicidium decem, & poſtliminii jura aliis decem florenis luere poſſunt, ſi homicidium eum interfecti conſanguineis amicabiliter fuerit compoſitum *Privilegio Johannis Hannonienſis, Holland. Comitis, Anni* 1303.

Hollandiæ Septentrionalis Incolæ (quibus annumerantur Rhenolandiæ, Delflandiæ, Schielandiæ, & agri Wourdani præfecturæ, & civitatee Delff, Leyda, Gouda, Roterodamum, Schiedamum, Veteraquæ, Wourda, Flardingium, & Haga-Comitis) eodem jure gaudent *Privilegio Margarita, dato dominica poſt aſcenſionem die* 1346.

Et Keanemariæ Oppidanis ejuſdem Margaritæ *privilegio die Veneris poſt aſcenſionem ejuſdem Anni* 1346. idem indultum reperitur.

Agri Voornani Incolæ *Privilegio Philippi Auſtria Ducis menſ. Decemb. Anni* 1494. gaudent, ut ne

ne propter quæcunque crimina aut delicta in bonis ſuis ultra centum florenos condemnentur, excepto Sicariatu, vi publica, Raptu, Sacrilegio, Monopolio, & læſæ majeſtatis crimine.

Amſtelandi, & Goylandi ex *Privilegio Alberti Bavariæ Ducis dato dominica poſt Sanctum Gregor.* 1387. centum etiam florenis bonorum confiſcationem propter quævis homicidia luere poſſunt.

Eodemque jure gaudent Waterlandiæ incolæ, ex *Privilegio Alberti Bavariæ Ducis, pridie Divæ Virginis die Anno* 1372. indulto. Itemque Civitates Naarde, Weſop, & Muyden, quæ eodem cum Goilandiæ incolis jure gaudent.

Harlemenſes ejuſdem *Bavariæ Ducis Privilegio* 16. *Junii* 1324. bonorum confiſcationem ſexaginta florenis redimere poſſet.

Eadem immunitate gaudent Delfenſes ex ejuſdem Bavariæ ducis Privilegio 6. *Junii* 1393. Leydenſibus idem privilegium eſt indultum à *Johanne Brabantiæ duce* 20. *April* 1428.

Amſtelodamenſes variis diplomatibus primo *Wilhelmi Hannonienſis* 19. *Decemb.* 1340. *Margareta die lunæ poſt aſcenſionis diem Anno* 1346. & prædicti *Wilhelmi Bavariæ ducis* 13. *Maji* 1355. ejuſdemque filii *Wilhelmi* 11. 20. *Martii* 1404. aliis centum aliis viginti florenis pro bonorum confiſcatione taxantur.

Goudani ſexaginta florenis taxantur *Wilhelmi Burgondienſis indulto* 28. *Septemb.* 1451.

Roterodamentibus primo *Wilhelmi Bavariæ ducis privilegio* 13. *Maji* 1355. indultum eſt, ut eorundem bona non ultra dimidiam partem confiſcentur, quod deinde ab *Holland. Ordd.* Philippi Hiſpaniarum Regis nomine ad exemplum aliarum Civitatum 13. *Feb.* 1580. in concilio Ultrajecti, ad octoginta florenos diminutum reperitur.

Schiedamenſes eodem jure gaudent à *Margareta indulto Anni* 1346. quo dimidia bonorum parte in omni bonorum confiſcatione liberantur, quod itidem ex *privilegio Wilhelmi Bavariæ ducis* 27. *Auguſti* 1411. ad octoginta florenos redigitur.

Alcmarienſes ejuſdem *Wilhelmi Bavariæ ducis privilegio* 1. *Maji* 1355. pro dimidia bonorum parte liberantur.

Eodem Jure utuntur Civitates Hoorn, Enchuiſæ *Privilegio Wilhelmi Ducis Sancti Martini* 1356. Edam *Sanctæ Eliſabetæ die* 1355. Sed qui ex generali Hollandiæ Septentrionalis privilegio ſupra adducto ſi cum interfecti conſanguineis amicabiliter fuerit compoſitum, viginti florenis bonorum confiſcationem redimere poſſunt. Et Hornanæ Civitatis incolis ſpeciali *Philippi Auſtriæ Ducis privilegio* 2. *Auguſti* 1504. ſexaginta florenis bonorum confiſcationem luere indulgetur.

Idem etiam in vicinis Regionibus obtinet. Ut in Brabantia ubi ex *Johannis Brabantiæ ducis indulto Anni* 1292. ſi quis delicti aut criminis reus uxorem, aut liberos ſuperſtites relinquat ultra dimidium in bonis ſuis condemnari nequit.

In Gelria, Tranſiſulania & Diœceſi Ultrajectina nemo ultra vitam bona ſua amittit, teſte Lamberto Goris *ad Conſuetud. Velav. cap. 2. art. 4. & adverſ. tract. 1. cap. 4. num. 11.*

7 Ultra bonorum confiſcationem in majoribus & gravioribus delictis etiam poſt mortem damnatorum pœna manet, & cadavera punitorum rotæ impoſita, furcæ aut patibulo ſuſpenſa ad terrorem tranſeuntium in publicum exponi ſolent. Quod itidem in ipſa ſententia exprimi debet, alias ad amicorum inſtantiam damnatorum corpora terræ mandari & ſepeliri permittuntur. *arg. l. 2. & tot. tit. ff. de cadav. punitor. & l. 11. Cod. de religioſ. & ſump. funer.* Vid. Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 100. *n.* 1. Petr. Georg. Tholoſan. *lib.* 31. *Syntagm.* 14. *num.* 8. Petr. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 37. *num.* 6. *& ſeq.* Damhoud. *prax. criminal. cap.* 153. *num.* 12. Quod omnino arbitrio judicis relictum cenſetur, ſi in ipſa ſententia nulla ulterior cadaveris pœna addatur, contra Groeneweg. *ad tit. ff. de cadaver. punitor.* Qui omnia punitorum cadavera in publicum exponi debere putat, niſi in ipſa ſententia ab ea ignominia liberentur, eaque ſepeliri expreſſis verbis permittantur. per text. *in Ordin. criminal. circa procedendi modum art.* 49. his verbis: Dat de dode lichamen van de geexecuteerde blyven ſullen ter plaatſe daar de executie gedaan ſal weſen / ende niet toe gelaten ſal werden deſelve te mogen begraven / dan met oorloff ende conſent van den Opperſten Juge / ende Regter van de Provincie / het welk ook maar ſelden geſchien ſal / ende voor eerlijke perſonen ende minſt exorbitant weſende. Id eſt, *Ut neque punitorum cadavera de ſupplicii loco amoveantur, neque ſepeliri permittantur, niſi ex ſuperioris, aut Provinciæ Præſidis prævio conſenſu, quod & rarius neque in aliis quam honeſtioribus, & criminibus minus exorbitantibus admittetur.*

D. XLVIII. XXIV. *De cadaveribus punitorum.*

Sed quod ad omnes omnino judices qui in criminibus Superioris poteſtatis nomine jus dicunt,

porrectum videtur. Ut ſcilicet honeſtiorum cadavera pro re nata terræ mandari permittant: ita tamen ut hoc ſine exequiarum pompa fiat.

Et vel Sceleratorum & nefariorum cadavera, pro Anatomiæ exercitio Medicinæ Doctoribus 8
ac Profeſſoribus ad eorum inſtantiam concedi debent, quorum oſſa poſt ſecationem & publicam exhibitionem etiam terræ mandari ſolent. ſecundum *Holland. Ordd. Placit.* 18. *Decemb.* 1593. & 19. *Decemb.* 1619. Idem de Germaniæ moribus teſtatur Carpzov. *prax. Criminal. part.* 3. *quæſt.* 148. *num.* 72.

Jure veteri damnati ad mortem ſervi pœnæ efficiebantur & cum libertate civitatem amittebant 9
l. 12. *ff. de pœnis.* neque cum iis teſtamenti factio erat activa aut paſſiva, ſic ut nec ipſi teſtamenti faciendi poteſtatem haberent, & quod iis teſtamento datum reperiebatur, pro non ſcripto haberetur, neque nuptiarum, aliaque jura civibus Romanis competentia iis concederentur. *l.* 17. *l.* 19. *ff. de pœnis.* & *l.* 6. §. 6. *ff. de injuſto rupto.* Sed hoc jure Novellarum ab imperatore Juſtiniano correctum & immutatum eſt *Novell.* 22. *cap.* 8. & *autenth. hodie Cod. de donat. inter vir.* & *uxor.* Quod & mores probant, quibus diſcuſſo omni ſervitutis jugo delinquentes ad mortem aliamve pœnam condemnatos ſervos pœnæ effici non convenit, neque facultatem teſtandi, aliaque civium jura iis denegari conſequens eſt. Quare nec jure noſtro condemnationem capitalem, bonorum confiſcationem ſequi dicendum eſt, niſi in ipſa ſententia exprimatur *arg. d. Novell.* 22. *cap.* 8. *junct. Novell.* 17. *cap.* 12. & *Novell.* 34. *cap. ult. contra l.* 8. *Cod. de pœnis.* & *l.* 2. *l.* 4. & *l.* 10. *Cod. de bon. damnator.* Vide Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 78. Boſſ. *prax. crimin. tit. de Homicidio. num.* 114. Farinac. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 135. *num.* 7. & quæ ſupra notavimus.

D. III. II. De his qui notantur infamia. Cod. II. XI. Ex quibus cauſis infamia irrogatur.

Præterea infamia notantur publico judicio damnati *l.* 1. *ff. de his qui notantur infamia*, iiſque 10
omnis dignitas adimitur, omnis publici muneris ſubeundi inhabiles & incapaces habentur vulgo, **Eerloos ende infaam ende inhabyl om enige ampten ofte officien te mogen bedienen** *l.* 2. *Cod. de dignitatib. l.* 38. *Cod. de decurionib. l.* 12. §. 2. *de judic.* Ita ut illi qui de aliquo crimine accuſantur, & in reatu conſtituuntur, interim à munere & officio ſuo ſi aliquo fungantur removeri poſſint, & ſoleant, uſque dum ab intento crimine ſe purgaverint, modo per præparatoriam informationem aliquo modo de eo conſtiterit. *arg. l. Quod ſi forte ff. de Solut. junct.* §. 7. *Inſt. de Suſpect. tutorib.* & ibi DD. Uti poſt Boër. *deciſ.* 150. & Grevell. *deciſ. Dolana* 69. *num.* 11. deciſum refert Joann. à Sande *deciſ. Friſicar. lib.* 5. *tit.* 10. *defin.* 2.

Sed quum pœnarum varia ſint genera alia capitalia, alia non capitalia, *l.* 28. *ff. de pœnis*, de quibuſdam non capitalibus pœnis quæritur, an & in iis infamiæ locus ſit, puta carceris & pecuniariæ pœnæ? Circa quas diſtinguendum puto ut nemo per eas infamia notetur, niſi incarceratio, aut pecuniaria pœna facta, aut illata fuerit ex cauſa infamante, *arg. l.* 22. *ff. de his qui notantur infamia.* Incarceratio enim in cauſis civilibus, veluti ob debita civilia aut factum aliquod præſtandum, vulgo **ſtriete gyſelinge** / ad infamiæ notam extendi non poteſt. Et generaliter nulla pecuniaria pœna infamiam importat, niſi aut ipſa lex, aut ſtatutum, infamiæ notam addat, & in ipſa condemnatione exprimatur. Ut in quibuſdam defraudatorum vectigalium pœnis, vulgo **gemeenlands middelen** / addi & exprimi apud nos ſolet.

Quod autem Marcellus in *d. l.* 22. Ictus fuſtium excipere videatur, quaſi fuſtigatio aliqua extra cauſam infamantem alicui imponi poſſit, ad mores noſtros non pertinet, quibus nulla corporalis pœna alicui imponi ſolet, niſi ex publico judicio, & cauſa infamante condemnato, niſi forte quis ad emendationem clauſo carcere fuſtigetur, nobis **in 't heymelyk gegeeſſelt** / propterea quod nemini innoteſcat.

Major difficultas eſt in relegationis pœna, utrum & illa infamet, non illa qua quis perpetua relegatione damnatur quæ procul dubio infamat; ſed ea quæ ad tempus irrogatur, quam quidam ab infamia eximere ſolent, ſed quum lex generaliter loquatur neque diſtinguat inter relegationem perpetuam, aut temporalem *d. l.* 28. *in fin. princ. verbo cætera, ff. de pœnis*, infamiæ nota ad temporis diſtinctionem non pertinet, ſed in ipſa potius cauſa differentia conſiſtit, *arg. l.* 22. *ff. de his qui not. infamia.* quod ſcilicet illa tantum relegatio infamet, quæ propter cauſam famoſam irrogatur.

Quomodo etiam diſtinguendo reſpondent ad quæſtionem illam utrum in relegatione ad cer- 11
tum tempus, infamia etiam finito relegationis tempore extinguatur? Utrum ſcilicet infamia ex cauſa famoſa, quando ſequatur crimen ipſo jure turpitudinem habet annexam? Quo caſu dedecus perpetuo adhæret, etiamſi relegatio ad certum tempus ſit impoſita, quum facti cauſæ infectæ fieri non poſſint. *l.* 12. §. 2. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* de quo infamiæ genere loquitur *l.* 6. *Cod. ex quib. cauſ. infamia irrogat.* & *l.* 15. *ad municipal.* An vero infamia irrogetur ex cauſa

D. XLIX. XV. De captivis, & poſtliminio reverſis.

arbi-

arbitraria, quum non ipſa lex turpidinis & infamiæ pœnam conſtituit, ſed judex, quo caſu infamiæ notam una cum ipſa pœna durare, & extingui, & hoc modo captivorum exemplo relegatum poſtliminii jure omnia ſua jura recuperare, & in dignitate & honore ſuo reſtitui poſſe volunt, *arg. d. l. 12. §. ſi quis capiatur ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. & l. 16. ff. eod.* De qua arbitraria infamiæ nota loquuntur text. *in l. 3. & 4. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrogatur. l. 2. ff. de poſtulando, l. 3. & l. 5. ff. de Decur. l. 13. §. 1. ff. ad l. Corn. de falſis.* Quos hoc modo cum *d. l. 6. Cod. ex quib. cauſ. infamia irrog.* conciliat Jacob. Cujac. *lib. 7. obſerv. 19.* Quod quidem de jure certum eſſe videtur: ſed quum moribus noſtris ex hominum opinione omnis infamia & dignitas æſtimetur, indiſtincte omnis relegatio condemnatum infamiæ macula notat, & gravat apud honeſtos & graves viros.

Cap. XVI.

De Executione & effectu ſententiæ.

Summaria.

1. *Executio ſententiæ criminalis quo tempore facienda, & an tempus aliquod intercedere debeat, & ſeqq.*
2. *Conciliatio l. 20. Cod. de pœnis. cum l. 5. Cod. de cuſtod. reorum.*
3. *An & quatenus ſervanda l. 20. Cod. de pœnis.*
4. *Executiones ultimi ſupplicii non differri communiter eſt receptum.*
5. *Quando fallat.*
6. *In homicidio à pluribus commiſſo.*
7. *Propter metum potentiæ reorum, & tumultus, executio aliquando in aliud tempus differtur, aliquando acceleratur.*
8. *In muliere prægnante.*
9. *Utrum ſententia differri aut mutari poſſit propter ſubvenientia nova innocentiæ indicia.*
10. *Capitalis condemnatio reo tempeſtive denuncianda ad minimum 24. horis, alii biduo aut triduo ante executionem.*
11. *Executionis faciendæ ſolennia, de campanæ ſonitu, bacillo prætoris, &c.*
12. *An ipſi judices in ulteriori executione præſentes eſſe debent.*
13. *An ſi executor in amputationis actu officio ſuo haud feliciter fungatur aut in laquei ſupplicio quis reſte aut laqueo fracto in terram ceciderit, executio repeti, an reus liberari poſſit?*
14. *De ſolenni interrogatione & reſponſione reorum, an & quatenus uſitata.*

1 SEntentiæ criminalis præcipuus effectus eſt ipſa pœnarum executio, ſecundum modum & formam in ea præſcriptam. Quo autem tempore ſententiæ executio fieri, & an aliquod tempus intercedere debeat, antequam criminalis ſententia executioni mandari poſſit, inter DD. vix convenit. Quorum alii aliquod tempus intermittendum volunt. *arg. l. 20. Cod. de pœnis.* Alii quod pœna atque ultio criminalis differenda non ſit. *arg. l. 5. Cod. de Cuſtod. reorum. & l. 18. Cod. de pœnis.* Quæ leges ita conciliari volunt:
2 Ut *lex 20. Cod. de pœnis* loquatur de ſpeciali caſu quo Imperator reſcripto contra conſuetudinem ſeverius in aliquos animadvertendum juſſerit, quo caſu executionem reſcripti per triginta dies differendam voluit. Caſum dictæ *leg. 20. Cod. de pœnis.* ex Rufini, Sozomeni & Theodoreti Hiſtoria Eccleſiaſtica refert Groeneweg. *de legib. Abrogat.* Quod Theodoſius ab Ambroſio admonitus quod apud Theſſalonicam ſeditione exorta repentini nuncii atrocitate ſuccenſus, circumfundi milites, atque obtruncari paſſim, ut quiſque occurriſſet gladio juſſerit, & vindictam non crimini ſed furori dediſſet, hanc legem tulerit, ut ſi vindicari in aliquos ſeverius contra Imperialem conſuetudinem aliquo reſcripto fuerit animadverſum, non ſtatim eos ſubire pœnam, aut excipere ſententiam, ſed per triginta dies executio ſuſpendatur, idem in Imperialibus reſcriptis etiamnum obtinere voluit Merula *prax. civil. lib. 1. tit. 4. cap. 2. num. 37.* Ubi poſt Cujac. dictas leges eodem modo conciliat, quod ſcilicet *d. l. 18. Cod. de pœnis*, quæ ultionem non differendam, & *l. 5. Cod. de Cuſtod. reorum*, quæ velocem pœnam mandat non de principum reſcriptis, ſed de definitivis judicum ſententiis, & dictam *leg. 20. Cod. de pœnis*, ad ordinarias & certas legum pœnas minime extendi, quæ differri non debent nec ſolent per *d. l. 5. Cod. de Cuſtod. reorum. & l. 18. Cod. de pœnis junct. l. 6. §. 7. 8. 9. ff. de injuſto rupto, & irrito fact. teſtam. & l. 16. ff. ad l. Cornel. de Sicar.*

3 Cæterum pro uſu atque obſervantia conſtitutionis Theodoſianæ idem Merula vivum ad-

ducit exemplum ex Cujacii ore & his qui tunc temporis rebus gerendis interfuerant exceptum,
hanc legem ſalvaſſe Bituricenſes à laniena illa quæ *Anno* 1572. exercebatur multis Galliæ locis
in eos qui reformatæ religioni erant addicti, idque ſuggeſtione, & conſilio ejuſdem Jacobi
Cujacii JC, cui litteræ Regiæ mandantes Subditorum excidium à Magiſtratu fuerunt commu-
nicata, qui dum cenſebat ex *d. l.* 20. *Cod. de pœnis.* ſeveriſſimum atrociſſimi edicti execu-
tionem differendam eſſe, eodem fere die advenerint litteræ, quibus Rex pœnitere ſe mandati
declarabat. Hujus legis interpretationem vide apud Cujac. *lib.* 5. *obſerv.* 9. *& lib.* 20. *ob-
ſerv.* 32. Menoch. *de Arbitrar. Jud. lib.* 2. *centur.* 4. *caſu* 334. *num.* 6. Boſſ. *tit. de homi-
cidio, num.* 11.

Executiones itaque ultimi ſupplicii quam primum ad eff ctum perduci, neque differri de- 4
bere conſtans eſt doctrina ex *d. l.* 5. *Cod. de cuſtod. reorum. & l.* 18. *Cod. de pœnis.* & ubique
locorum in praxi eſt receptum. Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 96. Anton. Fabr. *ad Cod. lib.* 9.
tit. 22. Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 137. Guid. Papæ *deciſ.* 74. *in fin.* Boſſ. *prax.
criminal. tit. de execut. ſentent. & tit. de homicidio, num.* 11. Quod noſtris & aliorum moribus,
quibus neminem capitali pœna damnari niſi ipſum delictum propria ſua confeſſione confirma-
verit, ſupra *cap.* 9. demonſtravimus, & propterea nullum appellationi locum eſſe ſequenti
capite notabimus, dubium nullum habet, quin manifeſta probatione dicantur convicti, ac pro-
pterea nullum illis temporis ſpacium dari debeat, ne malignis artibus pœnas illudant aut evi-
tent, ut ex text. *in d. l.* 18. *Cod. de pœnis.*

Fallit tamen hæc Regula, ſi ob accuſationem, vel inquiſitionem de graviori crimine adver- 5
ſus reum, aut contra criminis ſocium inſtituendam executio ſit ſuſpendenda. Veluti in crimi-
nibus à pluribus ſimul commiſſis, in quibus executio pœnæ adverſus unum tamdiu ſuſpenditur, 6
donec de altero conſtet aut ejus copia haberi poſſit, aut in adulterio commiſſo, in quo reus ſup-
plicio afficiendus non eſt, donec & alterius correi adſit confeſſio. *arg. l.* 11. *§.* 3. *ff. ad leg.
Aquil. & l.* 29. *ff. de pœn. in fin.* Vide Ludovic. Roman. *ſingular. Juris* 256. Ludov. Carer.
prax. crimin. tit. de homicidio. §. circa itaque ſecundum num. 23. Hartmann. Piſtor, *obſerv.* 33.
Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 235. Daniel. Moller. *lib.* 2. *Semeſtr.* 37.

Fallit etiam ſi reorum potentia, metus alicujus tumultus, aut clamor executionem in aliud 7
tempus differri cauſentur, quæ etiam cauſæ quandoque pœnam, quæ alioquin eſſet differenda
accelerandam ſuadent. *arg. d. l.* 6. *§.* 7. *ff. de injuſto rupto.* Vide Farinac. *prax. crimin. lib.* 1.
tit. 4. *quæſt.* 27. *num.* 89. Quam ob cauſam etiam aliquando rei nocentes abſque ſtrepitu & figu-
ra ordinarii proceſſus clauſo carcere puniri conſtat.

Differtur etiam pœnæ executio in muliere prægnante, donec fœtum ediderit, & reconvaluerit, 8
ſive mortis, ſive alia corporis afflictiva ei fuerit condemnanda. *l.* 3. *ff. de pœnis. junct. l.* 18. *ff. de
Statu homin. l.* 108. *ff. de Verb. oblig. l.* 32. *ff. ad leg. Aquil.* Quod idem in reo ægroto ex iden-
titate rationis obtinere volunt. *arg. l.* 7. *ff. de Quæſtion. junct. l.* 3. *in pr. ff. de Senat. Syllan.* Vide
Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 97. *num.* 5. Ludovic. Carer. *tit. de homicidio §. circa itaque ſecundum.
num.* 22. Anton. Gomeſ. *tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 13. *num.* 4. *verſ. & ita debet.* Farinac. *prax.
criminal. lib.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 41. *num.* 84. Henric. Boër. *de quæſt. & tortur. cap.* 4. *num.* 23.

Utrum autem differri ſententia lata, & mutari poſſit propter nova innocentiæ indicia, primo 9
intuitu non videtur reum ſententia ſemel lata ad ulteriorem excuſationem aut innocentiæ proba-
tionem admittendum eſſe, propterea quod judex officio ſuo functus ſit, quod tollere aut repetere
non poteſt *l.* 14. *ff. de re judicata. l.* 27. *ff. de pœnis. l.* 15. *Cod. eod.* Quum tamen moribus noſtris
à criminali ſententia appellari non poſſit, conſequens eſt eum etiam poſt latam ſententiam ad
quamlibet excuſationem & innocentiæ probationem ex cauſa admitti non poſſe ac debere, & ſen-
tentiam mitigari poſſe *arg. l.* 1. *§.* 27. *ff. de Quæſtionib. l. pen. §.* 1. *ff de publ. judic. ubi* Bart. & DD.
Uti latius *ſupra cap.* XI. *num.* 7. Vide etiam Angel. *tract. de malefic. verſ. inchoata & facta &
verſ. eſt etiam talis. num.* 17. *& ſeq. & verſic. comparent dicti inquiſiti.* Jul. Clar. *§. final. quæſt.*
55. *num.* 18. Maſcard. *de probation. lib.* 1. *concluſ.* 353. *num.* 26. Boſſ. *prax. crimin. tit. de con-
feſſis. num.* 70. Farinac. *prax. crimin. tom.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 10. Weſenbec. *in paratit.
ad tit. de Accuſat. num.* 12.

Ut tamen Capitalis condemnatio & pœnæ executio reo tempeſtive denuncietur, quod ad mor- 10
tem ſe præparet, utrobique in praxi eſt, receptum, ut certo die ad executionem determinato ad
minimum 24. horis, aliis biduo aut triduo ante hoc per verbi divini miniſtros intimetur reo, ei-
que executio denuncietur; quo tempeſtive commiſſa ſua ſerio lugeat, & deprecetur. Ita cautum
conſtit. criminal. *Caroli V. art.* 79. Ubi vide Matth. Stephan. & Carol. Remum in nemeſi Ka-

roli.

Digitized by Google

rolina. & in inferioris Germaniæ ditionibus exſtat Ordinat. Criminal. *Anni* 1570. *circa procedendi modum art.* 47. Dat die executie van de Vonniſſen ende Sententien gedaan ſal werden binnen 24. uyren van der pronunciatie ende uyt ſpreken van dien / ende ſullen die gecondemneerde ter dood geleid werden ende hunne conſcientien ten alderbeſten geprepareert ende bereid werd / doende deſelve hun Salighept ernſtelijk vermanen / ende den verdienden ſtraff patientelijk te lyden ende verdragen. Id eſt, *Ut Sententia & judicati executio fiat intra 24 horas poſt ejus pronunciationem, & condemnati ad ſupplicium ducantur, eorundemque conſcientia quantum fieri poſſit ad æternæ ſalutis recordationem commoveantur, & peccati ſui meritum ſupplicium patienter ferant.*

De Germanorum moribus idem teſtatur Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 137. *num.* 35. *& ſeqq.* Et praxin ubique fere pari aut non diſſimili conſuetudine receptam exornat Damhond. *prax. criminal. cap.* 152. Vide etiam Anton. Matth. *de criminib. lib.* 48. *tit.* 17. *cap.* 6. *num.* 3. Jul. Clar. *§. final. d. quæſt.* 96. Guid. Papæ *decis.* 74.

11 Et ut executio fiat criminalis ſigno campanæ dato judicium criminale ſignificari ſolet ut omnibus innoteſcat, *arg. l.* 6. *§.* 1. *& l.* 20. *ff. de pœnis.* quo in loco exequendo judicio deſtinato, quod quibuſdam ſub dio fieri ſolet, aliis ſub elevato tecto palam expoſito, ubi conveniunt prætor cum ſuis adſeſſoribus ad minimum ſeptem, quibuſdam octo, qui ordine in prætoriali judicio conſidentes, ſententiam jam ante ipſi reo denunciatam, adſiſtente prætore & bacillum pro criminalis judicii inſigni, præ ſe manu ferente, per Scribam pronunciari curant, quo facto reus ad ſupplicium deducitur, & carnifici pro ſententia exequenda traditur, præſentibus iiſdem prætore & Ad-
12 ſeſſoribus judicibus. Qui quamvis ipſi executionis actui intereſſe non teneantur, ut tamen carnifex eorundem præſentia allectus tanto majori ſtudio ac diligentia, & majori fiducia officio fungatur ne quis eum dum officium ſuum peragit impediat, neve ei aliquam vim inferat, ſi forte caſu aliquo minus feliciter defungatur. Ubique fere in praxi eſt receptum ut ipſi judices executionis actu interſint. Vide de aliorum moribus Petr. Georg. Tholoſan. *lib.* 31. *Syntagm. cap.* 38. *num.* 7. Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 137. *num.* 64. Damhouder. *prax. criminal. cap.* 154.

13 Si ſententiæ executor non uſque quaque officio ſuo bene fungatur, ſic ut forte capitis amputatio enſe fracto, aut alio aliquo caſu minime ſuccedat, aut patibulo ſuſpendendus reſte fracto in terram deciderit, eum tanquam miraculo aliquo intercedente liberandum fore ſuperſtitioſa credidit antiquitas, hinc caſu quo carnifex in capitis amputatione officio ſuo minus feliciter peregiſſet, eum aliquando lapidibus petitum vidimus, ut vix ſe ipſum fuga ſubducere & ſalvare potuerit, quod ne fiat, & ut ab omni vi & injuria in exequendo munere ſuo protegatur, curare judici incumbit, ut ſi forte minus feliciter amputationis ſucceſſerit ictus libere repetere poſſit, & eum qui reſte ſive laqueo fracto, in terram deciderit, obtorto collo ad patibulum reducere poſſit, & altero admoto laqueo, ſuſpendio vitam finire impedite pergat, neque fatali miſericordiæ aut liberationi locus eſſe poteſt. Prout caſu obveniente ſervatum meminit Nicolaus vander Hoog. *ſing. obſerv.* 5. & ſup. *part.* 2. *cap.* 5. *circa fin.* à me notatum invenies, ubi vide *DD. allegat.* Utque nec huic ſcrupuloſitati locus detur, utrum executionis actu minus feliciter intentato, ipſa executio repeti, an vero reus liberari & ad ſantitatē reduci poſſit, ut plurimum in ipſa ſententia exprimi & extendi ſolet, ita is gladio laqueo aut ſimili ſupplicio damnetur, ut eo ipſo vitam finiat, vulgo, **datter de dood na volge.**

14 Ut proceſſus & ſententia criminalis ſibi conſtaret, antiquitus ſolennis interrogatio judicis ſive prætoris, & Coordinata Scabinorum reſponſio intercedere debebat, ſecundum formam & modum, uti colligere eſt ex fragmentis Veterum conſuetudinum, quarum non inelegans exemplum exſtat ex veteribus *Reipublicæ Leydenſis archivis. pag. mihi* 39.

De quibus etiam in Zuid-Hollandiæ, & Kenemariæ conſuetudinibus & antiquis conſtitutionibus multa his ſimilia leguntur. Idemque de Germaniæ moribus & conſtitutionibus, teſtatur Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 137. *num.* 15. *&* 32. *& ſeq.* Sed quæ hodie ipſum judicium ſolenni inquiſitione & examinatione coram omnibus judicibus inſtituenda ad juſtam reorum confeſſionem præcedere, & in ipſa ſententia poſt facti narrationem exprimi ſolet, reum objectum ſibi crimen ſecundum ea quæ proponuntur ſua ſponte extra vincula ferrea fuiſſe confeſſum.

Cap. XVII.

De Appellationibus & Relationibus.

Summaria.

1. *Relationes etiamnum uſitatas eſſe contra communes probatur.*
2. *Ab omnibus omnino cauſis appellari & provocari poſſe.*
3. *Etiam in criminalibus.*
4. *Exceptis cauſis extraordinarie per reorum proprias confeſſiones ſecundum noſtros & aliorum mores inſtitutis.*
5. *Tortura neceſſitas & effectus remiſſive.*
6. *Quid moribus noſtris cautum.*
7. *Apud Zelandos.*
8. *Brabantos & Flandros.*
9. *Idem in Germania obtinet.*
10. *De Hiſpania & Italia moribus.*
11. *De Gallia.*
12. *An à gravitate pœna appellari poſſit, non obſtante confeſſione.*
13. *Fatalia appellationum, in criminalibus quo termino praſcribantur.*

Cod. VII. LXII. *De Relationibus.*

SUperiori libro *cap. 32. de Relationibus* actum eſt, quæ in criminalibus non tantum obtinere, 1
ut in gravioribus cauſis ad juriſconſultos fide dignos, cauſa referatur, ſed & expreſſa ſanctione
cautum reperitur. *Ordinat. criminali anni* 1570. *art.* 58.
Ut in dubiis, cauſis juriſperitos fide dignos conſulant, antequam ſententiam ferant. Quod &
in imperio Germanico uſitatum *Carolina ſanctione* 1532. injunctum notavimus *ſupra cap.* 14.
num. 11. ut judices ſubalterni in gravioribus cauſis, judicii acta ad proximæ Academiæ collegium juridicum examinanda remittant, eoſque de re judicanda conſulant. Sic ut quod alii de relationibus de quibus *in l. 1. & tot. tit. Cod. de Relationib.* inuſitatis referant, inter quos Zypæus *notit. jur. Belgic. tit. de Appellationib.* & Autumn. *cenſur. Gallic. ad d. tit. Cod. de relationibus.* Quos ſequitur Groeneweg. *de legib. Abrogat.* Ad mores noſtros non pertineat. Quibus & in civilibus & criminalibus cauſis, Relationibus ad judices ſuperiores, & juriſconſultos fide dignos locum dari conſtat ex iis quæ ſupra hoc eodem libro *cap. 14. num. 9. & ſeqq.* & quæ *ad Rhenoland Conſuetud. art.* 81. *num.* 10. & ſuperiori libro *cap.* 32. *num.* 1. de Flandriæ & Hollandiæ moribus notavimus.

D. XLIX. I. Cod. VII. LXII. *De Appellationibus.*

Quod attinet appellationes à judicibus inferioribus ad proxime ſuperiores, in cauſis quibus 2
quis per ſententiam latam ſe gravatum putaverit intentandam, pro generali regula ponendum, ab omnibus omnino cauſis à definitiva ſententia quæ per ipſum judicem reparari, aut amplius revideri non poteſt, ad judicem proxime ſuperiorem appellari & provocari poſſe *l. 1. ff. de appellat. junct. l. 20. de eod.* Quum humanitatis ratio omnem provocantem audiri poſtulet ut ait Ulpian. *in l. 6. ff. de Appellat.* Quum ſit defenſionis ſpecies quæ nemini deneganda eſt ut per hoc judicantium iniquitas vel imperitia corrigatur, aut revocetur, vel ſuppleatur id, quod in prima inſtantia
fuerit omiſſum. Ut habet *d. l. 1. ff. de Appellat.* Sic ut quemadmodum in civilibus, ita multo magis 3
in criminalibus Appellationi locum eſſe dicendum ſit *arg. d. l. 6 ff. de Appell.* qua non tantum ei, qui ad ſupplicium deducitur, ſed & aliis quoque eorum nomine, etiam citra mandatum ad provocationem admittitur. *junct. l. 7. Cod. de Epiſcopali audientia l. 29. Cod. de Appell.* quum ſit remedium contra oppreſſiones. *cap. unic. De pœnis, in extravag.* Præſidium innocentiæ, *cap. cum ſpeciali. §. porro. Extr. De Appellation.* & omnis gravaminis juſta relevatio. *cap. Suggeſtum. & cap. ad noſtram. De Appellation.* Ubi vide Gloſſ. & DD. Vide Tiber. Decian. *prax. criminal. lib. 2. cap. 6. num. 17.* Damhouder. *prax. criminal. cap.* 149. Andr. Gail *lib. 1. obſerv. 1. num.* 149.

D. XLII. II. Cod. VII. LIX. *De confeſſis.*

Sed quemadmodum in civilibus confeſſi pro judicatis habentur *l. unic. Cod. de confeſſis l. 1. &* 4
tot. tit. ff. eod. l. 26. ff. de Re judicata neque contra eam ulla appellatio admittitur, *l. 2. Cod. Quorum appellat. non recip.* Uti latius ſupra *lib. 1. cap. 29. num. 24. & cap. 31. num. 13.* Ita in criminalibus *arg. d. l. 1. ff. de confeſſis. & l. 2. Cod. Quorum appellat. non. recip.* Quum reipublicæ interſit delicta puniri, & in homicidiis, aliiſque gravioribus cauſis ultio differenda non ſit. *l. 18. Cod. de pœnis*, & convictos velox pœna ſubducat. *l. 5. Cod. de Cuſtod. Reor.* noſtris & aliorum moribus & conſtitutionibus ad inventum eſt. Ut nemo unquam capitali pœna damnetur, niſi objectum ſibi crimen ſua ſponte fuerit confeſſus, ut ita omnis appellationis, aut provocationis procra-

eraſtioni obvietur, quo pertinet torturæ modus ad eruendam confeſſionem introductus, de quo ſupra *cap.* 8.

6 Ita conſtitutum Rhenoland. Conſuetud. *art.* 2. his verbis: **Datme niemand en condemnere te ſterven/ off de delinquanten moeten hare delicten ſelffs confeſſeren.** Cui concordat Conſtitutio Criminalis *Anni* 1470. *art.* 6. in verbis. **Andre obſerveren dat niemant ter dood gebꝛagt mag weſen/ ten zy deſelve het crimen bekenne.**

Cæterum de non recipienda appellatione in criminalibus cauſis expreſſe cautum reperitur Sanctione criminali circa procedendi ſtylum *art.* 64. his verbis: **Ende in onſe vooꝛſeyde landen is geenſints toegelaten van de criminele ſententien te mogen appelleren** / id eſt, *ut in hiſce regionibus nequaquam ſit permiſſum à criminali ſententia appellare.* Et de Generali Hollandiæ conſuetudine ſatis ſuperque teſtatur Hugo Grotius in apologia Regiminis Hollandici *cap.* 12. *circa fin. verſ. Alterum caput.* per multa exempla ibidem allegata. Idem probat Petrus Borre *Hollandiæ Hiſtoria lib.* 4. *pag. mihi* 152. Et tandem ab Hollandiæ Ordinibus reiterato ſtatuto 10. *Septemb.* 1591. cautum eſt, ne à Provinciali aut Suprema Hollandiæ Curia aliqua Appellationum media edantur aut concedantur in criminalibus cauſis, in quibus extraordinarie per reorum confeſſiones fuerit proceſſum.

7 Apud Zelandos idem antiquitus obtinuiſſe probat tractatus inter Hollandiæ Zelandiæque Ordines initus 20. *Septemb.* 1596.

8 De Brabantiæque aliarumque contiguarum Provinciarum moribus teſtatur Chriſtin. *ad leg: Mechlin. tit.* 1. *art.* 1. *num.* 12. Damhouder. *prax. crim. d. cap.* 149.

9 De generali & inveterata Germaniæ conſuetudine teſtantur Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 28. & *lib. de pace publica. cap. ult. in fin. num.* 36. Nicol. Reuſner. *lib.* 2. *deciſ.* 23. *num.* 2. Carpzov. *prax. criminal. quæſt.* 139. *num.* 14. *& ſeqq.*

10 De Hiſpaniæ conſuetudine refert Zigiſmund. Schacchias *de Judiciis lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 62. *& ſeqq.* Covarruv. *pract. quæſt. cap.* 23. *num.* 5.

De Italiæ conſuetudine idem teſtantur Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 99. *num.* 3. Vincent. de Franchis *deciſ.* 637. *num.* 2. *part.* 4.

11 In Gallia tamen in criminalibus appellationi indiſtincte locum eſſe ſcribunt Rebuff. *ad Conſtitution. Reg. tom.* 3. *tractat. de Appellationib. art.* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 22. Bugnon. *de legib. abrogatis. lib.* 2. *ſect.* 148. & Autumn. *Conference du droict. ad leg.* 2. *Cod. Quorum Appellationes non recip.*

12 Quæ tamen Regula: Quod contra confeſſum nulla admittatur appellatio, hanc patitur exceptionem, ut in arbitrariis cauſis in quibus aut nulla certa pœna conſtituta eſt, aut ipſa lex commiſſi pœnam arbitrio & diſcretioni judicis committit, ſi judex ipſam pœnam ultra modum decreverit, reus non obſtante delicti ſui confeſſione, á gravitate pœnæ conqueri, & appellare poſſit. Quod enim præter ipſam confeſſionem in arbitrariis cauſis, in dubio an & quæ pœna locum habere debeat, appellari poſſit notorii juris eſt. per *l.* 2. *& l.* 19. *Cod. de Appell. l.* 2. *Cod. Si appell. interpoſ. mors intervenerit. l.* 2. *Cod. Quorum appell. non recip. l. pen. ff. de appell. non recip.* Vide Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 94. Nic. Reuſner. *lib.* 2. *deciſ.* 23. *num.* 14. Gomeſ. *var. reſolut. cap.* 13. *num.* 31. Guid. Papæ *deciſ.* 436. *num.* 2. Nic. Reuſner. *lib.* 2. *deciſ.* 23. *num.* 14. Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 139.

13 Ita tamen ut terminia qui in aliis inſtituendarum & proſequendarum appellationum cauſis fatalium nomine intercedere debet *auth. hodie. Cod. de Appellat.* hoc caſu breviori, & ut plurimum trium dierum termino præſcribatur, quibus præterlapſis ſi appellationi interpoſitæ non deferatur, ea non obſtante ſententia executioni mandari ſolet, ac poteſt per ea quæ tradunt Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 96. *num.* 1. 2. Boſſ. *prax. crimin. tit. de execut. ſentent.* Menoch. *de arbitr. jud. cent.* 4. *caſ.* 334. *num.* 6. Guid. Papæ *deciſ.* 74. *in fin.* Carpzov. *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 137. & quæ latius ſupra *cap.* 16.

Digitized by Google

Cap. XVIII.

De Supplicationibus, Remiſſionibus & Abolitionibus.

Summaria.

1. *Supplicationibus an & quando locus ſit.*
2. *Ordinatiis judicibus nulla remiſſionis, aut mitigandarum pœnarum poteſtas eſt.*
3. *Abolitio quid.*
4. *Indulgentia quæ ſit & quomodo à remiſſione differat.*
5. **Reappel van Ban.**
6. *Salvus conductus, ſive* **Landwinninge.**
7. *Remiſſionum cauſa quæ.*
8. *In quibus cauſis judicis pœnarum mitigandarum poteſtas eſt conceſſa.*
9. *In infantibus, impuberibus, minoribus.*
10. *An propter decrepitam ſenectutem.*
11. *An & quatenus furioſi, mente capti excuſentur.*
12. *Melancholici.*
13. *Profunda ebrietas an excuſet remiſſive.*

ABſentium reorum refugia ſunt ſupplicationes ad Principem, pro commiſſi & pœnæ conſti- 1
tutæ remiſſione aut abolitione. Nam ſi criminis alicujus accuſati carcere detineantur, nullus ſupplicationum terminus conceditur, ut judicium differatur, *arg. l. 18. Cod. de pœnis.* De procedendi modo & praxi circa remiſſiones & abolitiones delictorum commiſſorum quædam in prima noſtri operis parte *lib. 5.* circa finem notavimus: nunc de cauſæ meritis agendum quæ Principem ad abolitionem aut indulgentiam, aut remiſſionem movere poſſunt aut debent. Nam quod alii remiſ- 2
ſionem & mitigandarum pœnarum poteſtatem, extra caſus arbitrio ſuo commiſſos ad ordinarios judices deferant, neque legibus neque bene conſtitutæ Reipublicæ moribus convenit. Quod circa criminum & delictorum pœnas decernendas quam ſtrictiſſime legibus eſſe, neque illæſa majeſtate, ab ordinariis judicibus, aliquam reo gratiam, aut remiſſionem indulgere poſſe, *ſupra cap. 16.* ſatis ſuperque demonſtravimus.

Cod. IX. xlii. De Abolitionibus. & xliii. De generali Abolitione.

Abolitio eſt omnimodo extinctio criminis, errore, caſu, aut juſta ex cauſa commiſſi, & 3
quaſi deletio accuſatori perpetuum ſilentium, & facit quaſi oblivionem inducens. *l. 5. Cod. ad leg. Corn. de Sicariis. l. 9. Cod. ad l. Corn. de falſis. l. 5. Cod. de Abolition. l. 2. Cod. de generali abolitione.*

Indulgentia eſt quælibet criminis remiſſio per gratiam ob cauſam indulta, vulgo **pardon.** Quæ 4
in eo differt à remiſſione, quod per remiſſionem præter indulgentiam commiſſi reus reſtituatur adverſus relegationem, aliamve condemnationem propter abſentiam aut contumaciam rei decretam, vulgo **Reappel van ban ende confiſcatie van goederen.** Quæ cum ſuper excuſationis 5
aut innocentiæ cauſa fundetur, haud aliter concedi ſolet quam ſub ulterioris approbationis & indagationis clauſula, à judice præſidiali examinanda, utrum preces veritate nitantur, vulgo **interinement.** *arg. l. unic. ff. de Remiſſionibus. junct. l. 8. Cod. de precibus Imperat. offerend. & l. 7. Cod. de diverſ. reſcript. l. 2. Cod. de abolition.* Cujus praxin & procedendi modum vide in formulis noviſſimis Papegay *pag. mihi 531. & ſeqq.*

D. xlviii. xxv. De Remiſſionib. Cod. I. xix. De precib. Imp. offer. & I. xxiii. De diverſis reſcriptis & pragmat. Sanction.

Ut autem hi qui aut abolitionis aut remiſſionis cauſam prætendunt, interim dum metu 6
incarcerationis latitant, aut quodammodo fuga ſe ſubducunt ſalvi conductus indulgentia, vulgo **Landwinninge /** ſibi conſulere poſſunt: veluti ſi quis fortuito & inopinato caſu, aut ad defenſionem ſuam homicidium commiſerit, neque abolitionis aut remiſſionis auxilio indigere ſe putaverit, is ſalvum conductum, quo poſt amicabilem cum defuncti conſanguineis compoſitionem & Officiarii admiſſionem, ut propter idem commiſſum à nemine inquietetur, apertis litteris ſibi concedi petere poteſt. Quæ cauſa cognita ex præſcripto *Inſtruct. Curia Provincialis, art. 10.* ab Hollandiæ Comitatus viris Rationalibus ſuper facti circumſtantiis inquirenda, poſt declarationem utrum factum compoſſibile æſtimetur nec ne, aut concedi, aut denegari ſolent.

Si autem factum compoſſibile non ſit, & tamen ex cauſa Remiſſioni aut abolitioni locum dari ſperatur, idem ſalvus conductus ad certum tempus peti atque impetrari ſolet, ut interim libere compareat reus & indulgentiam aut remiſſionem impetret, neque ex carcere defenſionem ſuam facere teneatur. Qui ut plurimum ſex menſium termino præſcribitur, ſed ex cauſa quandoque continuari ſolet.

Si

Si de facto non uſque adeo conſtiterit, modo nullis idoneis teſtibus, aut facti circumſtantiis reus gravetur, eædem ſalvi conductus litteræ vel abſolute, vel delato innocentiæ juramento, ſi ita videatur, concedi ſolent, uti variis exemplis probat Wilhelmus Alphenus in formulario ſuo vulgo Papegay *pag. mihi* 530. Ubi porro vide totam earundem litterarum conſequendarum praxin.

7 Cauſæ remiſſionum propter quas gratiæ concedendæ locus datur, communiter fere enumerantur, Si quis caſu in commiſſum inciderit. *l.* 7. *ff ad l. Corn. de Sicar.* Si defendendi cauſa, homicidium ſit commiſſum, ſi quis ab alio prius provocatus, aut invaſus ſit. *arg. l* 3 *ff de Juſtit. & Jure.* Si reus integræ, & probæ ſit vitæ, occiſus improbæ & notatæ famæ, quod per errorem, temeritatem vel iracundiæ calorem ad factum, & violentas manus proſiluerit. *l.* 2. *Cod. de Abolition.* & ſimiles, de quibus vide Jul. Clar. *§. homicidio. num.* 1. Boſſ. *prax. crimin. tit. de homicidio. num.* 68. *cum ſeq.*

8 Sed & ipſis judicibus pœnarum mitigandarum poteſtas in quibuſdam cauſis eſt conceſſa, veluti in infantum, impuberum aliorumque minorennium cauſis, in quibus commiſſi pœna ex cauſa
9 remitti poteſt. *l.* 108. *ff. de Reg. Jur.* & judicis arbitrio commiſſum volunt, ut pœnam ordinariam mitigare, & in extraordinariam commutare poſſit, ſecundum ætatis gradus & doli capacitatem ex variis circumſtantiis æſtimandam. Uti late tractant DD. ad *l.* 68. *ff. ad leg. Falcid. l.* 18. *Cod. de Jure deliber. & l.* 204. *in fin. ff. de Verb. Significat.* Jacob. Menoch. *de Arbitr. Jud. lib.* 2. *caſu* 57. Petr. à Placa *Epitome delictorum cap.* 32. *num.* 2. Farinac. *prax. criminal. part.* 2. *quæſt.* 92. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſ.* 7. *num.* 6. Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 60. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 62. & late Carpzovius *prax. crimin. part.* 3. *quæſt.* 143.

10 Quemadmodum ob ætatem tenellam, ita & propter ſenectutem, corporiſque debilitatem pœnam mitigari quidam volunt, *arg. l.* 2. *ff. de termino moto. l.* 6. *in pr ff. ad l. Iul. pecul. & l.* 3. *§.* 7. *ff. ad Senat. Sillan.* propterea quod ſenes ſenſum habeant puerilem, & pueris ſimiles ſint. Per ea quæ tradit Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſa* 8. *num.* 3. 4. Anton Gomez. *tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 68. Quod tamen perpetuum non eſt, quum plurimi ſenes perſpicaces & ſapientes ſint, ac proinde textus illos ad pœnas tantum extraordinarias & arbitrio judicis commiſſas reſtringendos neque ad capitales pœnas certa lege aut ſtatuto determinatas extendi poſſe, ac de Senibus delirantibus, & decrepita ſenectute, quæ mentis alienationem habet conjunctam, loqui, alii rectius ſenſerint *arg. d. l.* 3. *§.* 7. *ff. ad Sillenian.* in verbis *ætate defecti.* prout etiam praxi receptum eſt, nunquam in Senibus pœnam mitigari, aut remitti niſi in his qui ob ætatem decrepitam delirare reperiantur, niſi forte de levibus delictis & poenis non capitalibus agatur, in quibus propter ætatem ſenilem, commiſerationi, & veniæ locus dari ſolet, veluti in fuſtigatione, aut ſimili leviori poena corporis afflictiva. Vide Jul. Clar. *§. finali quæſt.* 60. *verſ. Succeſſive quæro.* Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 68. Petr. à Placa *Epitom. delictor. cap.* 32. *num.* 15. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ.* 8. *num.* 4. Sfort. Odd. *de reſtit. in Integr. part.* 2. *quæſt.* 80. *num.* 116. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſu* 329. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 110. Virgil. Pingiſ. *quæſt.* 57. *num.* 31. *& ſeqq.* Farinac. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 92. *num.* 23. *& ſeq.* Hartmann. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 36. Carpzov. *prax. criminal. part.* 3. *quæſt.* 144. *num.* 15. *& ſeqq.*

11 Furor etiam & melancholia remiſſionis & mitigationis cauſam præbent; quum is qui furore percitus in crimen incidit, revera crimen committere non dicatur, & à poena excuſari debeat, quod ſuo furore & melancholia ſatis puniri videatur. *l.* 14. *ff. de offic. præſid. l.* 12. *ff. ad leg. Corn. de Sicar.* Quod ad quemlibet phreneticum, dementem & mente captum extendunt. Vide Jul. Clar. *prax. criminal. §. final. quæſt.* 60. *verſ. Item quæro.* Tiraquell. *de pœn. temper. caſu* 2. *num.* 1. *& ſeq.* Gomez. *tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 70. Petr. à Placa *Epitome delictor. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 1. Damhouder. *prax. criminal. cap.* 48. *num.* 6. Nicol. Reuſner. *lib.* 1. *deciſ.* 17. Andr. Gail *lib.* 2. *obſervat.* 110. *num.* 20. *& ſeq.* Vide etiam quæ ſupra *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 17. *& ſeq.* de infantibus, furioſis & mente captis notavimus.

12 Melancholici vero à commiſſi pœna immunes non ſunt, *arg. l.* 51. *in fin. ff. ad l. Aquil. l.* 4. *§. cum dolus ff. de Noxal. act.* Quamvis mitius eos puniri velint Jul. Clar. *§. fin. quæſt.* 60. *num.* 22. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ.* 43. *num.* 1. Boër. *deciſ.* 168. *num.* 11. Petr. Heig. *part.* 2. *quæſtione* 38. *num.* 60. Quomodo eum qui ex quadam phreneſi ſibi ipſi violentas manus

intulerit, nulla pœna, ſed commiſeratione dignum eſſe notavimus ſupra *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 14.

Quidam etiam ab ordinaria pœna eos excuſari volunt, qui in profunda ebrietate in crimen 13
aut delictum inciderunt, inter quos Jul. Clar. *§. final. quæſt.* 63. *verſ. Quæro.* Andr. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 110. *num.* 24. Tiraquell. *de pœnis temp. cauſ.* 6. *num.* 1. *& ſeq.* Gomez. *tom.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. Petr. à Placa *Epitome delict. num.* 2. Maſcard. *de probation. lib.* 2. *concluſ.* 579. *num.* 3. Farinac. *prax. criminal. tom.* 3. *quæſt.* 93. Quo caſu tamen, ab Hollandiæ Ordd. poſt requiſitum utriuſque Curiæ conſultum ordinariæ pœnæ remiſſionem, aut mitigationem denegatam vivo exemplo demonſtravimus ſupra *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 24. *& ſeqq.*

F I N I S.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Omnium Titulorum Digeſtorum & Codicis, qui hac ſecunda parte continentur.

A.

de ABolitionibus. pag. 216
Accuſationibus & inſcriptionibus. 147
Actionibus. 67
Ad exhibendum. 69. 93
de Adſeſſoribus, Domeſticis, & Cancellariis. 22
Advocatis diverſorum judiciorum & judicum. 20
Advocatis fiſci. 7. 19
Appellationibus. 127. 214
A quibus appellare non licet. 130

B.

de BOnis damnatorum. 208
Bonis proſcriptorum & damnatorum. ibid.
Bonorum poſſeſſionibus. 89

C.

de CAdaveribus punitorum. 209
Captivis & poſtliminio reverſis. 210
Collegiis illicitis. 29
Confeſſis. 117. 183
Conſortibus ejuſdem litis. 19
Cuſtodia & exhibitione reorum. 156

D.

de DAmno infecto. 88
Defenſoribus Civitatum 4
Diverſis & temporalibus præſcriptionibus. 105
Diverſis Officiis, & Apparitoribus. 24
Diverſis reſcriptis & pragmat. Sanction. 216
Doli mali & metus exceptione. 104
De eo quod certo loco. 58
De quibus rebus ad eundem judicem eatur. 43

E.

de EDendo. 95
Edicto Divi Hadriani tollendo, & quemadmodum ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur. 88
Effractoribus & expilatoribus. 162
Emendatione propinquorum. 157
Epiſcopali audientia. 10
Epiſcopis & Clericis. 19
Errore calculi. 105
Exactoribus Tributorum. 25
Exceptione rei judicatæ. 105
Exceptionibus, præſcriptionibus & præjudiciis. 101
Executione rei judicatæ. 131
Executionibus, & Exactoribus. 24. 160
Ex quibus cauſis infamia irrogetur. 210
De exhibendis & tranſmittendis reis. 148

F.

de FEriis & dilationibus. 103
Fide Inſtrumentor. & amiſſione eorum. 114
Formulis & impetrationibus ſublatis. 95
Fructibus & litium expenſis. 124

H.

de HÆreticis & Manichæis & Samaritis. 29
His qui ad Eccleſiam confugiunt. 156
His qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent vel non. 28
His qui notantur infamiâ. 210
His qui notantur infamiâ, & ex quibus cauſis infamia irrogetur. 14

I.

IN quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt. 9. 40
de Infamia 14
Inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu. 118
Interdictis. 68. 74
In integrum reſtitutionibus. 88
Interrogationibus in jure faciendis & interrogatoriis actionibus. 119
Jurejurando. 174
Jurejurando propter calumniam dando. 21. 94. 119
Jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. 119
Juriſdictione omnium judicum. 11
in Jus vocando. 91
in Jus vocati ut eant, aut ſatis, vel cautum dent. 98

L.

de LIbellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur. 83
Litiſconteſtatione. 108
Litigioſis. 105

M.

de MAgiſtratibus municipalibus. 4

N.

de NAufragiis. 201
Ne filius pro patre. 32
Ne Fiſcus vel Reſpublica. 14
Ne liceat potentioribus. ibid.
Ne quis eum, qui in jus vocatus eſt, vi eximat. 25. 161
Ne quis in cauſa ſua judicet. 1: 205
Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore. 31
de Negotiis geſtis. 19
Nihil innovari appellatione interpoſita. 82. 127
de Nundinis & Mercationibus. 56

O.

de OFficio Comitis Orientis 5
Officio Comitis rerum privatarum. ibid.

Officio Judicis. 121
Officio Magiſtrat. militaris. 9
Officio Præfecti Annonæ. 4
Officio Præfecti Prætorio. 7
Officio Præfecti Urbi. 4
Officio Præſidis. ibid.
Officio Prætorum. ibid.
Officio Proconſulis & Legati. 5
Officio Procuratoris Cæſaris. ibid.
Officio Rectoris Provinciæ. ibid.
Operis novi nunciatione. 88
Ordine Judiciorum. 121. 207

P.

de *PLus Petitionibus.* 94
Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur. 115
de *Pœna judicis qui male judicavit, vel ejus qui judicem vel adverſarium corrumpere curavit.* 125
Pœna judicis qui male judicavit. 201
Pœna temere litigantium. 94
Poſtulando. 14
Prævaricatione. 201
Precibus Imp. offer. 216
Privatis Carceribus inhibendis. 157
Probationibus & Præſumptionibus. 113. 169
Procuratoribus. 15
Publiciana in rem actione. 68
Publicis Judiciis. 147

Q.

de *QUæſtionibus.* 176
Quando appellandum & intra quæ tempora. 127
Qui ſatiſdare cogantur, vel jurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur. 98
Quod cujuſque Univerſitatis nomine vel contra eam agatur. 18. 32
Quod legatorum. 68. 88
Quomodo & quando judex ſententiam proferre debeat. 125
Quorum appellationes non recipiuntur. 128
Quorum bonorum. 68. 88

R

de *RE judicata & effectu ſententiarum, & de Interlocutionibus.* 123. 208
Rei vindicatione. 89
Receptis, qui arbitrium receperunt. 59
Relationibus. 126. 215
Remiſſionibus. 216
Replicationibus. 109
Requirendis reis vel abſentibus damnandis. 162

S.

de *SAcroſancta Eccleſia.* 19
Salviano interdicto. 68
Sententiis ex breviculo (ut alii) ex periculo recitandis. 125
Sententiis, quæ pro eo quod intereſt proferuntur. 124
Sententia, quæ ſine certa quantitate profertur. 124
Sententiam reſcindi non poſſe. 123
de *Sententiis & Interlocutionibus.* 123. 208
Sententiis Præfecti Prætorio. 130
Si à non competenti judice judicatum eſſe dicatur. 58
Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum. 128
Si ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis judicatum ſit. 126
Si in cauſa judicati pignus captum ſit 133
Si per vim vel alio modo abſentis poſſeſſio turbetur. 19
Si quis in jus vocatus non ierit. 97
de *Sportulis & ſumptibus in diverſis judiciis faciendis.* 22

T.

de *TAbulariis, Scribis, Logographis, & Cenſualibus.* 22. 114
Teſtibus. 116. 169
Temporibus Appellationum. 127

V.

UBi & apud quem cognitio in integr. reſtit. agitur. 88
Ubi cauſæ fiſcales vel divinæ domus hominumque ejus agantur. 44
Ubi conven. qui certo loco. 58
Ubi de criminibus agi oporteat. 148
Ubi de Ratiociniis tam publicis quam privatis agi oporteat. 44
Ubi in rem actio exerceri debeat. 43
Ubi Senatores vel Clariſſimi conv. 39
de *Via publica.* 144
de *Via publica & itinere publico reficiendo.* ibid.
Uti poſſidetis. 68. 74
Ut intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. 122
Ut nemo invitus agere vel accuſare cogatur. 30
Ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. 34
Ut quæ deſunt Advocatis partium judex ſuppleat. 95. 192
de *Uſuris rei judicatæ.* 132

RERUM

RERUM & VERBORUM

In hac ſecunda parte contentorum

INDEX.

Prior numerus Librum, ſecundus Caput, tertius ejuſdem Capitis ſummarium denotat.

A.

ABOLITIO quid. 2. 18 3
ABSENS. Pro *abſente* quæ aut qualis abſentiæ excuſatio & innocentiæ defenſio admittenda. 2. 2. 7. & ſeq. Vide *Defenſio.*
Sententia ex contumaciis *Abſentis* prolata, interlocutoria & reparabilis eſt. 2. 6 15
Abſentis & non comparentis cauſa an & quatenus pro innocentia ſua defendi poſſit. 2 6. 16
ABSENTIA & fuga, delicti perpetrati indicium facit, & ſufficit ad citationem in perſonam. 2. 6. 1
An quis ex ſola *abſentia* condemnari poſſit. Neg. 2. 6. 14
ABSOLVI in totum an reus poſſit in proceſſu extraordinarie inſtituto. 2. 13. 7
ABSOLUTIO, ſive liberatio, alia abſoluta, alia arbitraria ad minorem pœnam. 2. 13. 2
Abſoluta quæ. 2 13 3
Arbitraria quæ. 2. 13 4
Abſolutione ſemel interpoſita, utrum reus iterum accuſari poſſit 2. 13 8
ACADEMIÆ Lugduno-Batavæ ſtatuta circa Juriſdictionem ſuam. 1. 2. 36
ACCUSATIO. *Accuſare* de crimine qui poſſint aut debeant 2. 1. 2
Acte maken ende dienen. 1. 28. 6
Acte maken ende productie doen. 1. 28. 8
ACTIO, ſive judicium quid. 1. 20 1
Actionum diviſio in perſonales & criminales. 1. 20. 2
Civilium diviſio in perſonales & reales. *ibid.*
Actiones perſonales quæ dicantur. 1. 20 3
Reales quæ, & in quot ſpecies ſint differentia. 1. 20. 4
Actio Publiciana quæ ſit. 1. 20. 5
Reſciſſoria quæ. 1. 20. 6
Pauliana quæ. 1 20. 7
Actiones poſſeſſoriæ quæ ſint. 1. 20 8
Ubi & in qua Superiori Curia intentandæ. 1. 21. 17
Adipiſcendæ poſſeſſionis *actio* quæ ſit. 1. 20 9
Retinendæ poſſeſſionis. 1. 20. 10
Recuperandæ poſſeſſionis. 1 20. 11
Actio ſive judicium petitorium quid. 1 20. 12
An & in quibus *Actiones* poſſeſſoriæ petitoriis priores ac potiores ſint. 1. 20 13
Actiones præjudiciales. ſive judicia proviſionalia, vulgo Proviſie van namptiſſement / quæ ſint, & in quibus locum habeant. 1 20. 14
Præjudiciales ad exhibendum *Actiones* quæ & quales ſint. 1 20. 15
Actio rei perſecutoria quæ ſit. 1. 20. 16
Pœnalis. 1. 20. 17
Mixta 1. 20 18
Actiones in ſimplum, vel in duplum, an & quatenus moribus ſint receptæ. 1. 20. 19
Bonæ fidei *Actiones* quæ aut quales ſint. 3. 20, 20
Stricti juris quæ & quales ſint. 1. 20. 21
Arbitrariæ quæ. 1. 20. 22
Actiones aliæ in ſolidum, aliæ pro parte tantum producunt effectum, & quæ ſint. 1. 20. 23
Aliæ quæ ex contractu & facto noſtro, aliæ ex contractu aliorum per quos obligamur. 1. 20. 24
Aliæ directæ, aliæ noxales. 1. 20 25
Actio in rem ubi exerceri debeat. 1 14 9
Actio Judicati à quo tempore poſt latam ſententiam competat, & quamdiu duret. 1. 33. 1
Actio negatoria ex *l. diffamari Cod. de ingenuis manumiſſ.* quæ & quando locum habeat, ejuſque petitionis forma. 1. 21. 20. & 1. 22 27.
Actio purgatoria quæ ſit, ejuſque forma. 1. 21. 21. & 1. 22 27
Actio plurium debitorum ex diverſis cauſis, an & quando coram Hollandiæ Curia cumulanda, ejuſque petitionis forma. 1. 21 22.
Actio Provocationis ſive appellationis ulterioris inſtantiæ quomodo per libelli petitionem incheanda, ejuſque forma tam à parte actoria, quam a parte rei. 1. 21 23
Alia quæ effectum producit ſuſpenſivum, alia non. 1. 21. 24.
Actio quænam ex Arbitri ſententia detur. 1. 17. 15.
An & per quem executioni mandari poſſit. 1 17 16.
Actiones mixtæ, utrum perſonali an reali executione perſequendæ. 1. 33. 29
Actiones in factum quomodo exequendæ 1. 33. 10
Actionum formulæ & nomina, quæ apud veteres ipſi libello inſeri debebant, an & quatenus ſublata 1. 24 6.
ACTOR quis, & unde dictus. 1. 10. 1.
Dicitur etiam Petitor. 1. 10 2
Uter litigantium *Actor* aut Reus ſit in duplicibus judiciis. 1. 10. 3.
Quid moribus, ubi, an & quatenus Rei quam *Actoris* partes laborioſiores ſint. 1. 10. 4
In appellationum cauſis iidem ſunt *Actores* & Rei, qui in prima inſtantia 1 10 5
Actoris partes quæ ſint in agendo, & quid ei incumbat. 1. 10 22
Actori quando, & quando Reo probationis neceſſitas incumbat. 1. 10. 22
Actor ſequitur forum rei coram Judice ejus competente. 1. 12. 1

Actor & Reus ſi lite ſerviente non comparuerint, an & quatenus cauſa continuari intelligatur, & quid à parte *Actoris* aut *Rei* poſtea faciendum. 1. 25. 13
Actoris contumacis pœna quæ, & quomodo adverſus eum procedendum. 1. 25. 11.
ACTUARIUS, ſive Scriba quis, quo ſenſu olim ſervus publicus dictus, contra communes. 1. 8. 1
In *Actuario* peritia & ſcientia juris neceſſaria. 1. 8 7
Quatenus ex imperitia & ignorantia ſua teneatur. 1. 8. 8. Vide *Cancellarii Iudicum*.
ADDITAMENTA, vulgo Abbitien/ quid, eorundemque forma. 1. 28. 3. & 10
ADSESSORES qui, eorumque officium. 1. 8 3.
ADVOCATI Fiſci, qui, eorumque officium. 1. 2. 22. & 1. 6 4.
Advocato Fiſci, ſive Procuratori Generali, cui expreſſe interdictum alieni patrocinii cauſam ſuſcipere 1. 4. 3
Advocati partes quæ ſint in judicio. 1. 21. 2
Advocatorum nobile officium. 1. 7. 1.
Advocati definitio. 1. 7. 2
Non plures quam duo ſimul ad cauſam perorandam admittuntur. 1. 7. 3
Advocati munere qui fungi poſſint. 1. 7. 4
Privilegia eorum. 1. 7. 5
Advocatorum officium quale, & quid iis incumbat, & quæ ſint eorundem officii requiſita. 1. 7. 6
Juramentum calumniæ quid, & an moribus obtineat. 1 7. 7
Advocatis an ſalarium & quale debeatur. 1. 7. 8.
Advocatorum conſultationibus & præjudiciis ne aliqua ſit auctoritas, ſummo jure in ſuperioribus Curiis introductum eſt. 1. 29. 6
Advocati, ſi per imperitiam in errorem inciderint, an & quatenus teneantur. 1. 8. 9. & 2. 13. 20
Advocati ubi conveniendi. 1. 13. 5
Advocatus an in Criminalibus cauſis admittatur. 2. 2. 2
Quid moribus ea de re ſit receptum. 2. 2. 3. & 6.
An & quatenus pro abſente admittatur *Advocatus* ad abſentiæ excuſationem & innocentiæ defenſionem. 2. 2. 7. & 8
An etiam admittatur in criminibus, quibus relegationis pœna impoſita eſt. 2. 2. 10
ÆRARIUM. Cauſæ ad *ærarium* publicum ſpectantes ad quos judices pertineant. 1. 14. 12
AESGE, ſive *Aetga* apud Friſios antiquitus quis. 1. 2. 17
AESGADOEM apud Friſios quid. *ibid.*
AGERE in judicio qui poſſint. 1. 10. 7
Minores *agere in judicio* vetantur excepta cauſa momentaneæ poſſeſſionis. 1. 10. 8
His annumerantur prodigi. 1. 10. 9
Mulieres nuptæ. 1. 10 10
Etiam innuptæ jure Saxoniæ, quod & Gelriæ mores ſequuntur. 1. 10. 11
Secus in Criminalibus. 1. 10. 12
Vetantur etiam *in judicio* agere deportati & proſcripti ſive banniti. 1. 10. 13
An & quatenus hæretici & excommunicati. 1. 10. 14
Collegia illicita. 1. 10. 15
Liberi adverſus parentes ſine venia *agere* coram judice non permittuntur. 1. 10. 16
An idem ad feudi dominum & Vaſallum extendendum, Neg. 1. 10. 17
Infames an & quatenus pro ſe *in judicio agere* poſſint. 1. 10. 18
Mente capti, muti, ſurdi. 1. 10. 19
Invitus nemo *ad agendum* compellitur. Regula an & quatenus procedat. 1. 10. 20
AGGER. *Aggerum* præmuniendorum jus ad cujus juriſdictionem pertineat, & quomodo in eo procedatur. 1. 33. 33
Aggerum & aquarum Præfectura, vulgo Dijk graaf ende Heemraden / eorumque officium, & quando id collegium inſtitutum. 1. 2. 33
AMISSIO. *Amiſſio* Inſtrumenti rei veritati non obſtat, modo ea aliter probari poſſit. 1. 29. 14
AMMANNI in Gelria qui, eorumque officium. 1. 2. 33
Ἀνδροληψία, publicæ executionis ſpecies, à Dracone in Republica Atheníenſi inſtituta. 1. 11. 15
ANTICIPATIONIS mandatum an & quando locum habeat 1. 12. 35
Quid, quando, & quomodo impetrandum. 2. 22. 21
ANTONII MATTHÆI ſententia circa uſum noſtrum in repetitione torturæ reprehenſa. 2 8. 21
APPARITORES qui 1. 9 1
Eorundem inſignia, quæ. & qualia gerere debeant. 1. 9 3
An & quanta iis adhibeatur fides in perſonalibus & realibus cauſis exequendis. 1. 9. 4
Si quid extra officii ſui terminos retulerint, ſingulares tantum ſunt teſtes. 1. 9. 5
An & quatenus iis reſiſti poſſit, vel non. 1. 9 7
Qualitatem ſuam probare, & inſignia oſtendere debent. 1. 9 8
An præcedens mandatum oſtendere, ejuſque copiam edere debeant in ſuperioribus & inferioribus tribunalibus, & quid juris apud nos. 1. 9. 9
Apparitoris officium in quibus conſiſtat. 1. 9. 10
Extra territorii ſui ſtationem nihil exequi poteſt. 1. 9. 11
Si per arreſtum ex continentia cauſæ, aut alia reali actione ſententia lata adverſus eum, qui extra Judicis territorium degit, ejuſque bona alibi ſita dirigenda ſit, per literas requiſitoriales per alterius loci apparitorem requiſito judice eam exequi debet. 1. 9. 12
Quale ſit *Apparitorum* in exequendis ſententiis munus remiſſive. 1 9 13
APPELLATIO quid ſit. 1. 32. 4
Alia judicialis, alia extrajudicialis. 1. 32. 5
Appellatio à mandati conceſſione, aut denegatione, vulgo Appel jegens de conceſſie van het mandament ofte 't geven van nihil op de Requeſte. 1. 32. 6
Appellatio quomodo & intra quæ tempora interponenda, & proſequenda. 1. 32. 3. & 7
Appellatione interpoſita omnis judicati executio ceſſat. 1. 32 8
Appellatio, an & quando effectum habeat ſuſpenſivum, per appellationem aut reformationem, ut vocant. 1. 32. 9
Appellatione interpoſita ſi quid attentatum, aut renovatum fuerit, illud ante omnia reparari ac reſtitui debet. 1. 32. 10
A quibus ſententiis *Appellatio* admittatur, vel non. 1. 32. 12
An adverſus ſententiam ex contumacia, vel voluntaria confeſſione latam. 1. 32. 13
An & quatenus adverſus Fiſcum, & ærarium publicum. 1. 32. 14
An adverſus ſententiam extra ordinem à Magiſtratu Politico latam, vulgo by correctie. 1. 32. 15
An & quatenus in cauſa matrimoniali circa diſſenſum parentum in nuptiis liberorum ſuorum. 1. 32. 16
Quam ſummam excedere debeant ſententiæ in Civitatibus & Pagis, ut adverſus illas *Appellatio* concedatur. 1. 32. 17
In Provinciali Hollandiæ Curia. 1. 32. 18
Saltuum Præfectorum ſententiæ non obſtante *Appellatione* executioni mandantur. 1. 32. 19
Si ſententia diverſas ſummas contineat, quæ ſingulæ infra numerum ſunt, an cumulari poſſint ad impetrandam *Appellationem*. 1. 32. 20
Adverſus ſententias in aggerum muniendorum cauſis latas nulla *Appellatio*. 1. 32. 21
An & quatenus nova inſtrumenta aut facti poſitiones in *Appellationum* cauſis proferri poſſint. 1. 32. 22
An & quatenus ab inferiore ad judicem proxime ſuperio-

rem

Digitized by Google

rem nullo omiſſo medio *appellandum*. 1. 32. 23
A quibus judicibus *Appellatio* non admittatur. 1. 32. 24.
A ſupremæ Hollandiæ Curia, ſive ſupremo Senatu nulla datur *Appellatio*. 1. 32. 25
In Gelria pleriſque inferioribus tribunalibus eadem prærogativa ſpeciali privilegio indulta, noviſſima Politici regiminis reformatione ſublata. 1. 32. 26
In Hollandia nulli niſi Academiæ Lugduno-Batavæ judicibus idem jus conceſſum eſt. 1. 32. 27.
In ærarii publici cauſis an & quatenus *Appellatio* admittatur. 1. 32. 28
Appellatio ſententiæ ab Arbitris latæ, an & qua forma petenda. 1. 21. 31
Ab omnibus omnino cauſis *Appellari* & provocari poſſe. 2. 17. 2
Etiam in criminalibus. 2. 17. 3
Exceptis cauſis extraordinarie per reorum proprias confeſſiones ſecundum noſtros & aliorum mores inſtitutis. 2. 17. 4.
Quid moribus noſtris cautum, 2. 17. 6
Apud Zelandos. 2. 17. 7
Brabantos & Flandros, 2. 17. 8
Idem in Germania obtinet. 2. 17. 9
De Hiſpaniæ & Italiæ moribus. 2. 17. 10
De Gallia. 2. 17. 11
An à gravitate pœnæ *Appellari* poſſit, non obſtante confeſſione. 2. 17. 12
Appellationum Fatalia in criminalibus quo termino præſcribantur. 2. 17. 13
Appellationis ulterioris inſtantiæ actio. Vide *Actio Provocationis*.
Aquæductus. *Aquæductuum* cauſæ ad quos pertinent, & quomodo in earundem executione procedatur. 1. 33. 35
Arbiter quis & unde dictus. 1. 17. 2
Quomodo differat à judice delegato. 1. 17. 3
Alii *Arbitri*, alii *Arbitratores*, & quomodo diſtinguendi. 1. 17. 4
Arbitri aut amicabiles compoſitores, vulgo, Goede Mannen / qui dicantur. 1. 17. 6
Arbitri qui & quales eſſe, & qui ut ſuſpecti removeri poſſint. 1. 17. 7. Quid juris inter plures conſtitutos, ſi quis eorum abfuerit. 1. 17. 9
Quid inter plures diſſentientes, & an aut quatenus majoris partis ſententiæ ſtandum. *ibid*.
Quid ſi in duos tantum ſit compromiſſum, & hi inter ſe diſſentiant, an tertius ab iis eligi poſſit. 1. 17. 10
Arbitri quomodo conſtituantur ſcripto, aut ſine ſcripto. 1. 17. 12
Quomodo ſcripto inſerta ſtipulatione, jurejurando, pœna. 1. 17. 13
Ad quid *Arbitri*, poſtquam arbitrium receperunt, ſint conſtringendi, & intra quod tempus finiri debeat arbitrium. 1. 17. 14
Quænam detur actio ex *Arbitri* ſententia. 1. 17. 15
An & quatenus ab *Arbitrorum* ſententia appellari poſſit noſtris & aliorum moribus. 1. 17. 17
An & quomodo ab appellatione valide ſit renunciandum. 1. 17. 18 Vide *Compromiſſum*.
Archiduces Imperii an irrequiſito Imperatore in territorio ſuo vi juriſdictionis territorialis Repreſalias concedere poſſint? Affirm. 1. 11. 22
Arresta publica, ſive Pignorationes quid, an & quando locum habeant. 1. 11. 13. Vide *Repreſſalia*.
Arreſtum unde dictum, ejuſque definitio. 1. 15. 1
Aliud eſt quod ob ſecuritatem debiti ex neceſſitate & rationabili cauſa conceditur, veluti propter dilapidationis aut fugæ ſuſpicionem, eſtque velut prætorium pignus. 1. 15. 2
Aliud quod in ſola conveniendi facilitate & utilitate conſiſtit, ut alium juriſdictioni noſtræ ſubjiciamus. 1. 15. 3
Quod contra jus Romanum, ac proinde ex ſtatutis ſive moribus & jure non ſcripto dijudicandum. 1. 15. 4
An etiam *Arreſtum* fieri poſſit pro debito quod in diem aut ſub conditione debetur? Affirm. 1. 15 9
Ab *Arreſto*, quod ſolum utilitatis & juriſdictionis conſtituendæ cauſa intenditur, quinam immunitatem habeant. 1. 15 15
Ab *arreſtis* eximuntur libri Studioſorum. 1. 15. 26
Stipendia & arma militum. *ibid*.
Inſtrumenta ruſtica. 1. 15 27
Ea quæ ad victum & alimenta deſtinata ſunt. 1. 15. 28
Quibus annumerantur, Advocatorum, Profeſſorum, & Eccleſiæ Miniſtrorum ſtipendia. 1. 15. 29
An & quæ loca ab *arreſtis* ſint immunia, ubi de Aſylis templorum, &c. & de Toparcharum quorundam immunitatibus. 1. 15. 35
An in nundinis & emporiis annuis *Arreſta* fieri poſſint, & quouſque earundem immunitas extendi poſſit? 1. 15. 36
Arreſtum an poſſit fieri in feriis & diebus feſtis? 1. 15. 37
Per quas perſonas *Arreſtum* fieri debeat. 1. 15. 39
Relaxatio *Arreſti* ſub cautione. 1. 15. 41
Arrestare qui poſſunt, vel non, remiſſive. 1. 15. 5
An Procurator ad lites abſque ſpeciali mandato *arreſtare* poſſit? Affirm. 1. 15. 6
An conſortes ejuſdem litis, conjunctæ perſonæ, & ſocii ratione ſocietatis poſſint? Affirm. dummodo de rato caverint. 1. 15. 7
Qui *arreſtari* poſſunt, vel non, & pro quibus debitis. 1. 15. 8.
An & quatenus fidejuſſores, & reliqui, qui fidem ſuam pro aliis interpoſuerunt, *arreſtari* poſſint. 1. 15. 10
An heres pro defuncti debito *arreſtari* poſſit. 1. 15. 12
Debitoris debitor an & quando *arreſtari* poſſit. 1. 15. 12
An & quatenus Procuratores, Mandatarii, Negotiorum geſtores, Factores, Inſtitores. 1. 15. 13
An & quatenus Tutores & Curatores minorum *arreſtari* poſſint. 1. 15. 14
Arreſtare non poteſt civis concivem ſuum, tam intra quam extra territorium ſuum. 1. 15. 16
Eo privilegio gaudent Brabanti. 1. 15. 17
Idem cautum jure Lubecenſi, & ſtatuto Hamburgenſi. 1. 15. 18
In Hollandia ubique fere expreſſa conſtitutione obtinet. 1. 15. 19
In Provincia Ultrajectina & Geltriæ Ducatu. 1. 15. 20
Quibuſdam etiam locis duo cæteri ejuſdem domicilii ſe invicem *arreſtantes* à judicio repelluntur. 1. 15. 22
An quæ de Civibus dicta ſunt, etiam ad incolas, qui ordinarii Cives non ſunt, poſſint extendi? Affirm. 1. 15. 23
An minorum Civitatum Cives & incolæ eadem hac prærogativa cum majoribus gaudeant? 1. 15. 24
Arreſtari quæ res & bona poſſint, vel non. 1. 15. 25. & *ſeqq*.
Cadaver, ſive mortui debitoris corpus *arreſtari* non poteſt. 1. 15. 30
Res, neque bona eorum, qui in magnis Hollandiæ Civitatibus degunt, pro perſonalibus debitis extra civitatem *arreſtari* poſſunt. 1. 15. 31
Res aliena quatenus *arreſtari* poſſit? 1. 15. 32
An res noſtra, quæ & quatenus aliis obligata eſt, *arreſtari* poſſit? Affirm. 1. 15. 33
An res alibi ſita in perſona alibi reperta *arreſtari* poſſit, ad hoc ut præſtetur id, pro quo res illa obligata eſt. 1. 15. 34
In quibus immunitas in *arreſtando* non attendatur. 1. 15. 38
Arreſtandi modus ac forma in Hollandiæ Curia ac civitatibus, remiſſive. 1. 15. 40
Asinoi apud Hollandos qui, & quando in Scabinos reformati. 1. 2. 18
Assasinium quid, ejuſque pœna. 2. 13. 30

Asyla & tuta refugia apud nos an & quatenus obtineant, remiſſive. 2. 4. 12
Attentata adverſus appellationem & mandatum inhibitorium an & quomodo reparanda. 1. 32. 10
Attentatum pœnale, cum clauſula, ut quod contra mandatum factum ilico reſtituatur, quando & quo caſu obtineat, ejuſque petitionis forma. 1. 21. 19. & 1. 22. 20.
Attentatum pœnale adverſus eum, qui juſſum ſuſpenſivum excedit, ejuſque forma. 1 21. 26
Atterminatio ſolutionis an & qualis danda. 1. 27. 3. & 1. 33. 4. & 6
Non datur niſi ſub conditione præſtandæ cautionis. 1. 33. 6.
Aucupium. Circa *Aucupiorum* jura quomodo procedendum. 1. 33. 36
Azonis & Lotharii quæſtio coram Henrico Imper. pro depoſiti equi ſponſione, an merum Imperium penes ſolum Principem ſit. 1. 3. 10

B.

Balivi, ſive *Sculteti* officium, cum officio Comitis rerum privatarum comparatum. 1. 2. 14
Balivi & Sculteti differentia. 1. 2. 16
Balivi qui ſint, eorumque officium. 2. 1. 3.
Banniti judicio experiri vetantur. 1. 10. 13.
Conveniri non poſſunt. 1. 11. 2
Barones Imperii an vi juriſdictionis territorialis in territorio ſuo Repreſſalias concedere poſſint? Affirm. 1. 11. 22.
Bartoli opinio refutata 2 13. 33
Blanckhemius. *Ioannes Blanckhemius*, Balivus Hagienſis, propter delictum minus qualificatum, ad ordinarium proceſſum, & defenſionem ſuam ex carcere faciendam admiſſus. 2. 13. 5
Bona. *Bonorum* annotatio an & quando locum habeat. 2. 6. 12
Brieven van Marque. 1. 11. 15

C.

Cadaver, ſive mortui debitoris corpus, arreſtari non poteſt. 1. 15. 30.
Cadavera punitorum an & quando ſepeliri permittantur. 2. 15. 7
Anatomiæ exercitio tradenda. 2. 15. 8
Campanæ decretum in quibus cauſis & adverſus quos locum habeat. 1. 23. 3. & 16
Cancellarii Judicum, Adſeſſores, & Domeſtici olim qui nunc Secretarii, aut Graphiarii. 1 8. 3
Eorum officium in quo conſiſtat. 1. 8. 4
Pleniſſima fides eorum ſcriptis adhibenda. 1. 8. 5
Neutri litigantium conſulere aut ſecreta manifeſtare debent. 1. 8. 6
Peritia & ſcientia Juris in iis neceſſaria. 1. 8. 7
An & quatenus ex imperitia teneantur. 1. 8. 8
Quale eorum munus, & quid iis incumbat in Hollandiæ Curia, remiſſive. 1. 8. 10
Capti intra 24 horas recognoſcendi. 2 4. 14
Captus ſi evaſerit an & quatenus teneantur Commentarienſes. 2. 4. 18
Injuſte & indebite *Captum* impune è manibus officialium eripere licet. 2. 5. 16
Captura quid ſit, ejuſque requiſita. 2. 4. 1
Antequam ad *Capturam* deveniatur, de delicto conſtare debet. 2. 4. 2
Inquiſitio ad *Capturam* locum non habet niſi in cauſis gravioribus. 2. 4. 4. & 11
Ad *Capturam* procedi non debet ſine prævio judicis mandato. 2. 4. 6. & 2. 5. 13
Niſi contra ſcurras, ganeones, tenebriones, & eos qui in flagranti delicto deprehenduntur. 2. 4. 7. & 8
Statuta & Conſtitutiones circa *Capturam* reorum. 2. 4. 9
Officialium exceſſus circa *capturam* an & quomodo puniendi. 2. 4. 10
Privilegia & Conſtitutiones pro *Captura* immunitate ſub cautione fidejuſſoria quomodo procedant. 2. 4. 13
Carcer. *Carceres* privati omni jure ſunt prohibiti. 2. 4. 15
In parentibus & ſenioribus propinquis an & quatenus permiſſi. 2. 4. 16
Carcerum effractores eiſque opem & auxilium præſtantes ut evadant, an & qua pœna puniendi. 2. 5. 18
Quid moribus obtineat. 2. 5. 19
In furibus & aliis humilioribus. 2. 3. 20
Innocentes impune dimittuntur. 2 5. 21
Causæ Eccleſiaſticæ. Vide *Eccleſiaſtica cauſa*.
Feudales. Vide *Feudales cauſa*.
Fiſcales Vide *Fiſcales cauſa*.
Cauſa an & quatenus continuari intelligatur, ſi neuter partium die ſerviente comparuerit, & quid à parte actoris aut rei poſtea ſit faciendum. 1. 25. 13
In quibus *Cauſis* per verba perorando ſummarie procedatur, & in quibus ad ſcripti formam proceſſus dirigatur. 1. 28. 1. & 2
In perorandis *Cauſis* qualis ſit ordo ſervandus. 1. 28. 9
In facto omnes *cauſa* peraguntur per petitionem, defenſionem, replicationem, & duplicationem, ſuis mediis & rationibus munitas, vulgo eys / antwoord / replijcq / ende duplijcq. 1. 28. 4. & 13
Cauſa criminales. Vide *criminales cauſa*.
Cautio. *Cautio* de litis expenſis, & domicilii citandi electio, quo caſu obtineat. 1. 25. 3
Censura Eccleſiaſtica. Vide *Eccleſiaſtica cauſa*.
Cessio, *Ceſſionis* beneficium quid, & cujus ſit effectus, & qui bonis cedere poſſint, vel non, remiſſive. 1. 33 26
Christinæus perperam ab Anton. Perezio reprehenſus 1. 13. 19
Notatus. 1. 14. 11
Citatio in jus quid & quotuplex. 1. 23. 1
Verbalis quomodo facienda. 1. 23. 2
In quibus *Citationibus* Campanæ decretum locum habeat. 1. 23. 3
Citatio realis quæ. 1. 23. 4
Alia dilatoria, alia peremptoria. 1. 23. 5
Citatio per quem facienda in ſuperioribus & inferioribus tribunalibus. 1. 23. 6
Citationis ſolennitas & forma, an & ipſam cauſam & libelli formam continere debeat. 1. 23. 7
Citatio peremptoria quæ ſit, & quo temporis intervallo fieri debeat. 1. 23. 8
Citatio quomodo facienda. 1. 23. 10
Citationis factæ relatio quid continere debeat, & cujus ſit fidei. 1. 23. 11
Cum ipſa *Citatione* inſtrumentorum copia tradenda ad fiduciariam proviſionem. 1. 23. 12
Citatio Arreſti perſonalis quomodo facienda. 1. 23. 13
Realis quomodo. 1. 23. 14
Arreſti *Citatio* adverſus abſentem quomodo fiat. 1. 23. 15
Adverſus incertos. 1. 23 16
Citatio Edictalis quæ ſit, remiſſive. 1. 23. 17
Citationis effectus quis & qualis ſit, & an faciat litiſpendentiam. 1. 23. 19
Citatus coram judice non competente an comparere teneatur. 1. 23. 20
Quando non eſt neceſſe ut compareat. 1. 25. 1
Citatio in perſonam non niſi conſulto judice, & ex precedenti informatione decernenda. 2. 6. 2
Quomodo intentanda in minoribus delictis. 2. 6. 3

In

In gravioribus, per publicas proclamationes. 2 6. 4
Publicæ *Citationis* ſolennia & requiſita quæ ſint. 2. 6. 5. & 7
Citatio unica utrum pro omnibus ſufficiat, qua reus primo, ſecundo, aut tertio comparere monetur, utrum vero elapſo uno quoque termino ſit repetenda. 2. 6. 7
Edictalis *Citationis* praxis & formula. 2. 6. 8
Utriuſque & perſonalis & edictalis *Citationis* formula ſolennis. 2. 6. 9
Edictalis *Citationis* copia reo tranſmittenda. 2. 6. 10
Citatus ipſe comparere tenetur, neque per Procuratorem ſe defendere permittitur, niſi præſens ſit, niſi ad hoc ut abſentiæ cauſam alleget 2. 6. 11
CIVES ſinguli an & quatenus pro civitatis ſive Univerſitatis debito conveniri poſſint, & reſpondere teneantur. 1. 11. 11
Cives Concivem ſuum tam intra, quam extra territorium ſuum arreſtare prohibetur. 1. 15. 16
CIVITATES liberæ an in territorio ſuo Repreſſalias concedere poſſint. 1. 11. 23.
CLARIGATIO quid. 1. 11. 15.
CLARISSIMI ubi conveniendi. 1. 13 1.
Clariſſimi qui dicantur, & quomodo ab Illuſtribus & Spectabilibus diſtinguendi. 1. 13. 2
CLAUSULA ſuſpenſiva quid, & quatenus concedatur. 1. 21. 25. & 1. 22. 12
Inhibitionis quæ & qualis apud nos 1. 22. 7
Clauſula, gratiam rigori juris præferentes, expreſſa ſanctione abrogata. 2. 14. 8
Clauſula Reſtitutionis adverſus fatalia appellationum prætèrlapſa. 1. 22. 10
Compulſorialis quæ, ejuſque forma. 1. 22. 11
Clauſula Reſtitutionis mandato inſerta. 1. 22. 45
Clauſula ſalutaris in libello quid, ejuſque vis & efficacia. 1. 24. 4
COLLEGIUM Politico-Juridicum, vulgo die van de Gerechte / eorumque officium. 1. 2. 11
Collegium Senatus Deputatorum Hollandiæ Ordinum, Gecommitteerde Raden / ejuſque officium. 1. 2. 29
Collegium Septemvirale rei maritimæ, vulgo het Collegie van de Admiraliteit / ejuſque officium. 1. 2. 31
Collegiis illicitis jus & juſtitia denegatur. 1. 10. 15.
COMES Orientis quis, ejuſque officium. 1. 2 6.
COMITES an & quatenus ordinario judici in cauſis communibus ſubjecti, nunc & olim in Hollandia. 1. 1. 3.
Comitum bona ac patrimonium à perſonis ſuis quoad juriſdictionem communem ſeparata. 1. 1. 4
Comites Imperii an irrequiſito Imperatore in territorio ſuo vi juriſdictionis territorialis Repreſſalias concedere poſſint? *Affirm.* 1. 11. 22
Comites rei militaris qui, eorumque officium. 1. 2. 32
COMMENTARIENSES qui, eorundem officium, & quid præſtare debeant. 2. 4. 17.
An & quatenus pro facto miniſtrorum ſuorum teneantur. 2. 4. 19
COMMUNI DIVIDUNDO. Si inter plures de *Communi dividundo* agatur, omnes coram eodem judice conveniri poſſunt. 1. 14. 6
COMPLAINCTE quid & in quibus locum habeat. 1. 21. 11
An & in quibus à Spolio differat. 1. 21. 12
COMPROMISSUM. In *Compromittendi* modo, an & in quibus differant. Clauſulæ illæ, naar ſcherpheyt / & naar regt / reden ende billigheyt. 1. 17. 5
De qua re *Compromitti* poſſit, ne una, pluribus, aut omnibus. 1. 17. 11
Compromiſſum quando & quomodo finiatur. 1. 17. 14
CONDEMNATIO in voluntariam ceſſionem lata, vulgo willige condemnatie / nullam admittit appellationem. 1. 29. 4
Condemnatio capitalis reo tempeſtive denuncianda, ad minimum 24 horis, alii biduo aut triduo. 2. 16. 10
CONDEMNATUS an fiat infamis. 2. 15. 10
CONFESSIO adverſarii an & quatenus. 1. 29. 24
Extrajudicialis an & quatenus. 1. 29. 25.
Confeſſio qualificata an & quatenus poſſit dividi. 1. 29. 26
An ſola libera *Confeſſio* ſufficiat ad condemnandum? Neg. per exempla 2. 7. 20
Extraordinarie ad delinquentis propriam *Confeſſionem* inquirendo procedendum, & quare, & quid noſtris & aliorum moribus. 2. 8. 1
Confeſſio per quæſtiones, vulgo hooren op articulen, & quis ſit ejus effectus. 2. 8. 2
Confeſſio poſt torturæ cruciatum repeti & ratificari debet. 2. 9. 1
Si quis in *Confeſſione* ſua ſocios criminis nominaverit, an ſufficiens indicium ſit ad torturam illi ſocio imponendam varie diſputatur. 2 9. 2
Confeſſio qualificata & legitima eſſe debet, ut quis ex ea condemnetur. 2 12. 2
Confeſſio qualificata an poſſit dividi ſecundum varias DD. opiniones, ventilatur. 2 12 5
In dubio ab ordinaria pœna liberat. 2. 12. 6
Confeſſio extrajudicialis an & quatenus probet, & quæ pro ea reputetur. 2. 12. 8
An & quatenus revocari poſſit. 2. 12 9
Confeſſio tormentis extorta an & quatenus revocari poſſit. 2. 12. 10.
Confeſſio in dubio pro reo interpretanda. 2. 12. 11
Confeſſio ſub ſpe & promiſſione impunitatis data revocari poteſt. 2. 12. 12
Revocari poteſt etiam non docto errore. 2. 12. 14
Confeſſionem eliciendi modus per impunitatis promiſſionem ſublatus & quare. 2. 11. 15
Confeſſione deficiente vel revocata, utrum reus abſolvi, vel condemnari poſſit, diſtinguendo reſolvitur. 2. 13. 4
Per exempla diverſimode elucidata. 2. 13. 5 & 6
CONFESSUS an & quando pro convicto habendus & condemnandus 2 12 1
Reus *confeſſus* ad innocentiæ defenſionem & excuſationem admittendus. 2. 12. 3
CONFISCATIO bonorum an & quando locum habeat. 2. 15. 5
An & qua ſumma & à quibus Hollandiæ civitatibus redimi poſſit ſecundum varia earundem privilegia. 2. 15. 6
CONFRONTATIO conſociorum criminis an & quando neceſſaria. 2. 9. 5
CONJUGUM alter an, & quatenus pro alterius debitis teneatur moribus, & quid de mulctis & confiſcatione bonorum. 1. 11. 7
CONSANGUINEI an & quatenus alios conſanguineos ſuos in judicio defendere poſſint. 1 6. 6
CONSOCIORUM criminis confrontatio an & quando neceſſaria. 2. 9. 5. Vide *Socii*.
CONSORTES ejuſdem litis an & quatenus pro conſortibus agere poſſint. 1. 6 7
An ratione ſocietatis arreſtare poſſint? Affirm. dummodo de rato caverint. 1. 15. 7
CONSTITUTIO Theodorici Gothi Romanor. Regis de Pignorationibus, ſive Repreſſaliis. 1. 11 18
Regis Ferdinandi de non faciendis Repreſſaliis in regno Neapolitano. 1. 11. 18
Conſtitutiones criminales, quibus ipſi judices in judicando, legibus, conſtitutionibus & Juri ſcripto arctiſſime ſunt adſtricti. 2. 14. 7
Conſtitutiones circa capturam reorum. 2. 4. 9
CONSULARIS poteſtas, quæ & qualis ſit. 1. 2. 9.
CONSULTATIONIBUS & præjudiciis Advocatorum ne aliqua ſit auctoritas, ſummo jure in ſuperioribus Curiis introductum eſt. 1. 29 6
CONTINENTIA. *Continentia* & *Connexitatis* cauſæ ratione quinam coram eodem Judice conveniri poſſint. 1. 14. 5. & ſeqq
CONTRAINTERROGATORIA quæ. 1. 28. 17.

Contumacia quid ſit. 1. 25. 4
Contumacia requiſita quæ ſint, & quomodo *Contumacia* cauſi procedatur. 1. 25. 5
Contumacia effectus. 1. 25. 6
Contumacia purgatio an & quando admittatur cum, aut ſine effectu. 1. 25. 7
Quibus caſibus primum aut ſecundum *Contumacia* decretum ſit peremptorium. 1. 25. 9
Quomodo propter tertiam *Contumaciam* judex cognoſcere & pronunciare debeat 1. 25. 10
Contumacia Actoris pœna quæ, & quomodo adverſus eum procedendum. 1. 25. 11
Contumacia pœnæ quæ ſint, in reliquis poſt concluſionem terminis commiſſæ, tam à parte actoris, quam à parte rei. 1. 25. 12
Contumacia quando committitur, quomodo decernenda, & quis ſit ejus effectus 2. 6. 13
Conveniri qui & quando poſſint, remiſſive. 1. 11. 2
An & in quibus Reus ab Actore, priuſquam *conveniatur*, ut ſolvat quod petitur, moneri debeat. 1. 11. 3
Ante diem aut conditionis eventum an & quando reus *conveniri* poſſit 1. 11. 4
Alius *conveniri* non poteſt pro alterius debito. 1. 11. 5
Fallit in marito & uxore. 1. 11. 6
An & quatenus alter conjugum pro alterius debitis *conveniri* poſſit moribus, & quid de mulctis pecuniariis, & confiſcatione bonorum. 1. 11. 7
Pater pro filio, aut filius pro patre, an & quatenus. 1. 11. 8
Tutores & curatores minorum quatenus. 1. 11. 9
Heredes & ſucceſſores bonorum pro defuncto quatenus. *ibid.*
Alius etiam pro alio, cujus rem poſſidet aut detinet, per arreſtum *conveniri* poteſt. 1. 11. 10
Cives ſinguli an & quatenus pro civitatis ſive univerſitatis debito *conveniri* poſſint. 1. 11. 11
Pro erogandis tributis provincialibus ſingulorum perſonæ *conveniri*, & eorum bona in ſolidum apud nos exequi poſſunt. 1. 11. 12
Si duo aut plura domicilia in diverſis locis quis habeat, ubi *conveniri* debeat. 1. 12. 5
Si quis certo loco quid dare promiſit, ubi *conveniendus*. 1. 16. 7
Conventus an & quando cavere debeat de judicio ſiſti. 1. 25. 2
Copia articulorum & reſponſionum, an & quando examinando reo concedatur. 2. 8. 6
Copia Indiciorum, ſuper quibus tortura fundanda, reo concedendi. 2. 8. 16. & 2. 10. 8
Correctie quid, quando, & in quibus cauſis locum habeat. 1. 8. 12
Crimen. De *crimine* qui accuſare poſſint aut debeant. 2. 1. 2
Criminis inſcriptio apud nos non habet locum. 2. 1. 3
In Germania quid moris ſit. 2. 1. 4
Crimen læſæ Majeſtatis. In *Crimine* læſæ Majeſtatis, minima ejuſdem criminis perpetrandi cognitio non revelata, imo nuda perpetrandi voluntas, ordinaria legis pœna coërcetur. 2. 13. 25
In *Crimine* raptus nudus conatus pro ipſo facto plectitur. 2. 13. 26
Criminis ſocii. Vide *Socii*.
In *Crimen* quomodo inquiri debeat. 2. 4. 2
Criminale judicium quid ſit, ejuſque pœna alia pecuniaria, alia corporis afflictiva. 2. 3. 1
Criminalis pœna in quibus à rei perſecutoria differat. 2. 3. 2
Criminale judicium quomodo adverſus præſentem vel abſentem perſequendum, ordinarie, vel extraordinarie. 2. 3. 3
In *Criminalibus* an appellari poſſit. 2. 17. 3. Vide *Appellatio*.
Criminales cauſæ. Qui ſint Judices in *Criminalibus* cauſis 2. 1. 7
Fori competentia in *Criminalibus* ad quem pertineat, & qua ratione fundetur. 2. 1. 8
Præventio an & quatenus in *Criminalibus* locum habeat. 2. 1. 9
In *Criminalibus* cauſis an Advocati & Procuratores admittantur. 2. 2. 2
Quid moribus ea de re receptum ſit. 2. 2. 3. & 6.
An in *Criminalibus*, quibus relegationis pœna impoſita eſt. 2. 2. 10
Criminalis Proceſſus. Vide *Proceſſus*.
Curatoribus quid incumbat circa defenſionem minorum. 1. 6. 2
Curatores minorum an & quatenus poſſint arreſtari. 1. 15. 14
Curatores minorum an & quatenus pro iis conveniri poſſint. 1. 11. 9
Curia Provincialis & ſuprema Hollandiæ quale privilegium habeant, remiſſive. 1. 18. 5
Curia Provincialis Hollandiæ, ejuſque officium & juriſdictio, quando & ubi primo inſtituta. 1. 2. 19
A *Curia* ſuprema appellatum, ubi, quando, & à quo inſtitutum, ubi de remiſſione remiſſive. 1. 2. 20
Prætorii Præfecturæ apud Romanos æquiparatur. 1. 2. 21
Curia Ultrajectinæ Senatus. 1. 2. 23
Curia Provincialis Hollandiæ Juriſdictio in quibus ſit fundata. 1. 19. 2
Supremæ *Curia* in quibus. 1. 19. 23. Vide *Juriſdictio Provincialis Hollandiæ Curia*.
Currus. ſi damnum ex duorum *Curruum* concurſu per imprudentiam aurigæ factum, quid juris. 2. 13. 18

D.

Debat / contradebat / ſolutien / ſuperſolutien. 1. 28. 14
Debitor. Plures *debendi* rei, qui in diverſis civitatibus degunt, in prima inſtantia, ad ſuperiorem Provinciæ Curiam, cui immediate ſubſunt, omnes ſimul ſecundum praxin vocantur. 1. 14. 8
Idem in actionibus realibus circa diverſa bona diverſis juriſdictionibus ſubjecta obtinet, aut ſi plures perſonæ una reali actione teneantur. 1. 14. 9
Debitor debitoris an & quando arreſtari poſſit. 1. 15. 18
Deductio cauſæ, vulgo Deductie ofte advertiſſement van Regten. 1. 28. 7. & 15
Defendere alios ex neceſſitate quinam teneantur, & quid Tutoribus & Curatoribus circa defenſionem minorum incumbat. 1. 6. 2
Conjunctæ perſonæ, & conſanguinei, an & quando alios conſanguineos in judicio abſque mandato *defendere* poſſint. 1. 6. 6
Uxor an & quando maritum. 1. 6. 7
Conſortes ejuſdem litis an & quatenus conſortes ſuos *defendere* teneantur. *ibid.*
Ex voluntate qui alios ſub cautione de rato *defendere* poſſint. *ibid.*
Defendere emptores ſuos evictionis nomine, an & quatenus teneantur venditores. 1. 6. 5
Defendere Univerſitatem, cui præpoſitus eſt, quatenus quis teneatur. 1. 6. 8
Defenſio per Advocatum aut Procuratorem reo non eſt deneganda. 2. 2. 4
Quid moribus ea de re ſit receptum. 2. 2. 6
Etiam pro abſente, abſentiæ excuſatio, & innocentiæ *defenſio* quæ aut qualis admittenda. 2. 2. 7
Nuda tantum *defenſio* verbotenus facienda abſque figura proceſſus. 2. 2. 8

Niſi

Niſi in cauſis, in quibus ordinarie proceditur, & pecuniariis, aliiſve, quibus nulla imponitur pœna corporis afflictiva. 2. 2. 9
An idem obtineat in criminibus, quibus relegationis pœna eſt impoſita. 2. 2. 10
DEFENSIO. Alios injuſte offenſos & in periculo conſtitutos impune *defendere* licet uſque ad internecionem cum moderamine inculpatæ tutelæ intervenientem. 2. 5. 4.
Ad alterius *defenſionem* nemo conſtringitur. 2. 5. 5
Quid moribus noſtris. 2. 5. 6
DEFENSORES qui appellentur. 1. 5. 1. & 1. 6. 1.
DEFINITIVA ſententia. Vide *Sententia* quid ſit, &c.
DELICTA. *Delictorum* inquiſitio alia generalis, alia ſpecialis. 2. 4. 3
Delictum caſu plane fortuito & inevitabili commiſſum nulla pœna puniri poteſt. 2. 13. 9
Niſi culpa committentis caſui cauſam dederit. 2. 13. 11
Propter imperitiæ & imprudentiæ culpam an & quæ pœna locum habeat. 2. 13. 12
An & quatenus ad pœnam corporis afflictivam extendi poſſit. 2. 13. 13
DELINQUENTIUM tranſmiſſio an & quatenus obtineat noſtris & aliorum moribus. 2. 1. 10
DEPORTATI judicio experiri vetantur. 1. 10. 13
Conveniri non poſſunt. 1. 11. 2
DIFFAMARE quid. 1. 10. 20
DOCTORUM communis opinio, circa ea quæ certi juris eſſe profitentur, an & cujus ſit auctoritatis. 1. 29. 6
DOLUS. *Doli* mali & metus exceptio quæ ſit. 1. 26. 12
DOMESTICI qui, eorumque officium. 1. 8. 3
DOMICILIUM. Ubi quis *domicilium* habere intelligatur, & ſi duo aut plura *domicilia* in diverſis locis habeat, ubi conveniri debeat. 1. 12. 5
An & quando quis *domicilio* ſuo renunciaſſe dicatur. 1. 12. 6.
DUCES Imperii an irrequiſito Imperatore in territorio ſuo vi juriſdictionis territorialis Repreſſalias concedere poſſint. Affirm. 1. 11. 22
DUPLICATIO rei contra replicationem actoris. 1. 27. 8

E.

EBRIETAS profunda an excuſet, remiſſive. 2. 18. 13
ECCLESIASTICÆ Cauſæ pertinent ad forum Eccleſiaſticum ſive Spirituale. 1. 14. 13
Quod quatenus moribus ſervetur: In Gallia, Germania, & Belgii locis Pontificiæ religioni addictis. 1. 14. 14
In Helvetia. 1. 14. 15
In Anglia. 1. 14. 16
In Belgio reformato, an & quis ſit Eccleſiaſticus ordo. 1. 14. 17
Quid ab Hollandiæ Ordd. circa hoc cautum. *ibid.*
Eccleſiaſtica Cenſura quæ & qualis ſit ibidem. 1. 14. 18
EDICTUM unum pro omnibus quomodo interponatur; an una vice interponi, an vero toties repeti debeat, varie diſceptatur. & quid moribus. 2. 6. 7
Edictalis citationis praxis & formula. 2. 6. 8. Vide *Citatio.*
EDICTI peremptorii effectus quis. 1. 25. 8
ELECTORES Germaniæ an & quatenus ordinario judici in cauſis communibus ſubjecti. 1. 1. 3
Ἐγχειρισμός quid. 1. 11. 15
Enqueſte Valetudinair. 1. 28. 19
EVICTIONIS inſtituendæ forma, & an & quatenus ab indemnitatis actione differat. 1. 21. 9
EVOCATIONI ad Judicem ſuperiorem quando locus ſit. 1. 21. 33
Evocationis mandatum quid, quando & quomodo concedatur. 1. 22. 23
Jus de non *evocando* cauſis quid & quale ſit. Ubi de privilegio fori Leydenſ. & Roterodam. 2. 1. 11
EXCEPTIO quid. 1. 26. 1
Alia dilatoria, alia peremptoria. 1. 26. 2
Dilatoria iterum alia declinatoria; alia dilatoria proprie dicta. 1. 26. 3
Declinatoria *Exceptio* quæ ſit, & ex quibus cauſis competat. 1. 26. 4
Exceptio Litiſpendentiæ quando locum habeat adverſus actorem & reum. 1. 26. 6
Exceptio proprie dicta quæ ſit. 1. 26. 7
Exceptio dilatoria ex termino nimis anguſto quæ ſit & qualis moribus noſtris, & quibus caſibus locum habeat vel non. 1. 26. 8
Exceptio mandati exhibendi, qualitatis docendæ, cautionis pro ſumptuum condemnatione, & domicilii conſtituendi. 1. 26. 10
Exceptiones peremptoriæ quæ ſint. 1. 26. 11
Exceptio doli mali & metus quæ ſit. 1. 26. 12
Exceptio jurisjurandi quando competat. 1. 26. 13
Exceptio rei judicatæ quæ ſit. 1. 26. 14
Exceptiones temporales, quas Præſcriptiones vocant, quæ ſint. 1. 26. 17
Exceptio Litigioſi quæ. 1. 26. 16
Exceptio de calculi errore quæ ſit, & quando locum habeat. 1. 26. 16
Exceptionum peremptoriarum ſpecies enumeratæ. 1. 26. 18
Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam, peremptoria etiam poſt litem conteſtatam proponenda, neque omnes ſimul, ſed quaſcunque proponendæ. 1. 26. 19
Exceptiones quando & quomodo moribus noſtris proponantur. 1. 26. 1
Quomodo in *Exceptionum* cauſis concludendum. 1. 26. 22
Exceptiones fiduciariam proviſionem, vulgo Proviſie van Namptiſſement / impedientes, quæ itidem aliæ ſunt dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, quæ & quales ſint. 1. 26. 23
Exceptiones contra perſonas & dicta teſtium reus opponere poteſt, ſi quas habeat, & ex quibus cauſis proveniant. 2. 7. 3
EXCOMMUNICATI an & quatenus judicio experiri poſſint. 1. 10. 14
EXECUTIO quomodo dirigatur in condemnati perſonam deficientibus bonis. 1. 33. 25
Quomodo per *Executionem* procedendum adverſus eos, qui alieno nomine damnati ſunt, veluti ſunt Tutores, Procuratores, Inſtitores, Fidejuſſores. 1. 33. 27
Actiones mixtæ utrum perſonali, an reali *executione* perſequendæ. 1. 33. 29
Executio actionum in factum quomodo fiat. 1. 33. 30
Executionis terminus ſive dilatio, an & quæ ſit concedenda, vulgo atterminatie. 1. 33. 4. & 6.
Executionis ordo ac modus quis aut qualis ſit. 1. 33. 18
Quis aut qualis in perſonali actione. 1. 33. 12
In juribus & actionibus. 1. 33. 24
In realibus cauſis quis. 1. 33. 28.
Contra *Executionem* à quo & quomodo opponendum. 1. 33. 14
Quomodo adverſus *executionem* ſententiæ ab alio judice latæ opponendum. & ad cujus judicis notionem pertineat eadem oppoſitio. 1. 33. 15
Executioni mandari non poteſt res aliena. & quid de rebus obæratis in alium per tranſportum tranſlatis. 1. 33. 17
Executionis nexui quæ mobilia eximantur. 1. 33. 18
Ad *Executionem* immobilium quomodo procedatur. 1. 33. 19
Contra *executionem* immobilium quomodo inſtituenda oppoſitio 1. 33. 19
Ad *executionem* immobilium quomodo procedatur *ibid.*

Contra eorundem *executionem* quomodo oppoſitio inſtituenda 1. 33. 21
Parata *Executio* nulla præcedente condemnatione exequenda in quibus cauſis & cui competat. 1. 33. 32
Executio ſententiæ criminalis quo tempore facienda, & an tempus aliquod intercedere debeat, 2. 16. 1. *& ſeqq.*
Executiones ultimi ſupplicii non differri communiter eſt receptum 2. 16 4
Quando fallat 2. 16. 5
In homicidio à pluribus commiſſo. 2. 16. 6
Propter metum potentiæ reorum, & tumultus, aliquando in aliud tempus differuntur, aut accelerantur. 2. 16. 7
In muliere prægnante 2. 16. 8
Executionis faciendæ ſolemnia, de campanæ ſonitu, & bacillo Prætoris. 2 16 11
An ei judices præſentes eſſe debeant. 2. 16. 12
An ſi executor in amputationis actu officio ſuo haud feliciter fungatur, aut in laquei ſupplicio, quis reſte aut laqueo fracto in terram ceciderit, *Executio* repeti, ac reus liberari poſſit. 2. 16. 13
Executoria mandata quæ ſint. 1, 33. 8
Exequendæ rei judicatæ modus quis ſit & qualis 1, 33. 7
Exemptio. Si quis ſeipſum è manibus familiæ *exemerit*, an propterea puniatur. Neg. 2. 5. 10
Quid ſi de facto, armata manu, & aliorum auxilio, an & quatenus puniatur, 2 5. 11
Qui alium e manibus familiæ *exemerit*, an & quatenus teneatur, ſi nulla vi intercedente factum ſit. 2. 5. 14
Quid ſi violenta manu cum Birroariorum ac Satellitum percuſſione, aut vulneratione. 2. 5. 15
Injuſte & indebite captum impune è manibus Officialium *eximere* licet. 2. 5. 16
Exodi 21. verſ. 12. 14. interpretatio. 2. 13 35
Expensæ. *Expenſas* in petitione omiſſas an judex ſupplere poſſit. 1. 31 13
Quæ ſint juſtæ cauſæ, propter quas victus à condemnatione *Expenſarum* excuſetur. 1. 31. 14
Eys, antwoord, replijcq, ende duplijcq. 1. 28. 4. & 13
Eys met middelen. 1. 28, 13.

F.

Factorii an & quatenus poſſint arreſtari 1. 15. 13
Falsi Criminis pœna quæ. 2. 13 27
Falſæ monetæ fabricatores qua pœna puniendi. *ibid.*
Famæ exiſtimatio an & quatenus injuriarum damnatis reſervari ſoleat. 1 4 10
Familia. Familiæ erciſcundæ judicio ſi inter plures agatur, omnes coram eodem judice conveniri poſſunt. 1. 14 6
Ferdinandi Regis Conſtitutio de non faciendo Repreſſaliis in regno Neapolitano. 1. 11. 19
Feriæ quæ ſint. 1. 26 9
Feudi Dominus an ſine venia agere coram judice non poſſit. 1. 10. 17
Feudorum judices legitimi qui ſint noſtris & aliorum moribus, remiſſive. 1. 18. 2
Res mere *Feudales* ſpectant ad judicium feudale. 1. 14. 19
Quomodo procedatur in cauſis *Feudalibus* in Hollandia. 1. 14. 20
In Gelria. 1. 14 21
In Gallia. 1. 14 22
In Provinciis Electoratus Saxonici. 1. 14. 23
Fidejussoras an & quatenus poſſint arreſtari. 1. 15. 10
Adverſus *Fidejuſſores*, qui alieno nomine obligati ſunt, quomodo per executionem procedendum. 1. 33. 27
Fidejuſſio pro liberando, vel relaxando cadavere, à creditore arreſtato, ipſo jure nulla eſt. 1. 15. 30
Fiduciariæ proviſiones, vulgo Provisien van Namptiſſement / non contra, ſed ſecundum jus ſcriptum introductæ. 1. 24. 8
Finis. Si inter plures *Finium regundorum* judicio agatur, omnes coram eodem judice conveniri poſſunt. 1. 14. 6
Fiscalis Cauſæ pecuniariæ ad quem pertineant. 1 14. 12.
Criminales ad quem, & quid hac in parte moribus ſit receptum. *ibid.*
Fisci Advocati. Vide *Advocati Fiſci*.
Fiſci Procuratores qui ſint, eorumque officium 2. 1. 6
Flumen. *Fluminum* cauſæ ad quos pertineant, & quomodo in earundem executione procedatur. 1. 33. 35
Forum mixtum quid ſit. 1. 19 1
Forum privilegiatum quid. 1. 18. 1
Quale *forum* privilegiatum habeat dominus feudi, & qui ſint feudorum judices legitimi, noſtris & aliorum moribus, remiſſive. 1. 18. 2
Quod & quale *fori* privilegium habeant Provincialis & ſuprema Hollandiæ Curia, remiſſive. 1. 18, 5
Quod & quale pleræque Gelriæ civitates. 1. 18 6
Forum competens quid, & quot modis dicatur. 1. 12. 3
Ratione perſonæ conſideratur, vel ex cauſa domicilii, quæ prima & præcipua competentiæ cauſa eſt, vel ex cauſa conditione ejus, & privilegio. 1. 12. 4
Forum privilegiatum quænam perſonæ ratione conditionis habeant. 1. 13. 1. *& ſeqq.*
Forum Senatorum & Clariſſimorum. 1. 13. 1. & 5
Advocatorum & Procuratorum. 1. 13 5
Nobilium, & reliquorum Hollandiæ Comitatus domeſticorum. 1. 13. 6
Rectoris & Profeſſorum Academiæ Lugduno-Batavæ. 1. 13 7
Milites ubi conveniantur, & in quibus cauſis *Fori* privilegio utantur. 1. 13. 8
Studioſi ubi conveniendi, ubi de privilegio *Fori* Studioſorum Academiæ Lugduno-Batavæ. 1. 13. 9. & 1. 18. 3
An & quatenus ab eo renunciari poſſit. 1. 18. 4
Pupilli, Viduæ, Pauperes, & reliquæ miſerabiles perſonæ quonam *Fori* privilegio gaudeant. 1. 13. 10. *& ſeqq.*
Quid & quale ſit *Forum* ſeptemvirale rei maritimæ, het Collegie van de Admiraliteyt. 1. 14. 25
Fori competentia in criminalibus cauſis ad quem pertineat, & qua ratione fundetur. 2. 1. 8
Forum competens quomodo dicatur ratione conſenſus. ubi de Arbitris. 1. 17. 1
Forum competens ratione cauſæ, ſive litis motæ. 1. 14. 1
Forum competens ratione exiſtentiæ perſonæ, vel rei, ubi de Arreſtis. 1. 15. 1
Forum competens ratione obligationis. ubi de prorogatione juriſdictionis. 1. 16. 1
Forum quodnam is ſortiatur, qui certo loco quid dare promiſit. 1. 16 7
Friderici II. Imp. reſcriptum de Repreſſaliis in Imperio Germanico. 1. 11. 21
Fructus. *Fructuum* aliarumque acceſſionum rationem habere quando & quatenus debeat judex. 1. 31. 15
Fuga & abſentia delicti perpetrati indicium facit, & ſufficit ad citationem in perſonam. 2. 6. 1
Furiosi an & quatenus excuſentur. 2. 18. 11.

G.

Gelriæ ſupremum tribunal, ejuſque juriſdictio. 1. 2. 24.
A quibus *Gelriæ* judicibus, & quando appellandum, vel non. *ibid.*
Gladii nomen tanquam inſigne rerum capitalium judicii, quodvis extremum ſupplicium denotat. 1. 3. 13
Goudanæ civitati pro privilegio indultum, ut in cauſis gravioribus Scabinos Leidenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur. 1. 14. 10
Goylandiæ incolis idem privilegium indultum. *ibid.*

GRAPHIARII iidem qui Secretarii. 1. 8. 3. Vide *Secretarii*.
GRIETMANNI in Friſia qui, eorumque officium. 1. 2. 26. 28. & 33
GROENEWIGEN notatus. 1. 3. 11.

H.

HÆRETICI an & quatenus judicio experiri poſſint. 1. 10. 14
Conveniri non poſſunt. 1. 11. 2
HEREDES & ſucceſſores bonorum an & quatenus pro defuncto conveniri poſſint. 1. 11. 9
Heres an pro defuncti debito arreſtari poſſit. 1. 15. 12
HOLLANDIÆ minoribus civitatibus pro privilegio indultum, ut in cauſis gravioribus Scabinos Leidenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur. 2. 14. 10
HOMICIDIUM cum moderamine inculpatæ tutelæ perpetratum, non puniendum. 2. 12. 5
Homicidii neceſſarii, voluntarii, fortuiti, caſualis, & moderaminis inculpatæ tutelæ diſtinctio. 2. 13. 14
HOVETMANNORUM Camera in Groningia & Omlandia, ejuſque juriſdictio. 1. 2. 22

I.

ILLUSTRIUM titulo qui decorentur. 1. 13. 3
IMMISSIO. In quibus & quomodo ſimplex tantum *Immiſſio* bonorum petenda. 1. 21. 16
IMMOBILIA. Pro exequendis *Immobilibus* quomodo procedatur. 1. 33. 19
Modus diſtrahendi *immobilia*. 1. 33. 20. & 22
IMPENSÆ aliæ neceſſariæ, aliæ utiles, aliæ voluptariæ quæ ſiat. 1. 22. 52
Quæ & qualea redhibitoria actione deduci poſſint, & an ea de re differentia ſit inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem, & quid moribus. 1. 22. 53
Quæ *Impenſa* à proprietario & quæ ab Uſufructuario præſtari debeant. 1. 22. 55
IMPERIUM quid. 1. 3. 1
Imperium & Juriſdictio an & in quibus differant, & an alteri mandari *Imperium* aut Juriſdictio poſſit. 1. 3. 4
Merum *Imperium* quibus competat. 1. 3. 9
An ſoli Principi proprio jure, an etiam Magiſtratui, cui hoc conceſſum eſt, ſuo jure competat, & an alteri iterum mandari poſſit; & quid moribus. 1. 3. 10
Quæſtio inter Azonem & Lotharium pro depoſiti equi ſponſione, an merum *Imperium* ſit penes ſolum Principem. *ibid.*
Meri *Imperii* inſignia quæ apud Romanos, & apud nos. 1. 3. 13
IMPUNITAS. Judex an *impunitatem* promittere poſſit, & ei ſtare teneatur. 2. 12. 13. Vide *Confeſſio ſub promiſſione impunitatis.*
INCARCERATIO non niſi in gravioribus cauſſis permiſſa. 2. 4. 11
INDEX articulorum & probationum, vulgo Inventaris van ſtukken. 1. 28. 15
INDICIUM quid. 2. 7. 13
Quæ & qualia *Indicia* præcedere debeant, ut torturæ locus ſit. 2. 8. 11. & 13
An unicum quandoque ſufficiat, veluti unius teſtis, extrajudicialis confeſſionis. 2. 8. 12
Varia *Indiciorum* genera & ſpecies enumerata. 2. 8. 13
Indiciorum copia, ſuper quibus tortura fundanda, reo tradenda. 2. 8. 16. & 2. 10. 8
INDUCIÆ Solutionum, vulgo Atterminatie / an & quales dandæ. 1. 27. 3. & 1. 33. 4. & 6
Non dantur niſi ſub conditione præſtandæ cautionis. 1. 31. 6
INDULGENTIA quæ ſit & quomodo à remiſſione differat. 2. 18. 4
INFAMES an & quatenus pro ſe in judicio agere poſſint. 1. 10. 18
INFAMIA quibus modis irrogetur. 1. 4. 4
Infamiæ effectus quis. 1. 4. 5
An recte dicatur alia facti, alia juris. 1. 4. 6
Alia ipſo facto, alia per ſententiam judicis contingit. 1. 4. 7.
Infamia quæ ex bonæ fidei actionibus, & famoſis judiciis irrogatur, veluti tutelæ, mandati, depoſiti, pro ſocio, omnibus non obtinet, nec à dignitatibus tales arcentur. 1. 4. 8. & 9
Infamia qui notentur. 2. 15. 10
INFORMATIO. Quomodo *informandum* adverſus eum qui ſuſpectus eſt de delicto occulte commiſſo. 2. 6. 6
INHIBITIO. Inhibitionis clauſula. 1. 22. 5
Inhibitionis clauſula quibus caſibus ad certum tantum diem reſtringatur, aut ſuſpendatur, adjecta clauſula, ut die ſerviente cauſa cognita concedatur, aut denegetur, vulgo om ontfangen te werden als appellant. 1. 22. 11. 12
Quæ & quot ſint limitationes, quibus *Inhibitio* denegari, aut ſuſpendi, aut ad certum tantum diem concedi ſolet. 1. 22. 13. 14
Inhibitio an & quando detur adverſus ſententiam interlocutoriam. 1. 22. 14
An adverſus ſententiam quæ de nullitate inſimulatur. 1. 22. 15
Quam ſummam excedere debeant Provincialis Hollandiæ Curiæ, Civitatum, & Pagorum ſententiæ, ut adverſus eas *Inhibitio* executionis concedatur. 1. 22. 16. 1. 32. 17
Inhibitio an adverſus Appellationes extrajudiciales locum habeat, & quid de Arbitrorum ſententiis. 1. 22. 17
An adverſus tertium pro ſuo intereſſe appellantem ſit neceſſaria. 1. 22. 18
An adverſus interdicta poſſeſſoria concedatur. 1. 22. 19
INJURIARUM damnatis an & quatenus famæ exiſtimatio reſervari ſoleat. 1. 4. 10
INQUIRI quomodo in crimen debeat, & quomodo de delicto conſtare debeat antequam ad capturam deveniatur. 2. 4. 2
Inquiſitio delictorum alia generalis, alia ſpecialis. 2. 4. 3
Inquiſitio ad capturam locum non habet niſi in cauſis gravioribus. 2. 4. 4. & 11
Formalia *Inquiſitionis*, quæ, aut qualia ſint. 2. 4. 5
Extraordinarie ad delinquentis propriam confeſſionem *inquirendo* procedendum, & quare, & quid noſtris & aliorum moribus. 2. 8. 1
Primo per quæſtiones, vulgo hooren op artickelen / & quis ſit ejus effectus. 2. 8. 2. Vide *Quæſtio* & *Tortura.*
Inquiſitionis modus per impunitatis promiſſionem ſublatus, & quare. 2. 12. 15
INSINUATIO. *Inſinuationis* clauſula quæ & qualis apud nos. 1. 22. 8
INSPECTIO ocularis an & quatenus probet. 1. 29. 27
INSTITORES an & quatenus poſſint arreſtari. 1. 15. 13
Adverſus *Inſtitores*, qui alieno nomine contemnati ſunt, quomodo per executionem procedendum. 1. 33. 27
INSTRUMENTA probatoria quæ ſint. 1. 29. 8
Alia publica, alia privata. 1. 29. 9
Inſtrumenta Notariorum cujus ſint auctoritatis. 1. 29. 10
In Gelria viciniſque regionibus omnia *Inſtrumenta* publica judicialia ſunt, & coram Magiſtratu loci ab actuario publico conficiuntur, qui propterea nihil Notarialibus noſtris *Inſtrumentis* deferunt, niſi à Magiſtratu loci legali atteſtatione ſint recognita. 1. 29. 11
Inſtrumenta ex longinquo allata, an & quatenus probent. 1. 29. 12

Inſtrumentum Obligationis ſive debiti confeſſionarii an & quatenus probet: & quid ſi caſu amiſſum. 1. 29. 13
Si ex falſis *Inſtrumentis* male fuerit judicatum, an & quando reſtitutioni ſit locus. 1. 31. 18
Quæ & qualia ſint publica *Inſtrumenta*, præter ea quæ à Notariis ſive Tabellionibus conficiuntur. aut eorundem jure veniunt, & cujus auctoritatis ſint illa *Inſtrumenta*, quæ à cujuslibet Collegiorum publicorum præpoſitis conficiuntur. 1. 29. 16
Inſtrumenta privata quæ ſint, & quomodo probent. 1. 29. 18
Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis quid. 1. 20. 9
Interdictum Salvianum quid. *ibid.*
Recuperandæ poſſeſſionis *Interdictum* quid. 1. 20. 11
Interdictum de novi operis nunciatione. 1. 22. 41
De damno infecto, & non offendendo. *ibid.*
Interdicta poſſeſſoria an & quatenus in uſu. 1. 21. 10
Sub practico nomine dicuntur *Complainctes, ſpolie, maintenue*, *ibid.* & 1. 22. 49. 50
Interlocutoria ſententia. Vide *Sententia quid ſit, &c.*
Interrogatoria quæ. 1. 28. 17
Inthimatio. *Inthimationis* clauſula quæ & qualis apud nos. 1. 22. 8
Invectio in Officiales iniquos. 2. 5. 8
Inventaris van ſtukken. 1. 28. 15
Invitus nemo ad agendum compellitur, Regula an & quatenus procedat. 1. 10. 20
Judex quis, alius ordinarius, alius extraordinarius, ſive delegatus. 1. 2. 1
Judices Urbani, Prætor, Præfectus Urbi, Præfectus annonæ, eorumque officium. 1. 2. 2
Judices Urbani in Hollandia qui ſint. 1. 2. 10
Judices Municipales, eorumque officium. 1. 2. 4
Judices Provinciales, Præſes Provinciæ, Proconſules, Legati, eorumque officium. 1. 2. 5
Judices Pagani qui, eorumque officium. 1. 2. 15
Judices alii ſunt Seculares, alii Eccleſiaſtici. 1. 2. 17
Judices Feudales qui. 1. 2. 18
Judex ut in Civilibus cauſis, ita multo magis in Criminalibus, legibus eſt adſtrictus, quas juramento confirmat, neque pœnas conſtitutas aggravare aut remittere poteſt. 2. 14. 1. & 7
An *Judex* ſuper delicto adverſus ſe ipſum commiſſo cognoſcere poſſit. 2. 14. 6
Judex in cauſa poſſeſſoria, etiam in petitoria judex eſſe debet. 1. 14. 5
Id fallit moribus noſtris. *ibid.*
Coram eodem *Judice* quinam ex continentia cauſæ conveniri poſſint. *ibid* & *ſeqq.*
Judex inquirere debet non tantum de iis quæ ad accuſationem, ſed & de iis quæ ad innocentiam rei pertinere videbuntur. 2. 12. 4
Judex an impunitatem promittere poſſit, & ei ſtare teneatur. 2. 12. 13
Judex quando fructuum aliarumque acceſſionum rationem habere debeat. 1. 31. 15
Judex quomodo propter tertiam contumaciam cognoſcere & pronuntiare debeat. 1. 25. 10
Judex, qui male judicavit, an litem faciat ſuam, & quid obtineat moribus in civilibus. 2. 13. 21. & 1. 31. 17. & *ſeq.*
Quid in criminalibus. 2. 18. 22
Quid in arbitrariis *Judex* præſtare debeat. 2. 13. 23
Judex an expenſas in petitione omiſſas ſupplere poſſit. 1. 31. 13
Judicibus ordinariis nulla remiſſionis aut mitigandarum pœnarum poteſtas. 2. 18. 2
Judicis officium quale eſſe debeat. 1. 30. 1
Utrum *Judex* ſecundum acta & probata, an ſecundum propriam conſcientiam judicare debeat. 1. 30. 2. & 2. 14. 5
Judicis ſuſpecti recuſatio an & quando locum habeat. 1. 26. 9
An totum *Judicum* Collegium ut ſuſpectum recuſari poſſit. *ibid.*
Judices in Criminalibus cauſis qui ſint. 2. 1. 7
Judices an & quatenus ex imperitia juris teneantur. 1. 8. 9
Ad *Judicem* incompetentem vocatus comparere & incompetentiæ cauſam allegare tenetur. 1. 12. 2. & 1. 23. 20
Judices ſubalterni in gravioribus cauſis Juriſperitorum conſilium adhibere debent. 2. 14. 9
In Imperio Germanico in gravioribus cauſis, judicii acta & proceſſus ſtatim ad proximæ Academiæ Collegium remittere debent, & quid de jure Saxonico. 2. 14. 11
Judicum ſubalternorum juramentum de legibus & conſtitutionibus in judicando ſervandis. 2. 14. 3
Judicum origo ac neceſſitas. 1. 1. 1. & 1. 1. 6
Judicata res. Vide *Res judicata.*
Judicare. *Ne quis in ſua cauſa judicet:* hæc regula, an, quos & quatenus obſtringat. 1. 1. 2.
Judicati actio à quo tempore poſt latam ſententiam competat, & quamdiu duret. 1. 33. 1
Judicium quid. 1. 1. 7
Alias ſumitur pro ipſa legitima diſceptatione coram judice, de re controverſa, inter litigantes, vulgo *proceſſus* *ibid.*
Judicii locus, forum, roſtrum, tribunal quid. 1. 1. 7
Judicia ubi & quomodo apud nos exerceri ſolita. 1. 1. 8
Judicium aliud eſt publicum, aliud privatum, Criminale & Civile. Civile iterum aliud Seculare, aliud Canonicum, aliud Feudale. 1. 1. 9
Judiciorum propria quæ ſint per partes. 1. 1. 10
Judicii præparatoria quoad litigantes quæ ſint. 1. 1. 11
Judicii partes quoad judicem. 1. 1. 12
Judicium quæ perſonæ conſtituant. 1. 4. 1
Judicii, ſive proceſſus inchoandi præparatoria quæ ſint. 1. 21. 1
Judiciorum origo ac neceſſitas 1. 1. 1.
Judiciorum ordo quis & qualis ſit ſervandus. 1. 30. 3. & 2. 14. 14
Terminus intra quem *Judicium* finiendum. 1. 30. 4
Moribus noſtris nullum certum tempus præſcriptum. *ibid.*
Judiciorum ordo in ferenda & pronuncianda ſententia qualis ſervari debeat. 1. 31. 16
Judicium Criminale quid ſit, ejuſque pœna alia pecuniaria, alia corporis afflictiva. 2. 3. 1
Criminale *Judicium* quomodo adverſus præſentem vel abſentem perſequendum, ordinarie, vel extraordinarie. 2. 3. 3
Judicium publicum quid & à quibus perſequendum. 2. 1. 2.
Judicium ſive actio quid. 1. 20. 1. Vide *Actio ſive Judicium.*
Juramentum calumniæ quid, & an moribus obtineat. 1. 7. 7. & 1. 20. 11. Vide *Jusjurandum.*
Juramento purgatorio an in Criminalibus locus ſit? Neg. contra Carpzov. Heig. & alios 2. 7. 23
Quid in Vectigalium fraudationibus & commiſſis. 2. 7. 24
Juriſconſultorum communis opinio in cauſis gravioribus ſequenda. 2. 14. 12
Interpretatio & collatio legis Moſaicæ cum jure civili circa *Juriſconſultorum auctoritatem*. 2. 14. 13
Jurisdictio quid. 1. 3. 2. *Jurisdictio* & Imperium an & in quibus differant, & an alteri mandari Imperium, aut *Jurisdictio*, poſſit. 1. 3. 4
Jurisdictio alia propria, ſive ordinaria; alia impropria, ſive extraordinaria. 1. 3. 5
Jurisdictione mandata quæ tranſeant. 1. 3. 6
Jurisdictio alia voluntaria, alia contentioſa, moribus non obtinet. *ibid.*
Jurisdictio quotuplex ſit noſtris & aliorum moribus. & an

alia

Digitized by Google

alia recte dicatur ſuprema, ſive alta; alia media; alia inſima, ſive baſſa. 1. 3. 4. & 8.
Juriſdictione ſimpliciter conceſſa an etiam *Juriſdictio* criminalis, ſive merum Imperium videatur conceſſum. 1. 3. 12
Juriſdictio Provincialis Hollandiæ Curiæ in quibus ſit fundata, & primo in Appellationum cauſis. 1. 19. 2
In dominiis, juribus & prærogativis Principis. 1. 19. 3
Cognoſcit de erroribus, actionibus & concuſſionibus Balivorum, aliorumque Officialium: item de Nobilium ac potentiorum oppreſſionibus 1. 19. 4
De Summarum poteſtatum & jurium cauſis; ædium Sacrarum fundationibus, & Officialium Principis, Eccleſiaſticorum aliorumque privilegiatorum injuriis. 1. 19. 5
De Viduarum, pupillorum & miſerabilium cauſis. 1. 19. 6
De Rerum monetalium Regalibus, aliiſque Superioris Poteſtatis prærogativis. 1. 19. 7
De diſſidiis inter Civitates & Caſtella. 1. 19. 8
De poſſeſſoriis, & beneficialium poſſeſſionum cauſis. 1. 19. 9
De Officialium & Nobilium Chirographis. 1. 19. 10
De Juriſdictione prorogata. 1. 19. 11
De privilegiis, conſuetudinibus ac ſtatutis ſingulorum. 1. 19. 12
De Criminibus anni ſpatio inſtituere neglectis. 1. 19. 13
De *lege diffamari*, an & quatenus obtineat. 1. 19. 14. & 2. 11 12
In purgationis objectorum criminum cauſis per præventionem. 1. 19. 15
In rei judicatæ actione. 1. 19. 16
In Arreſtis profugorum aut ſuſpectorum. 1. 19. 17
Inter plures reos diverſarum juriſdictionum. 1. 19. 18
In cauſis pœnalibus. 1. 19. 19
In Evocationibus. 1. 19. 20
De recognitionibus remiſſionum, ceſſionum, & gratiarum reſcriptis. 1. 19. 21
In Aulæ & Curiæ domeſticorum cauſis. 1. 19. 22
Juriſdictio Supremæ Hollandiæ Curiæ in quibus ſit fundata per caſus quinque. 1. 19. 23
In Appellationum ſententiarum à Provinciali Hollandiæ Curia judicatarum cauſis. 1. 19. 24
In aggerum communium cauſis. 1. 19. 25
In cauſis ad navigationem communem ſpectantibus. 1. 19. 27
In Mercatorum extraneorum cauſis. 1. 19. 28
In cauſis poſſeſſoriis. 1. 19. 26
JUS Aggerum præmuniendorum ad cujus juriſdictionem pertineat. & quomodo in eo procedatur. 1. 32. 13
Jus de non evocandis cauſis quid & quale ſit. Ubi de privilegio fori Leydenſis & Roterodamenſis. 2. 1. 11
JUSJURANDUM quid ſit & quotuplex. 1. 29. 30
Aliud judiciale, aliud voluntarium, aliud neceſſarium. 1. 29. 31
Jusjurandum delatum an & quatenus recuſari poſſit. 1. 29. 32
Cui deferendum. 1. 29. 34
Jusjurandum de calumnia, an & quatenus in uſu. 1. 23 18. & 1. 29. 33
Jurisjurandi exceptio quando competat. 1. 26. 13
Jurisjurandi formulæ Judicum ſubalternorum & Statuti civitatis Leydenſis interpretatio. 2. 14. 4
JUSTITIA. Multi ad impediendam quam ad protegendam *juſtitiam* alacriores, & quare. 2. 5. 9

L.

LAntwinninge, ſive ſalvus conductus. 2. 18. 6
LATROCINIUM quid, ejuſque pœna. 2. 13. 29
LEGATI Proconſulis qui, eorumque officium. 1. 2. 5.
Legis Moſaicæ Deuteron. *cap.* 17. *verſ.* 8. 9 10. interpretatio & collatio cum jure civili circa Juriſperitorum auctoritatem. 2. 14. 13
LEGITIMAM perſonam ſtandi in judicio in civilibus cauſis quinam non habeant. 1. 10 7. Vide *Agere in judicio.*
LEX Regia apud Perſas Regi id, quod facere vellet, permittebat. 1. 1. 5
LEYDENSIUM jus de non evocandis cauſis. 2. 1. 11
LIBELLUS quid. 1. 24. 1
Partes ejus quæ ſint. 1. 24. 2
Ad ejus præſcriptum an & quomodo ſententia extendenda. 1. 24. 3
Pleruмque ei additur Clauſula ſalutaris, & quæ ejus vis & efficacia. 1. 24 4
Libellus quomodo proponendus. 1. 24. 5
Libellorum genera quot & qualia. 1. 24. 7
Libellus alius ſimplex, alius articulatus 1. 24. 9
In uno eodemque *Libello* an plures actiones cumulari poſſint, & quales. 1. 24. 10
Libellus an & quando emendari poſſit. 1. 24 11
Libelli ſupplices, vulgo Requeſten / quibus partibus conſtent, & quomodo concipiendi in actionibus perſonalibus. 1. 21. 5
Libelli ſupplicis forma in rei vindicatione qualis. 1. 21. 6
Qualis in cæteris realibus actionibus per arreſti & prehenſionis modum. 1. 21. 7
Qualis in rei venditæ ab alio evictæ indemnitatis actione contra venditorem *Libelli* forma ſit, vulgo Actie van Guarand. 1. 21. 8
Libelli in proceſſu Criminali forma quæ & qualis. 2. 11. 3
Ejus requiſita. 2. 11. 4
Cauſa, ſive medium concludendi in quo conſiſtat. 2. 11. 5
Clauſula omni meliori modo. 2. 11. 6
Concluſio quæ & qualis. 2. 11. 7
Libelli copia an dari debeat. 2. 11. 8
LIBERATIO, ſive abſolutio, alia abſoluta, alia arbitraria ad minorem pœnam. 2. 13. 2
Abſoluta quæ. 2. 13. 3
Arbitraria quæ. 2. 13. 4
LIBER. *Libri* tributorum, redituum, & annorum cenſuum, an & quomodo probent. 1. 29. 12
Libri Mercatorum quomodo & quatenus probent. 1. 29. 19
LIBERI adverſus parentes ſine venia in judicio agere non permittuntur. 1. 10. 16
LITERÆ dimiſſoriæ, quæ Apoſtoli dicebantur, quæ & quales. 1 22. 9
Literæ Executoriales quæ. 1. 22. 33
Requiſitoriales quæ. 1. 22. 35.
Quomodo decernendæ. 1. 33. 10
LITIGANTES. Temere *litigantium* pœna quæ. 1. 23. 18
LITIGIOSI exceptio quæ. 1. 26. 16
Ad LITIS reaſſumptionem an teneatur prædefuncti heres. 1. 27. 9
LITISCONTESTATIO quid & cur ſic dicta. 1. 27. 1
Alia affirmativa, alia negativa an recte dicatur. 1. 27. 2
Litiscontestationis forma, alia verbalis, alia in ſcriptis quomodo proponenda. 1. 27. 12
LITISPENDENTIA quid. 1. 12. 8. & 1. 26. 6
Quando locum habeat adverſus actorem & reum. 1. 26. 6
LOTHARII & Azonis quæſtio coram Henrico Imp. pro depoſiti equi ſponſione, an merum Imperium ſit penes ſolum Principem. 1. 3. 10

M.

MAGISTRATUUM eadem fere aut non diſſimilis diſtinctio apud nos ac olim apud Romanos. 1. 2. 9
Magiſtratus militaris officium, vulgo den Krijgs-raedt; 1. 2. 32
MAJESTATIS læſæ crimen. Vide *Crimen læſæ Majeſtatis.*

MA1ſſ

Digitized by Google

MAINTENUE quid & quale interdictum, ejuſque inſtituendi forma. 1. 21. 13
Maintenue & Spolium an & in quibus concurrant, & in uno eodemque libello cumulentur, ejuſque forma. 1. 21. 14
An & quando *Maintenue* cum Immiſſione in poſſeſſionem concurrat, & cumuletur, & in qua forma. 1. 21. 15
MANDATARII qui. 1. 5. 1
An & quatenus poſſint arreſtari 1. 15. 13
MANDATUM Procuratorum aliud generale, aliud ſpeciale eſt. 1. 5. 5
In quibus cauſis ſpeciale *Mandatum* requiratur. 1. 5. 6
Mandatum Procuratorium nudo conſenſu contractum, aut privatim conſcriptum non admittitur, ſed apud acta, aut à publica perſona conſcriptum eſſe debet. 1. 5. 8
Mandata cauſarum merita concernentia ſunt aut Petitoria aut Poſſeſſoria. 1. 22 43
Petitoria quæ, & in quibus & quomodo coram uno vel pluribus Commiſſariis inſtituenda. 1. 22. 44
Mandata poſſeſſoria. 1 22. 47
Adipiſcendæ poſſeſſionis. 1 22 48
Retinendæ poſſeſſionis. 1. 22. 49
Recuperandæ poſſeſſionis, *Spolie & Complainčte.* 1. 21. 10. & 1. 22. 50
Mandata Attentatorum an & quando concedantur. 1. 22. 20
Mandatum Anticipationis an & quando locum habeat. 1. 21. 35
Quid, quando & quomodo impetrandum. 1. 22. 21
Mandatum deſertorium quid. 1. 22. 22
Mandatum evocatorium quid, quando, & quomodo concedatur. 1. 22. 23
Mandatum reductionis ad arbitrium boni viri. 1. 22. 24
Mandatum reviſionis quid, & in quibus à communi appellatione differat. 1. 22. 25
Mandata præparatoria judicii quæ ſint. 1. 22. 26
Mandata ipurgatoria *ex l. diffamari* 13. *C. de ingen. manumiſſ.* quæ, eorumque forma. 1. 22. 27. & 2. 1. 22.
Mandata concomitantia quæ ſint. 1. 22. 28
Mandatum interventionis pro evictione, vulgo Mandament van guarant. 1. 22. 29
Mandatum ad ſuſcipiendas litis reliquias. 1. 22. 30
Ad audiendos teſtes. 1. 22. 31
Mandata, quæ poſt ſententiam conceduntur, quæ. 1. 22. 32
Executoria. 1. 22. 33. & 1. 33. 8
Mandatum, ut ſententia, quæ lapſu temporis vim ſuam perdidit, reviviſcat, vulgo Mandament om nieuwe letteren van executie gedecerneert te hebben op een verjaart vonnis. 1. 22. 34
Mandata ſimplicia quæ. 1. 22. 36
Mandata quæ vim executivam habent. 1. 22. 37
In perſonas per arreſtum. 1. 22. 38
Realia in bona alicujus. 1. 22. 39
Mandata pœnalia quæ. 1. 22. 40
Mandata an & quatenus libelli, ſive actionis inſtituendæ forma inferenda. 1. 22. 2
Mandata primæ inſtantiæ, vulgo Mandament in eerſter actie / quæ & qualia ſint, eorumque forma. 1. 22. 3
Eorum litteræ prima vice rarius conceduntur apertæ adverſus Nobiles, Officiales, Prætores, Civitates, cæteraque Univerſitatum Collegia. *ibid.*
Mandata ulteriores inſtantiæ, vulgo Mandament van Reformatie / quæ & qualia. 1. 22. 4
Simpliciter conceſſa ſine executionis inhibitione quæ & qualia. 1. 22. 5
Quæ effectum habent ſuſpenſivum adjecta inhibitionis clauſula, quæ aut qualia, abſolute vel in diem certum conceſſa. 1. 22 6
Mandato pœnali ut quid fieri prohibeatur à Provinciali Hollandiæ Curia, an, quando, quomodo, & in quibus caſibus impetrari poſſit. 1. 21. 18
Mandatorum, & in jus vocationis generalis forma in Curia ſuperiori. 1. 22. 1
Mandatum unum pro omnibus quid. 2. 6. 7
Mandatum Appellationis cum inſerta reſtitutionis clauſula, ejuſque petitionis forma. 1. 21. 27
Mandatum Commiſſoriale quid, quando, & qua forma petendum. 1. 21. 14
Mandatum commiſſoriale, vulgo Mandament / ofte appointement commiſſoriaal. 2. 28. 20
Mandatum protectionum, vulgo Mandament van Sauvegarde / quid, ejuſque uſus. 2. 1. 11
MANUS. Si quis in rixa *manu levata* aliquem petierit, unde forte occubuerit, an & qua pœna ſit puniendus. 2. 14 16
MARCHIONES Imperii an irrequiſito Imperatore in territorio ſuo vi juriſdictionis territorialis Repreſſalias concedere poſſint. *Affirm.* 1. 11. 22
MARITUS quatenus conveniri poſſit pro debitis uxoris. 1. 11. 7
MATTHÆI locus cap. 27. verſ. 2. perperam ab Interpretibus tranſlatus. 1. 2. 8
MAXIMILIANI, Auſtriæ Ducis, Comitis Hollandiæ, reſcriptum, ut ne quod judicium in taberna, aut diverſorio publico exerceatur. 1. 2. 8
MEDICI an & quando de errore commiſſo teneantur. 2. 13. 19
MELANCHOLICI an & quatenus excuſentur. 2. 18. 22
Memorien en Advertiſſementen van Rechten. 1. 28. 2. & 10. & 11
Memorien / Additien / eorundemque forma. 1. 28. 10
MENOCHII opinio, affirmantis nos ad alios in periculo conſtitutos defendendos præciſe teneri, refutatur. 2. 5. 7
MENTE capti in judicio agere non poſſunt. 1. 10. 19
Nec conveniri poſſunt. 1. 11. 2
In delictis an & quatenus excuſentur. 2. 18. 21
MERCATORUM libri quomodo & quatenus probent. 1. 29. 19
MERUM Imperium quibus competat. 1. 8. 9. Vide *Imperium.*
METUS *Metus* & doli mali exceptio quæ ſit. 1. 26. 12
MILITES ubi conveniantur, & in quibus cauſis fori privilegio utantur. 1. 13. 8
MINORES annis XXV. legitimam perſonam ſtandi in judicio in civilibus cauſis non habent, excepta cauſa momentaneæ poſſeſſionis. 1. 10. 8
Conveniri non poſſunt. 1. 11. 2
MISERABILES perſonæ quonam fori privilegio gaudeant. 1. 13. 10
Per præventionem coram ordinario judice conventæ, exceptione uti poſſunt. & quid moribus. 1. 13. 21
An etiam poſt litem conteſtatam. 2. 13. 12
Miſerabilibus quinam annumerentur. 1. 13. 11
Miſerabiles an contra æque privilegiatum privilegio ſuo utantur. *Neg.* 1. 13. 17
Quomodo intelligendum, quod in Hollandiæ Curia contrarium obtinere videatur. 1. 13. 18
MOBILIA quæ, & quo ordine exequenda. 1. 33. 16. & 18
Executionis nexu quæ *Mobilia* eximantur. 1. 33. 18
MODERAMEN inculpatæ tutelæ ut diſtinguatur ab homicidio voluntario, fortuito & caſuali. 2. 13. 14
MONETÆ falſæ fabricatores qua pœna puniendi. 2. 13. 27
MORÆ purgatio an & quando admittatur cum, aut ſine contumaciæ effectu. 1. 25. 7
MORTAOJE. Coadjutores *Ioannis Diderici de Mortanje* in raptu *Catharinæ de Orleans*, quæ voluntate quodammodo ſua ſeducta videbatur, ultimo ſupplicio affecti. 2. 13. 26
MULIERES nuptæ legitimam ſtandi in judicio perſonam non

non habent, & nequidem pro ſe abſque Curatore admittuntur. 1. 6. 7 & 1 10. 10.
Nec conveniri poſſunt. 1. 11. 2
Etiam impuberes jure Saxonico, quod & Gelriæ mores ſequuntur. 1. 10 11
Muti in judicio agere non poſſunt. 1. 10. 12
Conveniri etiam non poſſunt. 1. 11. 2
Muydanæ civitati pro privilegio indultum, ut in gravioribus cauſis Scabinos Leidenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur. 2. 14. 10

N.

Naerdensi civitati pro privilegio indultum, ut in gravioribus cauſis Scabinos Leidenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur. 2. 14. 10
Navis Si Navis ex imperitia nautæ in navem impegerit, quid juris 2. 13. 17
Negatio an & quando probanda. 1. 29. 5
Negotium. Qui aliena Negotia geſſit, ex tutelæ, ſive alio quovis titulo, ubi geſſit, rationem reddere debet, an & quatenus noſtris & Gallorum moribus procedat. 1. 14. 10
An Actor liberum ſit hoc nomine Tutorem ſive Adminiſtratorem, vel in loco rei geſtæ, vel in loco domicilii convenire, neque in exceptionem incompetentiæ cauſæ coram judice domicilii ſui opponere poſſit. Neg. contra Chriſtin. & Groeneweg. 1. 14 11
Negotiorum geſtores an & quatenus poſſint arreſtari. 1. 15. 13
Nieuwe ſeyten. 1. 28 12
Nobiles an & qui coram Hollandiæ Curia conveniendi. 1. 13. 6
Notarii ſive Tabelliones qui ſint, quale eorundem officium ſit, & cujus auctoritatis ſint inſtrumenta coram iis confecta. 1. 29 10
Quæ ad eorum munus ſpectent in conficiendis inſtrumentis. 1 29. 12 Vide Inſtrumenta Notariorum.
Notarii ſimulata & abuſiva extenſio veritati obeſſe non poteſt; in quibus procedat hæc regula. 1. 29. 15
Notio quid 1. 3 3
Notoria quæ ſint, & quomodo probent. 1. 29. 28
Nuncii & Viatores qui, & quales. 1. 9 2
Eorundem inſignia quæ, & qualia gerere debeant. 1. 9 3
An & quanta iis adhibeatur fides in perſonalibus & realibus cauſis exequendis. 1. 9 4. Vide Apparitores.
Nutrix. Si Nutrix, cui infans lactandus, & nutriendus, concreditus eſt, per improvidentiam in lecto eum opprimat, & ſuffocet, qua pœna punienda. 2. 13. 19.

O.

Officiales, vulgo Balivi, qui ſint, eorumque officium. 1. 1. 5.
Officialium exceſſus circa capturam, an & quatenus puniendi. 2. 4. 10
Officiali in periculo conſtituto an ſuccurrendum. 2. 5. 1
Invectio in Officiales iniquos 2. 5 2
Officiali injuſte aut indebite procedenti impune reſiſti poteſt. 2. 5. 11
Officiales juſte ac debite procedentes quoſlibet reſiſtentes vi repellere poſſunt etiam ad internecionem, modo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. 2. 5. 17
Opinio communis DD., circa ea quæ certi juris eſſe profitentur, an & cujus ſit auctoritatis. 1. 29 6
Oppignoratio. Actualis Oppignoratio, vulgo Pandinge / in quibus cauſis locum habeat, & quomodo in ejuſdem executione procedatur. 1 33. 13 & 14
Oppositio. Oppoſitio contra executionem à quo & quomodo facienda. 1. 13. 14
Oppoſitio adverſus executionem ſententiæ ab alio judice latæ quomodo facienda, & ad cujus judicis notionem pertineat eadem oppoſitio. 1. 33. 15
Oppoſitio contra executionem immobilium quomodo inſtituenda. 1. 33. 21.

P.

Parricidii pœna quæ. 2. 13. 21
Pater pro filio, & filius pro patre an & quatenus conveniri poſſint. 1. 11 18
Pauperes quoniam fori privilegio gaudeant. 1. 13. 10
Per præventionem coram ordinario judice vocati, exceptione uti poſſunt, & quid moribus. 1. 13. 11
An etiam poſt litem conteſtatam? 1. 13. 12. Vide Miſerabiles perſonæ.
Peccatus reprehenſus 1. 11. 11
Periculum Officiali in periculo conſtituto an ſuccurrendum 2. 5. 1
Alteri in periculo conſtituto ſuccurrendum de Jure Canonico. 2. 5 2
De Jure Civili plane arbitrarium eſt, & in humanitatis officio conſiſtit 2 5. 2 & 5
Alios injuſte offenſos & in periculo conſtitutos impune defendere licet uſque ad internecionem cum moderamine inculpatæ tutelæ intervenientem. 2. 5. 4
Perorare In quibus cauſis per verba Perorando ſummarie procedatur, & in quibus per ſcripturam 1. 28. 1. & 2
In Perorandis cauſis qualis ordo ſervandus. 1. 28. 9
Persona judicium conſtituentes quæ. 1. 4 1
Perſonæ miſerabiles. Vide Miſerabiles Perſonæ.
Petens. Pœnæ petentium pœnæ quatenus ab uſu receſſerint. 1. 21. 18 & 1. 26 7
Petitio. Petitionis judicialis forma. 1. 21. 29
Petitor, Impetrans, Reus, & Defenſor in quibus & quomodo diſtinguantur. 1. 10 5 & 6
Philippo III. Principi ac Hollandiæ Comiti Anno 1581 quo jure majores noſtri obedientiam denegarint, ejuſque poteſtati ſe ſubduxerint. 1 1 5
Pilatus, quum Chriſtus ad crucem damnabatur, non Præſidis, (ut Interpretes S. Scripturæ) ſed Procuratoris Cæſaris officio fungebatur. 1. 2. 1
Pignorationis, ſive Arreſti publica quid, an & quando locum habeant. 1. 15 12 Vide Repreſſalia.
Pignus. Quomodo ad pignora procedatur, & qualia capiuntur, primò mobilia, deinde immobilia, jura, actiones &c. 1. 33 13
Piscatio Circa Piſcationum dominicalium jura quomodo procedendum 1. 21. 16
Pœna Criminalis in quibus à rei perſecutoria differat. 2. 3. 2
Quando ex ipſa lege Pœnæ extraordinariæ locus ſit, & an ea ad mortem extendi poſſit, diſting. 2. 13. 24. & 2. 14. 2.
In crimine læſæ Majeſtatis. 2. 13. 25
In crimine raptus. 2 13. 26
In crimine falſi. 2. 13 27
An & quando probato facto Pœnæ extraordinariæ locus eſſe debeat. 2. 13. 9
Pœna infamiam importantes quæ. 2. 15. 10
Pœnæ Talionis origo. 2. 13. 34
Postulare quid. 1. 4 2
Poſtulare qui poſſint, vel non. 1. 4 3
Præfectura Prætorii non immerito æquiparatur Procura

vinciali Curiæ Hollandiæ. 1. 2. 21
Præfectura aggerum & aquarum, vulgo Dijk-graaf ende Heemraden / eorumque officium, ubi & quando id collegium inſtitutum. 1. 2. 31
Præfectura Saltuum tribunal, vulgo Hout-veſter ende Meeſter-knapen / ejuſque juriſdictio. 1. 2. 34
Præfectus urbi, ejuſque officium. 1. 2. 2
Præfectus annonæ. *ibid.*
Præjudicialia extraordinarii Proceſſus quæ & qualia ſint. 2. 10. 1
Quomodo reus ſe adverſus ea defendere poſſit. 2. 10. 2
Utrum in iis indiciorum & informationum copia peti poſſit. 2. 10. 8
Præjudiciales relaxationes. Vide *Relaxatio.*
Præscriptiones temporales quæ ſint. 1. 16. 15
Præses Collegii quomodo pro ſententiis ferendis ſuffragia colligere debeat. 1. 31. 2
Si diſſonæ ſententiæ utrimque pari numero proferantur, quid *Præſidi* incumbat. 1. 31. 3
Præſes provinciæ quis, ejuſque officium. 1. 2. 5
Præsumptio quid & quotuplex. 1. 29. 35. & 2. 7. 8
Alia hominis. 2. 7. 9
Alia Juris. 2. 7. 10
Alia Juris & de Jure. 2. 7. 11
Quæ & qualis in Criminalibus habeat uſum. 2. 7. 12
Præſumptiones leviores admittuntur in præjudicialibus. 2. 7. 14.
Prætor quis, ejuſque officium. 1. 2. 2
Præventio in Criminalibus cauſis an & quatenus locum habeat. 2. 1. 9
Principes an & quatenus ordinario judici in cauſis communibus ſubjecti. 1. 1. 3
Principum bona ac patrimonium à perſonis ſuis quoad juriſdictionem communem ſeparata. 1. 1. 4
Principum perſonas legibus ſolutas, & ſupra omnes leges eſſe, jure gentium & exemplis probatur. 1. 1. 4
Principes Imperii an irrequiſito Imperatore in territorio ſuo vi juriſdictionis territorialis Repreſſalias concedere poſſint. *Affirm.* 1. 11. 22
Privati apud nos non habent niſi rei perſecutoriam actionem, neque criminis inſcriptioni locus eſt. 2. 1. 1
In Germania quid moris ſit. 2. 1. 4
Privilegiatum Forum quid. 1. 18. 1. Vide *Forum privilegiatum.*
Privilegium Leydenſium & Roterodamenſium de non evocandis cauſis. 2. 1. 11
Probatio quid ſit & quotuplex. 1. 29. 1
Artificialis quæ. 1. 29. 2
Inartificialis quæ. 1. 29. 3
Quis *Probare* debeat. 1. 29. 4
Negatio an & quando probanda. 1. 29. 5
Probari ea debent, quæ facti ſunt, non quæ juris. 1. 29. 6
Plena *Probatio* quid ſit, & quomodo fiat. 1. 29. 7
Probatoria inſtrumenta quæ ſint. 1. 29. 8
Alia publica, alia privata. 1. 29. 9
An & quatenus *probent* Tabellionum ſive *Notariorum* inſtrumenta. 1. 29. 10.
Inſtrumenta ex longinquo allata an *probent*. 1. 29. 11
Obligationis ſive debiti confeſſionati inſtrumentum, non niſi ipſum exemplar, quod primo editum eſt, plene *probat*, & quid ſi caſu amittatur. 1. 29. 13
Quæ exempla & quomodo ad plenam *probationem* ſufficiant, remiſſive. 1. 29. 14
Inſtrumenta omnia omneſque actus in quibuſvis publicis Collegiis celebrati & confecti, plene *probant*. 1. 29. 16
Libri tributorum, redituum, & annuorum cenſuum an & quomodo *probent*. 1. 29. 17
Privata inſtrumenta quomodo *probent*. 1. 29. 18
Libri Mercatorum quomodo *probent*. 1. 29. 19
Teſtes quot & quales *probent*. 1. 29. 20
Probationes quæ & quales in criminalibus requirantur. 2. 13. 1
Confeſſio adverſarii an & quatenus *probet*. 1. 29. 24
Extrajudicialis declaratio an & quatenus *probet*. 1. 29. 25
Ocularis inſpectio an & quatenus *probet*. 1. 29. 27
Quomodo *probent* Notoria. 1. 29. 28
Probatio ſemiplena quæ ſit. 1. 29. 29
Juſjurandum quatenus pro *Probatione* cedat. 1. 29. 28
Probationes plenæ quæ ſint. 2. 7. 1
Semiplenæ quæ. 2. 7. 2
Probationes leviores admittuntur in præjudicialibus. 2. 7. 14
Quænam *Probationes* requirantur ad condemnandum. 2. 7. 15
Quid in gravioribus delictis & in occultis ſecundum DD. 2. 7. 16
Quid moribus noſtris. 2. 7. 17
Plures ſemiplenæ *Probationes* junctæ, quomodo probent. 2. 7. 21
Probationis neceſſitas cui incumbat, quando actori, quando reo. 1. 10. 22
Processus ſive judicii inchoandi præparatoria quæ ſint. 1. 21. 1
Proceſſus Verbalis & Scripti differentia. 1. 28. 1. & 2.
Proceſſus Criminalis quomodo adverſus præſentem vel abſentem perſequendus, ordinarie, vel extraordinarie. 2. 3. 3
Proceſſus ordinarius in criminibus an & quando locum habeat. 2. 11. 1
Extraordinarius quis. 2. 11. 2
Proceſſus extraordinarii præjudicialia quæ & qualia ſint. 2. 10. 1
Quomodo ſe reus adverſus ea defendere poſſit. 2. 10. 2
Proconsules qui, eorumque officium. 1. 2. 5
Procurator Cæſaris, ejuſque officium. 1. 2. 7
Ejus officio fungebatur Pilatus, quum Chriſtus ad crucem damnabatur. 1. 2. 8
Procuratores an & quatenus ex imperitia Juris teneantur. 1. 8. 9
Procuratores qui dicantur: alii ex mandato, alii ſine mandato, alii ad negotia, alii ad lites. 1. 5. 1. & 2.
Procuratorium munus olim privatum, nunc publicum, intra certum numerum continetur. 1. 5. 2
Sine mandato nihil agunt, & exceptione oppoſita removeri poſſunt. 1. 5. 3
An & quando ſub cautione de rato interim admittantur. 1. 5. 4
Procurator in quibus cauſis admittatur, in quibus non. 1. 5. 9
Procuratoris munus quale ſit. 1. 5. 10
Procuratores an ſalarium petere poſſint. 1. 5. 11
An pro ſalario non ſoluto litis inſtrumenta retinere poſſint. 1. 5. 12
Procuratoris officium quibus modis finiatur. 1. 5. 13
An & quatenus poſt ſententiam latam. 1. 5. 14
Procurator an in Criminalibus cauſis admittatur. 2. 2. 2
Quid moribus ea de re ſit receptum. 2. 2. 5. & 6.
An & quatenus *Procurator* pro abſente admittatur ad abſentiæ excuſationem & innocentiæ defenſionem. 2. 2. 7. & 8.
An etiam admittatur in Criminibus, quibus relegationis pœna impoſita eſt. 2. 2. 10
Adverſus *Procuratores*, qui alieno nomine condemnati ſunt, quomodo per executionem procedendum ſit. 1. 33. 27
Procurator ad lites, an abſque ſpeciali mandato arreſtare poſſit. *Affirm.* 1. 15. 6
An & quatenus poſſit arreſtari. 1. 15. 13
Procuratoris defuncti renovatio, vulgo Procureur acceptatie. 1. 27. 10
Procuratoris partes quæ ſint in judicio. 1. 21. 2
An, quando, & quale mandatum *Procurator* exhibere teneatur, & quid moribus, in Hollandia, Brabantia, Gallia, Germania. 1. 21. 3

Proca-

Procuratores qui coram Hollandiæ Curia conveniendi. 1. 13. 5
Procuratoria ſubſtitutioni an & quatenus locus ſit in Hollandia, Gallia, & Saxonia 1. 5. 7
Procuratorium mandatum aliud generale, aliud ſpeciale eſt. 1. 5. 5. Vide *Mandatum Procuratorium.*
PRODIGUS. *Prodigi* in judicio agere vetantur. 1. 10. 9
Nec conveniri poſſunt. 1. 11. 2
PRODUCTIO per Inventarium quid. 1. 28. 5
Productio Teſtium quomodo facienda, vulgo Acte maken ende productie doen. 1. 28. 8. & 16
Procuratores fiſci qui ſint, eorumque officium. 2. 1. 6
PROFESSORUM & Senatus Academici tribunal & juriſdictio, 1. 8. 35
Profeſſores Academiæ Lugduno-Batavæ ubi conveniendi. 1. 13. 7
PROMITTERE. Si quis certo loco quid dare *promiſit*, ubi conveniendus? 1. 16 7
PROROGATIO juriſdictionis quid & quotuplex. 1. 16. 1
Expreſſa quæ. 1. 16. 2
An ad heredes transfeat, aut in uxorem. 1. 16. 3
Tacita *Prorogatio*, quando & quibus caſibus facta cenſeatur. 1. 16. 4
Non niſi à ſciente & conſentiente quatenus procedat. 1. 16. 5
Per reconventionem an & quomodo procedat. 1. 16. 8
Prorogatio juriſdictionis à privilegiato judice ad alium non admittitur. 1. 16 9
Ob cauſam minimam coram Hollandiæ Curia non admittitur. 1. 16 10
PROSCRIPTI ſive banniti vetantur judicio experiri. 1. 10. 13
PROTECTORIUM mandatum, vulgo Mandament van Sauvegarde / quid, ejuſque uſus. 2. 1. 13
PROVOCATIONIS ſive Appellationis ulterioris inſtantiæ actio. Vide *Actio Provocationis.*
PROVISIO. *Proviſiones* fiduciariæ, vulgo Proviſien van Namptiſſement / non contra, ſed ſecundum jus ſcriptum introductæ. 1. 24 8
In quibus cauſis admittantur, & in quibus ceſſent. 1. 26. 23
Utrum per in integrum reſtitutionem poſtulatam, impediendæ aut differendæ *Proviſionis* exceptio opponi poſſit? *ibid.*
PUGNUS. Si quis in rixa aliquem *pugno* petierit, unde forte occubuerit, an & qua pœna teneatur. 2. 13. 16
PUPILLI quonam fori privilegio gaudeant. 1. 13. 10
Per præventionem coram ordinario judice conventi, exceptione uti poſſunt, & quid moribus. 1. 13. 11
An etiam poſt litem conteſtatam? 1. 13. 12
In *Pupillis*, quoad fori privilegium, nulla differentia eſt inter divites & pauperes. 1. 13. 16
Pupilli an contra æque privilegiatum privilegio ſuo utantur. *Neg.* 1. 13. 17
Quomodo intelligendum, quod in Hollandiæ Curia contrarium obtinere videatur. 1. 13. 18
Pupilli fori privilegio non utuntur in Jure vel actionibus ſibi ab alio conceſſis. 1. 13. 20
Uti nec in cauſis non excedentibus in Hollandiæ civitatibus centum, & in pagis quinquaginta florenorum ſummam. 1. 13. 21
Itemque ſi de Ratiociniis eorum agatur. 1. 13. 22
PURGATORIUM mandatum, vulgo Mandament van purge / quid, ejuſque uſus. 2. 1. 12

Q.

QUÆSTIO. *Quæſtionis* vocabulum quid ſignificet, an & quatenus pro tortura ſumendum apud nos. 2. 8. 3
Quæſtionis modus *per verbum credit vel non*, & an articulorum & reſponſionum copia examinando reo concedenda. 2 8 6. Vide *Tortura.*
QUALIFICATA Confeſſio in dubio ab ordinaria pœna liberat. 2. 12. 6. Vide *Confeſſio qualificata.*
QUALITAS facti in omnibus litis partibus addi poteſt, etiam poſt condemnationem. 2. 12 7

R.

RAPTUS. In *Raptus* crimine, licet ſtuprum nullum intervenerit, propter vim illatam, nudus conatus pro ipſo facto plectitur. 2. 13. 16
Rappel van Ban. 2. 18. 5
REASSUMPTIO. Ad litis *reaſſumptionem* an teneatur prædefuncti heres, & quomodo petenda. 1. 27 9
An adverſus Tutoris defuncti ſucceſſorem proponenda. 1. 27. 11
Recht doen van den hooghſten / clauſula hæc quid importet. 1. 3. 11
RECONVENTIO quid ſit, quando & quomodo proponenda. 1. 27. 4
An in executionis puncto aut in appellatione opponenda. 1. 27. 5
Utrum ejuſdem naturæ, conditionis aut qualitatis eſſe debeat cum ipſa conventione. 1. 27 6
Reconventio ex continentia cauſæ judicem utrumque facit competentem. 1. 14 5
REDUCTIO ad arbitrium boni viri, ſive appellatio ſententiæ ab Arbitris latæ, an & qua forma petenda. 1. 21. 31
Reductionis mandatum an & quando concedatur. 1. 88. 24
Reductio ad arbitrium boni viri an & quatenus appellationis aut reformationis effectum habeat. 1. 38. 11
REFERENDARIUS quis ſit. 1. 31. 1
REFUTATIONES & Salvationes, vulgo Repzochen ende Salvatien. 1. 28. 18
REGES an & quatenus ordinario judici in cauſis communibus ſubjecti, nunc, & olim in Gallia, Germania 1. 1. 3
Regum bona ac patrimonium à perſonis ſuis quoad juriſdictionem communem ſeparata. 1. 1. 4
Regum perſonas legibus ſolutas, & ſupra omnes leges eſſe, jure gentium, & exemplis probatur. 1. 1. 5
RELATIO quid ſit, an & quando ei locus ſit, & quid moribus circa eam obtineat. 1 32. 1
Relationes etiamnum uſitatas eſſe contra communes probatur. 2. 17. 1
RELAXATIO. *Relaxationes* aliæ ſunt præjudiciales, aliæ definitivæ. 2. 10. 3
Præjudiciales *Relaxationes* quando decernendæ, & in quibus cauſis. 2. 10. 4
An etiam locum habeant in exilii pœna. 2. 10. 5
Si de corporali pœna agatur, nequaquam admittendæ. 2. 10 6
Quid ſi de facto parum aut nihil conſtet. 2. 10. 7
RELEGATUS ad certum tempus an poſtliminio reſtituatur. 2. 15. 11
REMISSIO quid, & quomodo ab indulgentia differat. 2. 18 4
Judicibus ordinariis nulla *Remiſſionis* poteſtas. 2. 18. 2
Remiſſionum cauſæ quæ. 2. 18. 7
In quibus cauſis Judici conceſſæ. 2. 18 8
In infantibus, impuberibus, minoribus. *ibid.*
An propter decrepitam ſenectutem. 2. 18 10
An & quatenus in furioſis & mente captis. 2. 18. 11
In Melancholicis. 2. 18. 12
In profunde ebriis. 2. 18. 13
REMISSIO delinquentium an & quatenus obtineat noſtris & aliorum moribus. 2. 1. 10
RENOVATIO. Procuratoris defuncti *renovatio*, vulgo Procureur acceptant. 1. 27. 10

REPLICATIO Actoris quid ſit. 1. 27. 7

REPRESSALIÆ quid, an & quando locum habeant. 1. 11. 13

Earundem origo ex Jure Gentium probatur. 1. 11. 14

Variæ variorum earundem denominationes. 1. 11. 15

Ne quis privata auctoritate hoc jure utatur, prohibitum. 1. 11. 16

Ab hoc jure immunes ſunt Studioſi, atque omnium artium & facultatum Profeſſores. *ibid.*

Repreſſaliarum jura inter majora Regalia relata, quæ ſolus Princeps ſibi vindicat. 1. 11. 17

Theodorici Gothi Romanorum Regis conſtitutio de *Repreſſaliis*. 1. 11. 18

Conſtitutio Regis Ferdinandi de non faciendis *Repreſſaliis* in regno Neapolitano. 1. 11. 19

Repreſſaliarum conceſſionem Carolus VIII. in Gallia etiam ad jura Majeſtatis revocavit, ſibique ſoli vindicavit. 1. 11. 20

Frederici II. Imp. de iiſdem reſcriptum in Imperio Germanico. 1. 11. 21

An Imperii Principes, Archiduces, Duces, Marchiones, Barones, & quilibet Status Imperii, in ſuo territorio vi juriſdictionis territorialis inrequiſito Imperatore eas concedere poſſint. Affirm. 1. 11. 22

Idem dicendum de Italiæ Principibus & quibuſvis liberis Civitatibus & Rebuſpublicis. 1. 11. 23

Repreſſaliarum requiſita quæ ſint. 1. 11. 24

De his formula antiqua Frederici Barbaroſſæ. 1. 11. 25

Pactum conventum ann. 1339. circa *Repreſſalias* inter Johannem Auſtriæ Ducem & Brabantiæ civitates ab una, & Ludovicum Flandriæ Comitum cum omnibus civitatibus ejuſdem Comitatus ab altera parte. 1. 11. 26

Idem inter Henricum VII. Angliæ Regem, & Philippum Archiducem Auſtriæ tractatum a. 1495. 1. 11. 27

Induciarum & Pacis inter Hiſpaniæ Regem & Belgiæ Confœderatos tractatu circa eas cautio anni 1609. & 1648. 1. 11. 22. & 28

Noviſſima inter eoſdem & Angliæ Protectorem earundem modificatio. 1. 11. 29

Repreſſaliæ quibus & adverſus quos concedi debeant. 1. 11. 30

De *Repreſſaliarum* materia ejuſque praxi, remiſſive. 1. 11. 31

Reproche en de Salvatien. 1. 28. 18

Requeſt Civijl / id eſt, plenior Superioris Senatus reſtitutio, an & quando neceſſaria, ejuſque forma. 1. 21. 28. & 31

Requeſt in judicio / ut quæ in ordine judiciario prætermiſſa ſunt, audita parte reparentur, aut ſuppleantur, ejuſque forma. 1. 21. 29

RES judicata quando pro veritate habeatur & judicati executionem habeat. 1. 32. 2

Res judicatæ exceptio quæ ſit. 1. 26. 14

Res judicata ut diſtinguatur à Sententia. 1. 31. 5

Res judicatæ Uſuræ non debentur niſi in condemnationem fuerint deductæ. 1. 33. 5

Modus exequendæ *Res Judicatæ* quis ſit & qualis. 1. 33. 7

Res Judicata unius fori ſive juriſdictionis, quomodo exequenda adverſus alterius juriſdictionis ſubditum. 1. 33. 9

RESCRIPTUM Maximiliani Auſtriæ Ducis, Comitis Hollandiæ, ut ne quod judicium in taberna, aut diverſorio publico exerceatur. 1. 1. 8

Reſcriptum Frederic. II. Imp. de Repreſſaliis in Imperio Germanico. 1. 11. 21

RESISTENTIA. Officiali injuſte & indebite procedendi impune *reſiſti* poteſt. 2. 5. 12

RESPUBLICÆ an vi juriſdictionis territorialis Repreſſalias in territorio ſuo concedere poſſint. 1. 11. 23

RESTITUTIO. *Reſtitutionis* clauſula adverſus fatalia appellationum præterlapſa. 1. 22. 10

Reſtitutiones in integrum ſubſtantiales à quo & quomodo concedantur. 1. 22. 46

Reſtitutioni an & quando ſit locus, ſi ex falſis inſtrumentis male fuerit judicatum. 1. 31. 18

REVISIO ſententiæ à Supremo Senatu latæ qua forma petenda. 1. 21. 32

Reviſionis mandatum quid, & in quibus à communi appellatione differat. 1. 22. 25

Reviſio à Supremo aut alio privilegiato Senatu quid ſit, & quomodo inſtituenda. 1. 32. 29

Eadem *Reviſio* conceditur adverſus ſententias ab Academiæ Lugduno-Batavæ judicibus latas. 1. 32. 30

DD qui de *Reviſionibus* ſcripſere. 1. 32. 31

REUS quis. 1. 11. 1

Unde dicatur *Conventus*. *ibid.*

An & in quibus *Reus* ab actore priuſquam in jus vocetur, ut ſolvat quod petitur, moneri debeat. 1. 11. 3

Ante diem aut conditionis eventum an & quando *Reus* conveniri poſſit. 1. 11. 4. Vide *Conventus*.

Reus quomodo in jus vocandus in inferioribus tribunalibus, & quomodo in ſuperioribus, per libellos ſupplices, & prævia mandata. 1. 21. 4

Reus quomodo ſe defendere poſſit adverſus præjudicia extraordinaria proceſſus. 2. 10. 2

Reus & Actor ſi die ſerviente non comparuerint, an & quatenus cauſa continuari intelligatur, & quid à parte Actoris aut *Rei* poſtea faciendum. 1. 25. 13

Reus ab actore forenſi conventus cautionem de litis expenſis, & domicilii electionem petere poteſt. 1. 25. 3

Reus confeſſus ad innocentiæ defenſionem & excuſationem admittendus. 2. 12. 3

Quomodo ad *Rei* propriam confeſſionem inquirendo procedendum. 2. 8. 1. & 2

Si *Reus* aut nihil, aut non concinne, reſpondere voluerit, an indicium faciat ad torturam. 2. 8. 3. & 4

Reo non eſt deneganda defenſio per Advocatum aut Procuratorem. 2. 2. 4

Quid moribus ea de re ſit receptum. 2. 2. 6

Reus ſi in ipſa tortura objectum ſibi crimen pertinaciter neget, & negando torturam ſuſtineat, utrum abſolvendus, an condemnandus ſit, varie diſputatur. 2. 9. 6

Quando abſolvendus. 2. 9. 7

Quando extraordinaria mitiori pœna puniendus. 2. 9. 8

Quando non obſtante negatione in tortura pertinaciter facta, ordinaria pœna ſit plectendus. 2. 9. 9

Exemplum Cornelii de Wit. 2. 9. 10

Reus an & quando ad ordinarium proceſſum per Procuratorem ex carcere defendendum admittatur. 2. 9. 11

Reus utrum, deficiente vel revocata confeſſione, abſolvi vel condemnari debeat, diſtinguendo reſolvitur. 2. 13. 4

Per exempla diverſimode elucidata. 2. 13. 5. & 6

Reus an in totum abſolvi poſſit in proceſſu extraordinarie inſtituto, diſtinguendo reſpondetur. 2. 13. 7

An iterum accuſari poſſit, abſolutione ſemel interpoſita. 2. 13. 8

REX. Vide REGIS.

RIVUS. *Rivorum* cauſæ ad quem pertineant, & quomodo in earundem executione procedatur. 1. 33. 35

ROTERODAMENSIUM Jus de non evocandis cauſis. 2. 1. 11

ROSTRA, locus judicii apud Romanos, unde ſic dicta. 1. 1. 7

RUARDUS in agro Putteno quis, ejuſque officium. 1. 2. 33

S.

SALARIUM an & quale Advocatis debeatur. 1. 7. 8

SALTUS. Circa *Saltuum* jura quomodo procedendum. 1. 33. 36

SALTUUM Præfecturæ tribunal, vulgo Houtveſter / ende Meeſterknapen / ejuſque juriſdictio. 1. 2. 34

SALVATIONES & Refutationes, vulgo Reprochen ende Salvatien. 1. 28. 18

SALVUS CONDUCTUS, ſive Land-winninge. 2. 18. 6

SCA-

SCABINI unde dicti, eorumque officium. 1. 2. 13
SCHEF, vetus Francicum verbum *judicem* ſignificans. 1. 2. 13
SCHELTA apud Friſios antiquitus quid. 1. 2. 17
SCHELTEMAN in Jure Friſico quid. *ibid.*
Schepenen Commiſſariſſen eorumque officium. 1. 2. 29
SCRIBA, ſive Actuarius quis, quo ſenſu olim ſervus publicus dictus. 1. 8. 1. Vide *Actuarius*.
SCULTETI ſive *Balivi* officium, cum officio Comitis rerum privatarum comparatum. 1. 2. 14
Sculteti & *Balivi* differentia. 1. 2. 16
SECRETARII iidem qui Graphiarii 1. 8. 3
Eorum officium in quo conſiſtat. 1. 8. 4
Plenissima fides eorum ſcriptis adhibetur. 1. 8. 5
Neutri litigantium conſulere aut ſecreta manifeſtare debent. 1. 8. 6
Peritia & ſcientia juris in iis neceſſaria. 1. 8. 7
An & quatenus ex imperitia teneantur. 1. 8. 8
Quale eorum munus, & quid iis incumbat, in Hollandiæ Curia, remiſſive. 1. 8. 10
SENATORES ubi conveniendi. 1. 13. 1. & 5
Senatorum Curiæ juramentum de legibus & conſtitutionibus in judicando ſervandis. 2. 14. 3
SENTENTIA quid ſit, an & quomodo à re judicata diſtinguatur. 1. 31. 5
Alia eſt definitiva, alia interlocutoria, & in quibus inter ſe differant. 1. 31. 6. & 2. 15. 1
Interlocutoria iterum duplex, alia quæ procedendi modum ſpectat, alia quæ ipſam cauſam concernit. 1. 31. 7
Quæ procedendi modum ſpectat, alia ad cauſæ compoſitionem tendit, vulgo ſtentbun voor goede mannen ten fine van accoort. 1. 31. 8
Alia ad ulteriorem litis inſtructionem pertinet. 1. 31. 9
Interlocutoria ipſam cauſam ſpectans quæ & qualis ſit. 1. 31. 10
Ad definitivam *ſententiam* quæ neceſſario requirantur? an & quatenus libello conformis eſſe debeat. 1. 31. 11.
Ut certa & determinata ſit, quid continere debeat 1. 31. 12.
Sententia homologata quæ. 1. 31. 3. & 1. 33. 1.
Sententia an & quomodo ad præſcriptum libelli extendenda. 1. 24. 3.
Sententia an & quomodo à re judicata diſtinguenda. 2. 15. 2.
An *Sententia* criminalis ex novis indiciis mutari aut mitigari poſſit. 2. 15. 3.
Alia capitalis, alia minor. 2. 15. 4
Sententia ab incompetente judice lata num ipſo jure nulla ſit citra appellationem, & quid moribus. 1. 16. 6
Sententia per temporis lapſum enervatæ, ut nova executio decernatur, quando & qua forma petendum, nobis, om nieuwe letteren van executie te ſien decerneren op een verjaerde vonnis. 1. 21. 30. & 1. 22. 34. & 1. 33. 2
Cujus ſit effectus enervatæ per temporis lapſum *ſententiæ* data renovatio. 1. 33. 3
Sententia ab Arbitris latæ appellatio an & qua forma petenda. 1. 21. 31.
Sententia à Supremo Senatu latæ Reviſio qua forma petenda. 1. 21. 32
Sententia ſi diverſas ſummas contineat an ad executionis inhibitionem impetrandam cumulari poſſint. 1. 32. 20
A quibus *ſententiis* appellari poſſit vel non. 1. 32. 12. & *ſeqq.*
Sententia criminalis executio quo tempore facienda, & an tempus aliquod intercedere debeat. 2. 16. 1. & *ſeqq.*
Utrum differri aut mutari poſſit propter ſubvenientia nova innocentiæ indicia. 2. 16. 9.
Reorum interrogatio & reſponſio ſolennis in *ſententia* criminali an & quatenus uſitata. 2. 16. 14
Sententia ex contumaciis abſentis prolata, interlocutoria & ſeparabilis eſt. 2. 6. 15.
Adverſus *Sententiam* ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis latam, an & quando reſtitutioni locus ſit. 1. 31. 18.
SERVIANÆ & quaſi Servianæ actiones, utrum perſonali an reali actione perſequendæ. 1. 31. 39.
SERVITUS pœnæ an & quatenus obtineat. 2. 15. 9
SOCII *Socii criminum* in delatione ſociorum non eſt habenda fides. 2. 7. 25.
Si quis in confeſſione ſuâ *Socios criminis* nominaverit, an ſufficiens indicium ſit ad torturam illi *ſocio* imponendam, varie diſputatum. 2. 9. 2.
Quænam requiſita & indicia concurrere debeant, ut is qui ab alio tanquam *Socius criminis* fuit delatus, ad torturam deferatur. 2. 9. 3
De modo interrogandi *Socios criminum*, remiſſive. 2. 9. 4
Sociorum criminis confrontatio an & quando neceſſaria. 2. 9. 5
SOLUTIO *Solutionis* Induciæ, vulgo Atterminatie, an & quales dandæ. 1. 27. 3. & 1. 33. 4. & 6
Non dantur niſi ſub conditione præſtandæ cautionis. 1. 33. 6
SPECIABILIUM numero qui cenſeantur. 1. 13. 4
SPOLIUM quid & quale interdictum, ejuſque inſtituendi forma, & in quibus obtineat 1. 21. 13
Spolium & *Manutentie* an & in quibus concurrant, & in uno eodemque libello cumulentur, ejuſque forma. 1. 21. 14.
STATUS quilibet Imperii an irrequiſito Imperatore vi territorialis juriſdictionis Repreſſalias concedere poſſint. 1. 11. 22.
STATUTA Academiæ Lugduno-Batavæ circa juriſdictionem ſuam. 1. 2. 36.
Statuta circa prehenſionem & capturam reorum. 2. 4. 9
STUDIOSI ubi conveniendi; ubi de privilegio fori *Studioſorum* Academiæ Lugduno-Batavæ. 1. 13. 9. & 1. 18. 3.
An & quatenus ab eo renunciari poſſit. 1. 18. 4.
SUBHASTATIONIS venditio quæ aut qualis in ſuperioribus & inferioribus tribunalibus. 1. 33. 24.
Subhaſtata res ſi nullum emptorem reperiat, quid fieri ſoleat. 1. 33. 23.
SUFFRAGIA pro ſententiis quomodo colligere debeat Præſes Collegii. 1. 31. 2.
SUPPLICATIONES quæ, an & quando iis locus ſit. 2. 18. 1
SURDI in judicio experiri vetantur. 1. 10. 9.
Conveniri non poſſunt. 1. 11. 2
SYNDICUS quis, & quatenus *Univerſitatem*, cui præpoſitus eſt, defendere teneatur. 1. 6. 3.

T.

TABELLIONES ſive Notarii qui ſint, quale eorundem officium ſit, & cujus auctoritatis ſint inſtrumenta coram iis confecta. 1. 29. 10.
Quæ ad eorum munus ſpectent in conficiendis inſtrumentis 1. 29. 17. Vide *Inſtrumenta Notariorum*.
Tabellionis ſimulata & abuſiva extenſio veritati obeſſe non poteſt, in quibus procedat hæc regula. 1. 29. 13.
TALIONIS pœnæ origo. 2. 13. 34.
TERMINUS. *Termini* continui & juridici differentia an obtineat moribus noſtris 1. 23. 9
Termini ſinguli propriis ſuis dilationibus adſtringuntur, quibus prætermiſſis non amplius competunt 1. 26. 20.
Terminus executionis an & quis ſit concedendus, vulgo atterminatie. 1. 33. 4. & 6.
Terminus peremptorius quis ſit. 2. 6. 7.
TESTIS. *Teſtes* quot & quales probent. 1. 29. 20.
Qui ſint, & qui poſſint, & qui prohibeantur eſſe *teſtes*. 1. 29. 21.

Exceptiones contra *Teſtium* perſonas, & qui & quales reprobentur. 2. 7. 3
Teſtes inhabiles an & quando admittendi. 2. 7. 4
Pro Accuſatore. 2. 7. 5
Pro Reo. 2. 7. 6
Reprobationes contra dicta *Teſtium*. 2. 7. 7.
Teſtes an & quando per torturam examinari poſſint. 2. 8. 5.
TESTIMONIUM. An & quomodo inviti ad dicendum *Teſtimonium* conſtringantur. 1. 29. 22
Qui & quales *Teſtimonii* recuſandi cauſam habeant. 1. 29. 23
THEODORICI Gothi, Romanor. Regis conſtitutio de Repreſſaliis. 1. 11. 18
TOPARCHA apud nos qui. 1. 3. 11
TORTURA *Tortura* cruciatum qui ſuſtinet, an nihilominus puniendus 2. 7. 18
An & quatenus in gravioribus criminibus *Tortura* locus, & an Judex ſine ea ad arbitrariam condemnationem procedere poſſit. 2. 7. 22
Tortura an ſit licita, varie diſputatum: an & quæ ſint ejus introducendæ rationes. 2. 8. 7. & 2. 17. 5
Quid moribus obtineat. 2. 8. 8
Quæ ſint *Torturæ* exercendæ requiſita, & an non admittatur niſi in gravioribus cauſis. 2. 8 9
Requiritur ut de corpore delicti certo conſtet, quod quatenus procedat in latronibus, furtis, & delictis occultis. 2. 8. 10
Ut legitima præcedant indicia & qualia. 2. 8. 11. & 13
An unicum indicium quandoque ſufficiat ad *Torturam*, veluti unius teſtis, extrajudicialis confeſſionis. 2. 8. 12
Ad *Torturam* non eſt deveniendum niſi prævio Judicis decreto. 2. 8 14
An ab ea appellari poſſit. 2. 8. 15
Indiciorum copia, ſuper quibus *Tortura* fundatur, reo concedenda. 2. 8. 16
Tortura fieri decet præſente Judice & pro modo & tempore ab eo præſcripto. 2. 8. 17
Torquendi gradus & modus quis apud nos. 2. 8. 18
Torturæ continuandæ tempus. 2. 8. 19
Tortura an & quando repeti poſſit, varie diſputatum. 2. 8. 20
Tortura quoties repeti poſſit. 2. 8. 23
Poſt *Torturæ* cruciatum confeſſio repeti & ratificari debet. 2. 9. 1
Si quis in confeſſione ſua ſocios criminis nominaverit, an ſufficiens indicium ſit ad *Torturam* illi ſocio imponendam varie diſputatur. 2. 9. 2
Quænam requiſita & indicia concurrere debeant, ut is qui ab alio tanquam ſocius criminis fuit delatus, ad *Torturam* deferatur. 2. 9 3
In ipſa *Tortura*, objectum ſibi crimen pertinaciter negans, & *torturam* negando ſuſtinens, utrum abſolvendus, an condemnandus ſit, varie diſputatur. 2. 9. 6
Quando abſolvendus. 2 9. 7
Quando extraordinaria mitiori pœna puniendus. 2. 9. 8
Quando non obſtante negatione in *Tortura* pertinaciter facta, ordinariæ pœnæ locus ſit. 2. 9. 9
Exemplum Cornelii de Wit. 2. 9 10
TRANSIRE in rem judicatam quid. 1. 31. 5
TRANSISULANIÆ ſupremum tribunal, ejuſque juriſdictio. 1. 2 25
A quibus *Tranſiſulaniæ* judicibus, & quando appellandum, vel non. *ibid.*
TRANSLATIO rerum obæratarum in alium, vulgo *Tranſportum* vocant, an & quatenus ſubſiſtat. 1. 33. 17
TRIBUNAL quid, & unde ſic dictum 1. 1. 7
Tribunal & juriſdictio Profeſſorum & Senatus Academici. 1. 2 35
Tribunal præfecturæ Salruum, vulgo Houtveſter ende Meeſter knapen / ejuſque juriſdictio. 1. 2. 34
Tribunal ſupremum Geliæ, ejuſque juriſdictio. 1. 2. 24
Tribunal ſupremum Tranſiſulaniæ. 1. 2. 25.
Tribunal ſupremum Zutphaniæ *ibid.*
Tribunalia, quæ, & qualia in Friſia. 1. 2. 26
In Groningia. 1. 2. 27.
In agro Omlandico. 1. 2. 28.
TRIBUNI militum qui, eorumque officium. 1. 2. 32.
Tributorum exactoribus an & quatenus credatur. 1. 9. 6.
An & quatenus iis reſiſti poſſit vel non. 1. 9. 7. Vide *Apparitores*.
TUTORI, zua quid incumbat circa defenſionem minorum. 1. 6. 2
Tutores an & quatenus poſſint arreſtari 1 15. 14.
Tutores minorum an & quatenus pro iis conveniri poſſint. 1. 11. 9
Apud quem judicem adminiſtratæ tutelæ rationem reddere teneantur. 1. 14. 10
An actori liberum ſit hoc nomine *Tutorem*, vel in loco rei geſtæ vel in loco domicilii convenire, neque in exceptionem incompetentiæ cauſæ coram judice domicilii ſui opponere poſſit? Neg. contra Chriſtin. & Groeneweg. 1. 14. 11
Si ex pluribus *Tutoribus* unus conveniatur, poſtulante eo, omnes ad eundem judicem mittuntur. 1. 14. 7
Adverſus *Tutores*, qui alieno nomine condemnati ſunt, quomodo per executionem procedendum. 1. 33. 27

V.

VADIMONIUM. In *Vadimonii* cauſis, vulgo Gyſelinge / quomodo procedendum. 1. 33. 31
VASALLUS an ſine venia coram judice agere non poſſit. 1. 10. 17
VENATIO. Circa *Venationem* jura quomodo procedendum. 1 33. 36
VENDITORES an & quatenus evictionis nomine emptores ſuos defendere teneantur. 1. 6. 5.
Venditor ratione cauſæ, ſive litis motæ, evictionis nomine tenetur emptorem defendere coram judice emptoris competente. 1. 14. 1
Ad quod tamen non niſi à ſuo aut ſuperiori judice cogi poteſt moribus noſtris 1. 14. 2
Coram inferiori judice vocatus, ſi de evictione ſe teneri neget, ad judicem competentem ſuum per exceptionem appellare poteſt. 1. 14. 3.
In Gallia indiſtincte emptoris forum ſequi debet. 1. 14. 4
Venditio ſubhaſtationis. Vide *Subhaſtationum Venditio*
VENEFICIUM. An voluntas pro facto habenda in *Veneficio*. 2. 13. 32
Mores & praxis variorum circa dictam quæſtionem 2. 13. 35.
VERHAGEN. Cauſa *Nicolai Verhagen* contra Heuſdanæ Diœceſis Satrapam. 2. 12. 5
VETIRAQUINE civitati pro privilegio indultum, ut in cauſis gravioribus Scabinos Leydenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur. 2. 14. 10
VIA. *Viarum* publicarum cauſæ ad quos pertineant, & quomodo in earundem exemtione procedatur. 1. 33. 35
VIATORES & Nuncii qui & quales. 1. 9 2
Eorundem inſignia quæ, & qualia gerere debeant. 1. 9. 3
An & quanta iis adhibeatur fides in perſonalibus & realibus cauſis exequendis. 1. 9. 4. Vide *Apparitores*.
VICTUS in judicio an & quando victori in expenſas condemnandus. 1. 31. 13
Quæ ſint juſtæ cauſæ propter quas *Victus* à condemnatione ſumptuum excuſetur. 1. 31. 14
VIDUÆ, & virgines majorennes jure Saxonico, in perpetua ſunt tutela ſuorum Curatorum. 1. 10. 11
Viduæ quonam fori privilegio gaudeant. 1. 13. 10
Per præventionem coram ordinario judice conventæ, ex-

ceptio

ceptione uti poſſunt, & quid moribus. 1. 13. 11
Viduarum nomine, etiam innuptæ, & virgines cœlibes intelliguntur, ſi pauperes, & fortunæ quoque injuria miſerabiles ſunt, ſecus in ditioribus. 1. 13. 14
Quæ proprie loquendo *Viduæ* ſint. 1. 13. 15
In *Viduis* quoad fori privilegium nulla eſt differentia inter divites & pauperes. 1. 13. 16
An contra æque privilegiatum privilegio ſuo utantur *Viduæ*. Neg. 1. 13. 17
Quomodo intelligendum quod in Hollandiæ Curia contrarium obtinere videatur. 1. 13. 18
Viduæ contra pupillos non obſtante regula æque privilegiatorum, fori privilegio gaudent, & quare. 1. 13. 19
Fori privilegio non utuntur in jure vel actionibus ſibi ab alio ceſſis. 1. 13. 21
Ut nec in cauſis non excedentibus centum florenos in Hollandiæ civitatibus, & in pagis quinquaginta florenorum ſummam. 1. 13. 2
Itemque ſi de Ratiociniis earum agatur. 3. 13. 22
VIOLATORES. *Violatoribus juſtitiæ*, eorumque adjutoribus, an & quatenus impune Officiales reſiſtere poſſint. 2. 5. 27
VIRGAM oblongam rubro & ſanguineo colore tinctam in exequendis ſuppliciis & gravioribus coërcitionibus apud nos præ ſe ferunt rerum capitalium Præfecti. 1. 3. 13
ULTRAJECTINÆ Curiæ Senatus. 1. 2. 23.
VOCATIO. *Vocationis* in jus in Curia ſuperiori forma generalis. 1. 22. 1. Vide *Mandatorum & in jus Vocationis generalis forma in Curia ſuperiore.*
Vocatio in jus quid & quotuplex. 1. 23. 1
Veſtalis quomodo facienda. 1. 23. 2
Realis quæ. 1. 22. 4. Vide *Citatio*.
VOCATUS in jus venire debet. 1. 23. 1
Quando non eſt neceſſe ut veniat. *ibid.*
An & quando cavere debeat de judicio ſiſti. 1. 25. 2
VOLUNTAS an & quando pro facto habeatur, vel non, diſting. 2. 13. 25, 26, 27, 28
In Latrocinio. 2. 13. 29
In Aſſaſſinatu. 2. 13. 30
In Parricidio. 2. 13. 31
In Veneficio. 2. 13. 32
USURÆ rei judicatæ non debentur niſi in condemnationem fuerint deductæ. 1. 33. 5
VULNUS. Si quis alium candelabro, fuſte, lapide, clavi, aliove inſtrumento ad occidendum minus apto aliquod *vulnus* lethale inflixerit, an & qua pœna teneatur. 1. 13. 15
UXOR an & quando pro marito intervenire aut judicium ſuſcipere poſſit. 1. 6. 7
Uxor quatenus pro mariti contractu, debito aut mulcta pecuniaria conveniri poſſit. 1. 11. 7.

W.

WERMANNUS apud Friſios quis, ejuſque officium. 1. 2. 27
WARMENNUS (?) civitate pro privilegio indultum, ut in cauſis gravioribus Scabinos Leydenſes conſulant, eorumque judicium ſequantur. 2. 14. 10
WIT. *Cornelius de Wit*, Agri Putteni Præfectus, de crimine læſæ majeſtatis accuſatus, & ſemiplena probatione per confrontationem convictus, quum torturæ cruciatum pertinaciter negando ſuſtinuiſſet, cum infamiæ & inhabilitatis nota in perpetuum exilium condemnatus eſt. 2. 9. 10. & 2. 13. 6
Variæ variorum J.C. de hac ſententia diſceptationes. *ibid.*
WITHERNAMIUM Anglis & Saxonibus quid. 1. 11. 15.

FINIS.

Digitized by Google